Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# D. Andreae Alciati iurecons. clarissimi De verborum significatione libri quatuor. : Eiusdem In tractatum eius argumenti ueterum iureconsultor[um], Commentaria.

https://hdl.handle.net/1874/456633

# Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

# This book is part of the Van Buchell Collection

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

L. fo.
220

76.

o.

Alciatus

L. fo.
220

~~N 58 B~~

Nº 125 A.










# D. ANDREAE ALCIATI IVRECONS. CLARISSIMI

L fo 220

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBRI QVATVOR.

Eiuſdem, in tractatum eius argumenti ueterum Ireconſultorꝝ, Commentaria.

VIRTVTE DVCE COMITE FORTVNA.

SEB. GRYPHIVS EXCVDEBAT LVGDVNI,
ANN. 1530.
Cum Gratia, & Priuilegio Regio.




ACADEMIA RHENO TRAIECTINA
Ex donatione Buckelt.

FRANCOYS par la grace de dieu Roy de France: au Preuoſt de Paris, Seneſchal de Lyon, Bailly de Maſcon: et a tous noz aultres iuſticiers & officiers: ou a leurs lieuxtenãs ſalut & dilection. Receue auons lhumble ſupplication de Michel Parmantier Libraire demourant a Lyon, cõtenant que puis aulcun temps en ca a grans fraiz & labeurs il a faict imprimer ung liure appelle Andreas Alciati de Verborum ſignificatione: par laduis & meure deliberation de gens de grant ſcauoir & experience. Mais il doubte que aultres Libraires que luy ſe uoulſiſſent ingerer de imprimer ou faire imprimer, uẽdre & diſtribuer ledict liure, & que par ce il fuſt fruſtre, quoy que ſoit luy fuſt tollu le merite de ſon labeur fraiz & miſes par luy ſupportees, ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu de noſtre grace, hũblement requerãt icelle. Pourquoy nous ces choſes cõſiderees, inclinãs a la ſupplication & requeſte dudict ſuppliãt, ne uoulans le merite de ſon labeur luy eſtre tollu, ne le recouurement de ſes fraiz & miſes luy eſtre empeſche: pour ces cauſes auons audict ſuppliant octroye & octroyons, uoulons & nous plaiſt, de noſtre grace eſpecial par ces preſentes, que iuſques au temps & terme de quatre ans, a compter du iour & date de ces preſentes, aultre que ledict ſuppliant, ou ayans pouoir & charge de luy, ne puiſſent imprimer, ne faire imprimer, uendre ne diſtribuer en noſtre royaulme ledict liure de Verborꝫ ſignificatione. Si uous mandons & commettons par ces preſentes, & a chaſcun de uous ſur ce requis, que de noſtre preſente grace & octroy uous faictes, ſouffrez & laiſſez ledict ſuppliant iouyr & uſer plainement & paiſiblement en faiſant ou faiſant faire inhibitiõs & deffences de par nous a tous libraires & aultres perſonnes quelzconques de nõ imprimer ou faire imprimer uendre ne diſtribuer ledict tẽps durant ledict liure de Verborum ſignificatione: & ce ſur certaines & grans peines a nous a applicquer, et de perdition deſdictz liures quilz auroient faictz, car ainſi nous plaiſt il eſtre faict. Nonobſtant quelzconques lettres a ce contraires, mandons & commãdons a tous noz iuſticiers officiers & ſubiectz, que a uous en ce faiſant ſoit obey. Donne a Bloys le XIII iour de Mars, Lan de grace M. D. XXIX. Et de noſtre regne le XVI.

Par le Roy a uoſtre relation.

Des Landes.

# AMPLISS. VIRO FRANCISCO A TVRNONE ARCHIEPISCOPO BITVRIG. ANDREAS ALCIATVS IVRECONS. S. D. P.

EA ILLVSTRIS eſt nominis tui ubiqꝫ gentium fama, ampliſs. pater, is per uniuerſam Galliam de te circunfertur rumor, ut præſtãtia morum eximioqꝫ doctrinæ cultu præcellere te omnes prædicent: rariſſimumqꝫ tempeſtatis noſtræ exemplum eſſe, quod diuina quadam prouidentia ortum hiſce temporibus uideri poſſit, quibus tot calamitatibus in dies Chriſtianam Rem publi. affligi, & tot undiqꝫ noxarum uelut examinibus opprimi cernimus. Sicut enim quoties humanis corporibus maxima morborum uitia inualeſcunt, tum ſummorũ medicorum nobis manus neceſſaria eſt: ſic in tanta principum diſcordia, tantis bellorum tumultibus, Reipublicæ interfuit, maximos etiam, & ut poëtarum princeps ait, pietate meritiſqꝫ graues uiros naſci, qui poſtqꝫ deorum ira pauliſper conquieuerit, tot urgentibus malis occurrant, tempeſtatumqꝫ huiuſmodi omnium nubila diſcutiant, è quibus præcipuum te futurum ſperant, augurunturqꝫ uniuerſi. Nec id abſqꝫ ratione, qui eas omnes artes in te prælucere uideant, quæ ad hanc rem perficiendam ſunt neceſſariæ: humanitatem ſingularem, morum integritatem eximiam, doctrinam præcellentem, ſiue Latine, ſiue Græce diſſerendum ſit, facundiam inæſtimabilem. Ad hæc huius rei felicibus Regi ipſi auſpicijs factum à te tyrociniũ nuper conſpexerunt, cum in Hiſpania pro uniuerſæ Galliæ commodo ea cum Cæſare ipſo pertractaſti, quæ impetrari efficiqꝫ poſſe nemo exiſtimabat. Quapropter Chriſtianiſſimo Regi, incomparabiliſqꝫ uirtutis Heroinæ illuſtriſs. regiæ ſorori tam gratus es, ut nihil præclarum, nihil ſerium, nihil quod ad rerum ſummam pertineat, abſqꝫ cõſilio tuo tractandum cenſeant. Quibus animi tui fortunæqꝫ dotibus, & ipſe allectus, cum literis meis ſalutem tibi dicere decreuiſſem, non cenſui id abſqꝫ munuſculo aliquo faciendum. Extabant inter legales noſtras exercitationes commentarij, octauo ab hinc anno me dictante, ab auditoribus meis excepti: qui ſiue quod ab autore ipſo ſupremam adhuc manum non accepiſſent, ſiue quod per librorum traduces uitiarentur, nõ poterant diutius abſqꝫ nominis mei nota inemendati agere. Eos (quod & interpellantium me ſcholaſticorum uoces amplius ferre non poſſem) ut publicũ acciperent, æditurus, in manus rurſus aſſumpſi, correctioreſqꝫ factos non mediocri auctario locupletaui. Proximis enim Vulcanalibus, quo tempore publicis à lectionibus propter uindemias feriamur, quatuor illis libros adieci. Hos omnes nomini tuo dicare, his te patronum nominare conſtitui. Cum enim utriuſqꝫ iuris ſis peritiſſimus, nemo eſt qui facilius id patrociniũ ſuſcipere, ſuſceptoqꝫ rectius perfungi poſſit. Quod eo audentius à me factum eſt, quoniã nullo hanc rem labori tibi futuram ſum arbitratus: alioquin non tam audax eſſem, ut arduis occupationibus tuis, noſtros hoſce cõmẽtarios ingerere, uel doctiſſimis ſtudijs importunus ipſe obſtrepere uellem. Accipies igitur læta fronte, nuper à nobis communicatos ſtudioſis omnibus, hoſce libellos, qui nõ modicam iuris ciuilis partem, Cimerijs prius obuolutam tenebris, illuſtrãt. Cum enim in ſignificatione uerborum, mentiſqꝫ coniectura ferè omnes lites uerſentur, extricandum hoc argumentum aſſumpſi, quod ueterum nullus condigne tractarat. Non me latet patrum noſtrorum memoria Bartholomæum Veronenſem, cui à cepis cognomentum, neſcio quid hac in re compoſuiſſe, ſed eius dictata ad manus meas minime peruenerunt: quod hi, penes quos eſſe dicantur, ceu theſauros ea cuſtodiant: at fortè theſauri, ut in prouerbio eſt, carbones erant. Mihi non libet temere de illecto opere ferre ſententiam, ſed tamen res ipſa planè oſtendit, recte hunc tractatum ab eo percipi nõ poſſe, qui ab humanioribus ſtudijs abhorreat: ſicut nec uice uerſa, qui haſce ſolas literas profiteatur, niſi idem iuris quoqꝫ ciuilis diſciplina præcellat: oleum & operam hiſce in reſpõſis interpretandis perdit. Quod non eò à me dicitur, quod impenſe humaniorum literarum profeſſioni non faueam, earumqꝫ cultores pro dignitate ſuſpiciẽdos, colendoſqꝫ non arbitrer: ſed quod unaquæqꝫ ars ſuos habet fines, & intra quos cõſiſtat cancellos, ut minime de altera in alterã deſultare facile quis poſſit. Cõuenit Iurecõſulto oratoriæ artis ſcientia, facilioremqꝫ ad ius Quiritium aditũ præſtat: non tamẽ corpus efficit, ſolam eius ſuperficiem colorat. Fuerũt maximi Iureconſuliti Accurſius, Bartolus, & id genus alij, qui etiam apud illos ueteres locum ſuum tenere potuiſſent, quos tamen conſtat, ne ſummis quidem labijs alias artes attigiſſe. Quo fit, ut eorum ineptam cenſuram non

poſſim non admirari,qui grauiſſimo ſupercilio,& fluctiſona,ut Lucretius ait,ſcaturigine,hoc ſolum nomine in eos inuehuntur,quod bonarum literarum fuerint rudes: quaſi quiſq; ſanus ideo minoris excellentem Aſtrologum faciat,quod Muſicam ignoret: Galenum præſtantiſſimum Medicum damnet,quod Geometræ Euclidis circinum nunquam in manus ſumpſerit. Vix alium in uniuerſa legum ſylua tractatum offendes, cui explicando adeò ſint humanitatis ſtudia neceſſaria:hic (fateor) abſq; eorum notione intelligi perfecte nequit. Quapropter ſuarum uirium conſcius Bartolus,quiq; poſt eum per manus hanc noſtram doctrinam tradiderunt,quod ad hæc reſpōſa attinet,nihil ferè ſcriptum poſteris reliquere.Hunc ego aggreſſus,cum pro uiribus meis aliquādiu elaboraſſem,ad umbilicumq; perueniſſem, cognoui pro rei magnitude adhuc non ſatis à me factum eſſe:nec enim ſola Iureconſultorū, quæ hanc ſub rubricam congeruntur,reſponſa,omnem rem declarant.Neceſſario itaq; manum rurſus tabulæ admoui,& quatuor hoſce libros ſumma celeritate,& memet in horas præueniens(quod facere conſueuerunt,quum paululum tantummodo deeſſe conficiendo negotio induſtrij artifices exiſtimāt) compoſui. Qui qualeſcūq; ſint ingens afferunt uniuerſo Quiritium iuri lumē, ut non dubitem,etiam ſi quicquam à me,idq; humanitus,erroris in eis commiſſum ſit, à facili iuſtoq; lectore,ueniam promeriturum: quam & impetratu digniorem id facere debet, quod bibliotheca mea ob bellicas calamitates Mediolani derelicta,cum huc conceſſiſſem,cōmodatitijs libris,hiſq; paucis tantum,mihi negotium aggrediundum fuit. Erunt fortè,qui maiorē elegantiam requirent,& ob Latinæ maieſtatis condignam à me rationem non habitam, diem mihi dicent:quod nimis plana humiliſq; noſtra oratio,non ſchematis ornetur, nō dictionibus ex antiquitate repetitis abundet,non Ciceronianorum uerborum maieſtate refulgeat.Sed hi uelim ſciant,hæc ab eo minime expetenda eſſe,qui manibus quotidie Bartolos,Baldos, Alexandros, huiuſq; farinæ autores uerſet,quiq; humanitatis ſtudia non ex profeſſo, ſed obiter quandoq;,& aliud agens,interuiſat. Ad hæc ſcenæ me ſeruire neceſſarium fuit: quotus enim quiſq; ex legalibus myſtis noſtra legeret,ſi præter anxiam legum ſcrutationem, cornu quoq; copiæ in manibus habendum illi eſſet,unde & antiqua uocabula addiſcere, & figuratos loquēdi modos percipere neceſſe haberet? Vix eorum conuitia ferre poſſum, quotidieq; cum eis mihi iurgandum eſt,qui qualemcunq; hanc meam dictionem tanquam obſcuram calumniātur,illudq; à uulgo exclamant,indoctius loquare,ſed apertius. Quid hi quæſo facerent,ſi paulò elegantiore ſtilo noſtratia hæc conſtarent? Abijcerent manibus tanquam ænigmata,& inter Heraclyti, & Lycophronis tenebras connumerarent. Nec immerito quidem id mihi accideret,qui cum Vlpiani,aut Pauli planiſſimos, & abſque ullo ſermonis ſcrupulo compoſitos commentarios declaraturum me profiterer,obſcuriora ipſis autoribus tradidiſſem, interpreteq; ipſe,uel potius natatore aliquo Delio indigerem. Satis igitur nobis fuit Latine utcūque ſcripſiſſe:elegantiam ſermonis oratoribus permittimus, quanquam & ipſorum non modica laus ſit perſpicuitas.Sed cum quælibet ars ſua habeat uocabula,nobis neceſſario noſtris utendum:quæ tametſi aliquibus Barbara,& incondita uideantur, non idcirco tamen noua effingi oportuit,quæ nemo intelligeret.Verum quid ego diutius pro me uerba faciam,qui huiuſmodi accuſatoribus nō magis ſcribo,quàm Perſio & Sciopioni Lucillius:cuius exemplum imitatus,ueteranorumq; iudicium reformidās,ſolos tyrones ad diſciplinam uoco, quibus hæc in præſentia non aliā præſertim ob cauſam exhibenda duxi,quàm ut fidem meam aliqua ex parte liberarem.Pollicitus quandoque fueram, reſectis tot interpretum ſuperfluis opinionibus, iuris ciuilis prudētiam per quadringēta,& eo amplius,maxima uolumina diſperſam,in unum corpus colligere, & contextui ueterum legum annexis gloſſemmatis illuſtrare. Ad quod opus componendum me uelis,remiſq;(quod dicitur)properantem,neceſſitas ipſa, cui ne dij quidem,ut ille ait,reſiſtunt,retinuit:properantiq; iniecit manum.Bellica enim clade cenſu afflicto,ſubire aduocationes,reſponſaq; conſulentibus dare coactus, cum alioquin ope mea cenſeri non poſſem, ad alias curas animum traduxi. Verum ne omnino conturbaſſe promiſſionis meæ rationes uiderer,id contracti alieni æris in præſentia parte aliqua diſſoluere conſtitui. Solent autē duri exactores,æquo animo id omne ab his qui foro ceſſerint, tametſi modicum, accipere,& quicquid datur in lucro reputare. Interim igitur Auguſtiſſime præſul, has lucubrationes tanquam eius operis ſpecimen quoddam accipies, quas ſi probaueris, alicundeq; mihi proueniat commoditas,alacriorem ad cætera proſequenda animum feceris.

Vale. Biturigibus. kal. Maij. M. D. XXIX.

# ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBER PRIMVS.

CVM inuenta ſint uerba, ut dicentis ſentẽtiam exprimant, merito eius uolũtas in primis ſpectanda eſt[a]: cognoſcitur autẽ ex eo quod uerba ipſa indicant. Hæc quatuor modis accipiuntur, ex proprietate, ex improprio, ex uſu, & per interpretationẽ.

Sigillatim igitur de omnibus uidendum, & tripliciter proprietatem uerborum aſſumi Fab. Quintilianus lib. VIII. oſtẽdit. Primus eius intellectus eſt ſua uniuſcuiuſq; rei appellatio. Non tamen, inquit Fabius, quicquid nõ erit proprium, protinus improprij uitio laborabit: cũ multa ſint & Græce & Latine non denominata, quæ per trãslationem uel κατάχρησιν neceſſario dicimus: ut iaculatus eſt ſudem, uel pilam. Vnde quæ ſuo loco & bene trãſlata ſunt, propria dici poſſunt. Proprietas igitur nõ ad nomen, ſed ad uim ſignificandi referenda, nec auditu, ſed intellectu perpendenda eſt. Secundo modo dicitur proprium inter plura quæ ſunt eiuſdem nominis, & unde cætera deducta ſunt: ut uortex, cõtorta in ſe aqua, uel quicqd aliud ſimiliter uertitur: inde propter flexum capillorũ pars ſumma capitis, itemq; ſummi montes, proprie tamen ad aquam refertur. Sed iſte caſus mihi ſub priore cõprehendi uidetur, & ad metaphorã ferè pertinere. Tertius, cũ res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium: ut cum tabernaculum ducis Auguſtale appellamus, & tabernacula principum militiæ lex Principia appellat[b], & uenales, & nouitios pro ſeruis[c]. Hinc proprium etiam illud dictum arbitramur, quo nil inueniri poſſit ſignificantius, ut cum Celſus inumbratam quietẽ furioſi dixit[d], qui in conſpectu ſanæ mentis uidebatur. Ad hanc ſpeciem pertinet, cum aliqua res ſpeciali ſibi nomine, & cõmuni cum alijs appellari poteſt: nã quod peculiarius ſibi eſt, id eius eſt proprium: ut cum adulterium in lege Iulia cum uxore aliena dicimus, proprie dicimus: cum ſtuprum, quia etiam cum uirgine, uidua, puero, meretrice committitur, καταχρηστικῶς loquimur[e]. Præter Fabij declarationem Quartusquoq; caſus adduci poteſt, cũ res generali aliquo nomine appellatur: nec enim dubitãdum eſt, quin ſpecies generi ſuo proprie ineſſe cenſeatur[f]. Eódem pertinet, cum uoce utimur quæ lata ſignificatione multa continet, nam omnia comprehendi arbitrabimur: ut cum lex inteſtabilem aliquem eſſe iubet[g], intelligetur ut nõ ſolum eius teſtimonium non recipiatur, ſed nec ipſi quidem teſtimoniũ dici poſſit. Sic cum lex municipalis petitionem concederet, etiam repetitionem concedi reſponſum eſt[h]: quia petere generaliter dicimus, ſicut & dare quod reddimus. Eadem ratione appellatione Diœceſis, ciuitatis quoq; ipſius nedũ agri procurationẽ in legibus contineri creditur[i]. Sed & ſi quod uerbum ſit, cuius ſpecialis, itemq; generalis poſſit eſſe ſignificatio, utroq; modo accipietur, nec altera cenſebitur impropria: ut cum lex iuriſdictionem alicui concedit, non de ſpeciali tãtum cenſebitur actum, ſed de mero quoq; & mixto imperio[k] quod & de adoptionis nomine dicẽdum, quod

a l. labeo. de ſupel. leg.
b l. officium. de re mil.
c l. fi. de ædil. edict.
d l. quod de meo §. j. de acq. poß.
e l. inter. §. j. de adult.
f Bald. l. ij. C. de iur. aur.
g l. cum lege. de teſta.
h Bart. Rubr. ſol. matr.
i c. j. de off. ord.
k Alex. Rubr. de iur. om. iu.

generali annotatione etiam arrogationem continet. Idem quoq; dicēdum de his nominibus, quæ uariam ſignificationem alicuius ſpeciei habent, & non magis proprie uno quam alio modo accipiūtur, ut Soror: ſignificat enim utrinq; coniūctam, ſignificat conſanguineam tantum, itemq; uterinā tantum. Cum igitur ſororis mentio fiet, quæ quoquo modo ex ſupraſcriptis caſibus coniuncta ſit continebitur, idq; proprie. Aliud eſt cum in altera ſpecie improprietas eſt, ueluti cum dicimus Dominium, proprie de directo accipitur[l] : nam qui utiliter dominus eſt, abuſiue uidetur dominus: merito igitur ex ui uerbi hoc caſu potentior ſignificatio accipieť, quæ ex proprietate deſcēdit. Sed quomodo propriam ſignificationem dignoſcemus? Et crebriore ſentētia proditum eſt, tribus modis fieri[m], ab autoritate, à diffinitione, ab etymologia. Non enim dubiū eſt id prudētium autoritati tributū, ut quo dicēdi modo uſi ſunt, & nos uti poſſimus, proprieq; dicere uideamur. A qua ſententia nec ego diſcedo, tametſi obſeruauerim quādoq; M. Tullium nō ita arbitratum uideri, qui facere contumeliam Philippica III. improprie dici cenſuit, hocq; nomine M. Antonium damnat: cū tamen & Plautus in Aſin. & M. Cato hoc dicēdi modo uſi ſint. Idem epiſt. lib. VII. Fabium Gallum repræhēdit, qui duo nos ſcripſerat, quod tamē exemplo Græci ſermonis defendi potuit, à quo nec Verg. abſtinuit. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. Sic A. Gellius ſupereſſe uerbū latinum nō eſſe pro defendere arbitratur, cum tamē hoc ſignificatu apud Trāquillum in Auguſto reperiatur. Fuere & qui poſſibile uocem probam non arbitrarentur, & Græca mallent uti: ut Cicero epiſt. fam. lib. IX. Me περὶ δυνατῶν ſcito ſecūdum Diodorum iudicare. Et Iulianus[n]: Quia cōditio ἀδύνατη id eſt impoſſibilis, pro non ſcripta habetur. Sed tamē aliorum Iurecōſultorū autoritas obtinuit, ut Latinæ ciuitati reddita hæc dictio cenſeatur. De etymologia uero & alluſione ita demū proprietatē uocabulorū cognoſci proditum eſt, ſi diffinitioni non aduerſarentur, qua de re inferius loco ſuo à nobis tractatū eſt[o]. Diffinitio autem in iure omnis periculoſa eſt: rarum eſt enim ut non ſubuerti poſſit. Quapropter cū diffinitio ſit propria & breuiter cōpræhēnſa rerū ſubſtantiæ enarratio, quæ genere, ſpecie, proprijs, & differētibus (ut inquit Quintil.) cōſtat, non fermè multas huiuſmodi in iure reperies. Sed haſce ſubtilitates Iurecōſulti Dialecticis reliquerūt, ipſiq; ſatis habuerūt, ſi ſubſtantiam rei ex cōmuni regula deſcriberēt, ut in dote & iudicio fecerūt, quod à nobis Paradoxorum VI. lib. tractatū eſt. Quādoq; ſatis duxerūt, ſi genus & differentias ſolū apponerēt, quod in doli mali diffinitione cernere eſt[p]. Quandoq; ex modo per quem res introducta eſt eam deſcripſerūt, ut in ſeruitute, & in ſtipulatione apparet. Quādoq; ab ipſo effectu, ut cū appellationem diffinierūt eſſe primæ ſentētiæ quæ in pendenti ſit reſciſſionē. Quandoq; & tales diffinitiones retulerunt, quæ nō niſi improprie acceptis uerbis defendi poſſint: quod Decius annotauit[q], & ipſe in recentiorū diffinitionibus uerū eſſe fateor, non in his quas ueteres tradiderunt. EXPLICITO articulo quæ uerborū ſit proprietas, & quomodo cognoſcatur, uidēdum eſt, quēadmodum ea ſignificatio accipiēda ſit. Et ab omnibus traditum eſt in quacunq; materia, etiā ſi pœnā irroget, eatenus uerba generaliter capi, quatenus ſermonis proprietas ferre poteſt[r], niſi aliam loquētis mētem conijciamus: ea mens in diſpoſitione legis facilius dignoſcitur, q̃ in hominū uerbis. Cuius rei illa eſt cauſa, quod lex ſemper de ratione legis certa eſt, facileq; quæ nā illa ſit aſſequitur: at hominum incertos animi motus diſcernere nemo poſſit: unde & plerunq; uidemus uerba legū uberiorem interpretationē aſſumere, quàm in cōtractibus uel teſtamētis fieri ſoleat: quod infra

l Socy. conſil. ulti. uolu. ij.

m Bart. l. omnes pop. de iuſt. & iur.

n l. an omnibus. de leg. j.

o l. tabernæ. j. co.

p l. j. de dol.

q Dec. in rubr. extra de proba.

r d. l. cum lege.

infra libro III. diſſeremus. Oritur tamẽ plerũq; ambiguitas, cum de ratione legis nõ conſtat, in qua re illud ſciẽdum eſt: Si ratio in lege expreſſa ſit, ex ea & augeri & minui deciſionem: quoniam leges non tam in uerborũ forma quàm in ratione conſiſtunt[s]. Si uero nõ ſit expreſſa, ſed unica tantum reddi probabiliter poſſit[t], idẽ cenſendum. Quapropter ſi in municipio lege ſucceſſionis exiſtentibus maſculis fœminæ excludãtur, quoniam ex illa una ratione, id eſt ſolo agnatorum fauore, id introductum eſſe etiã aduerſus Bart. ſententiam receptius eſt[u], ab huiuſmodi ratione & lex reſtringetur & extendetur. Quod ſi duabus rationibus quid conſtitutum appareat, ſolet dici, altera ſublata, ſuſtineri nihilo minus generalitatẽ legis[x], quod utiq; & nobis uidetur, dum ſingulæ rationes efficaces ſint, & ſufficiant, alioquin quod ex duabus cauſis introductum eſt, altera ceſſante extinguitur, cũ duo uincula arctius ligent. Ecce familia iniuriam prætori fecit, damnũ dedit, album corrupit, is ius uindictæ publicæ proſequitur, dominúſne pro omnibus tenebitur? Et lex teneri ait[y]: Duplex enim hic eſt ratio, nempe quia plura hæc cenſentur facta, item quia de publica uindicta agitur. Pone alterã ceſſare, ut quia unicum eſt factum, puta furtum, homicidium, uel de priuata uindicta ſolum agatur, certe his caſibus dominus pro uno ſolidũ ſoluens, cæteros liberat[z]. Neceſſario igitur ut legis diſpoſitio ſuſtineatur, oportet adhuc eam rationem uigere, quæ tali deciſioni ſufficiat: quo fit ut licet quandoq; non tanta ratio ſupereſſe uideatur, ſuſtineatur tamen deciſio[a]. Cuius rei exemplum illud adducitur: Si quis hominem promiſit, partem ſoluendo non liberatur. Finge is promiſſor deceſſit duobus hæredibus relictis, num alter dimidiũ hominem præſtando liberabitur? Et uideretur liberari, nõ enim ultra dimidiũ debet, quoniam lex XII. tab. obligationem diuiſit: nõ igitur tanta eſt ratio in hærede ſicut in principali, & tamẽ proditum eſt nec hæredem liberari, ne in diuerſo homine contingat ſolutionem fieri. Quid ſi de ratione legis dubitetur, quia unicam tãtum afferri poſſe aliquis affirmet, alius uarijs rationibus motũ legiſlatorem contendat? Saly. pluribus rationibus motum magis præſumit[b]. Ego id plurimum in arbitrio iudicis conſiſtere arbitror: nam ſi una tantum probabilis ſit, potius credendum eſt illi adhæſiſſe legiſlatorem. Quapropter in ſtatutis filiam dotatã excludentibus etiã de ea actum intelligetur, cui in teſtamento patris dos aſſignata ſit[c], excludeturq; fauore agnationis, quę ſola probabilis eſt huius ſtatuti ratio, & quam uidemus etiam iureconſultis ipſis quandoq; præ oculis fuiſſe[d]. Sed quid ſi ratio legis correcta ſit, an legem quoq; correctam dicemus? & Accurſius corrigi exiſtimauit[e]: quapropter cum hodie lex noua etiam cognatos in ſucceſſione cum agnatis admittat, intelligetur & onus tutelæ deferre, easq; conſtitutiones corrigere, quibus agnatis ſolis tutela defertur: quod accipiendum cum ratio legis huiuſmodi eſt, ut deciſioni ſit cõiuncta[f], ita ut altera ab altera proxime dependeat, alioquin ratione remota, ut ita dixerim, uel impulſiua correcta, adhuc lex uiget[g]. Idem dicendum cum legis ratio generaliter nõ corrigitur, ſed aliquo caſu tantum[h]: nam & in illo quoq; ſeruanda eſt lex, donec contraria conſtitutione abrogetur[i]. Et hæc quidem de ratione legis dicta ſufficiant, ex quibus ea poteſt colligi concluſio: Quamuis lex generaliter loquatur, reſtringendam tamẽ, ut ceſſante ratione & ipſa ceſſet[k]. Cum enim ratio ſit anima uigorq; ipſius legis, non uidetur legiſlator id ſenſiſſe quod ratione careat, etiã ſi uerborum generalitas prima facie aliter ſuadeat. Non procedit tamen id pronuntiatum quibuſdam caſibus. Primus, cum id agitur ne quis lucro priuetur, nam quia facilius lex permittit ne quis lucretur, q̃ ut damnũ faciat, potius ab huiuſmo-

s *l. ſcire. de ll.*
t *glo. l. q̃uis. C. de fideicom.*
u *in. l. j. C. de adul.*
x *§. affinitatis. inſtit. de nup.*
y *l. ſi fam. de iu. om iud.*
z *l. illud. ad. l. aquil.*
a *Socy. l. ij. §. ex his. de uer. obli.*
b *Saly. l. ſi ſerui C. de nox.*
c *Bart. §. titio genero. de cõdi. & dem.*
d *§. cæterũ. inſti. de leg. ag. ſuc.*
e *glo. l. j. de legiti. tut.*
f *c. miramur. de ſer. ord.*
g *l. j. in prin. de cad. tol.*
h *Areti. l. ij. de uulg.*
i *c. a multis. de æta. & qual.*
k *l. adigere. §. q̃uis. de iu. pa.*

di lucro arceri aliquem patiemur, quam generalia legis uerba arctabimus: idque Bart. ſenſit[l]. Exempli cauſa: Mulier cum qua ob adulterium maritus diuortium fecit, lege Iul. prohibetur ſeruos intra. LX. diem manumittere, ne quæſtioni ſubducãtur: quid ergo ſi ſeruus extra miniſterium mulieris fuerit, uel in prouincia, nunquid manumitti poterit? Et uidebatur poſſe, quod hic ratio legis ceſſet, cum nihil de adulterio ipſe ſciat, qui abſens fuit. Vlpianus tamen negat,[m] quamuis enim id perque durum ſit, tamen lex ita ſcripta eſt. Interpretantur igitur doctores hoc ita eſſe, quia ſeruus de lucro captando agit, nempe libertate acquirenda. Vnde conſequenter propoſitã ſpeciem ſic finiunt. Lex eſt in municipio, quicunque in palatio ſanguinem fecerit tali lucro priuetur, Chirurgus cucurbitula, uel ſecta uena ægrum in palatio adiuuauit, in pœnam legis incidere exiſtimant, cum de lucri priuatione tractetur, quod ſecus eſſet ſi de dãno uitãdo ageretur. Sed hoc ego planè ridiculum arbitror: Quis enim exiſtimet uoluiſſe legislatorem medicam manũ, quæ præmio potius inuitãda erat, ulla penitus pœna afficere? & eam legem non coarctet ex ſubiecta materia, ut de ea ſanguinis fuſione intelligatur, quæ in ſpeciẽ uel leuis delicti cadat: merito itaque fuerunt ex recentioribus, qui hãc deciſionem reprobarent[n]. Nec me illud exẽplum legis Iuliæ mouet, quoniam in eo ſeruo nõ omnino ceſſat ratio legis, cũ, tametſi abſens, potuerit aliquid ex conſeruis intelligere, uel de priore dominæ uita atteſtari, deque eius moribus, & priſtina inſtitutione: quæ argumẽta, quãuis paulo remotius à certæ rei cognitione abſint, in hocque legis duricies uerſetur, tamẽ omnino aliena dici nõ poſſunt, & maxime in ſeruis, quorũ ingenia maiores noſtri ſuſpecta habuerũt, præſertim cũ nec dãnum libertatis eis inferatur, ſed differatur potius, cũ poſt ſexageſimũ diẽ nulla ſit prohibitio. Extat C. Caſſij iurecõſulti apud Corn. Tacitũ lib. XIIII. oratio, qua ille S. cõſultum Syllanianum defendit, ſuadetque ſeruos cęſo dño ultimo ſupplicio afficiendos, etiam ſi dura ea lex uideatur. Libet, inquit, argumenta cõquirere in eo quod à ſapientioribus deliberatum eſt. Sed & ſi nunc primũ ſtatuendum haberemus, creditis ne ſeruum interficiẽdi dñi animum inſumpſiſſe, ut non uox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? ſanè conſilium occuluit, telum inter ignaros parauit, num excubias tranſiret? cubiculi fores recluderet? lumẽ inferret, cædem patraret omnibus neſcijs? multa ſceleris indicia præueniũt, ſerui ſi prodant poſſumus ſinguli inter plures, tuti inter anxios, poſtremo ſi pereundũ ſit non inulti inter nocẽtes agere, & quę ſequuntur. Hoc igitur & in propoſito quoque legis Iuliæ exemplo dicendum eſt. Secundus caſus eſt: Cum lex uerbis geminatis præter uniuerſalem dictionem utitur, nam tunc de his qui idonei non ſunt, & cõſequẽter in quibus ratio legis aliquo modo ceſſat, lex adhuc obſeruatur. Quapropter ſi ſtatutum ſit, ut quicunque quoquo modo aliquem occiderit, occidatur: nõ diſtinguemus dolo an culpa necauerit, in ſui tutelam uel ne, & ita Saly. ſenſit.[o] Idem quando ſola dictio uniuerſalis adeſt, & ſuper actu iam conceſſo diſponitur: tunc enim nõ reſtringimus ad idoneos, ne aliàs diſpoſitio eſſet ſuperflua: ut cum Iurecõſultus dixit, nuntiationem omnibus diebus fieri poſſe[p], intelligitur etiã feriatis, cũ iam ex prætoris edicto nũtiatio permitteretur, Idem etiã ſi de nouo actu agatur, dũ tamen de re ad exemplũ fauore publico pertinẽte, tractetur. Quapropter ſi ſeruus necem domini ultus fuerit, ex Senatuſcõſulto libertatem acquirit, tametſi aliàs ad libertatẽ peruenire prohibeatur[q]. Atque hæc communiter recepta ſunt, & in his ſibi locũ uendicant, quæ iure ciuili non ſatis admitterentur. Quod ſi impedimentum iure naturali uel gentium ſit, tunc ſemper lex quibuſcunque uerbis concepta ſit reſtringitur, & de eo

l d.l. oẽs pop.

m l. proſpexit q et à quib. ma.

n Saly. Alexã. Fely.

o Saly. l. ij. C. de nox.

p l. j. §. nuntiatio. de oppo. no. nun.

q l. iij. §. utrũ. ad Syll.

de eo iure idoneis intelligitur. Promittendo dotem (inquit lex[r]) omnes cuiuſcunq;
ſexus conditionisq; ſint obligantur: reſtringitur dummodo ætate ſint idonei, quia
aliàs naturale impedimentum obſtaret. Quapropter ſupraſcripta lege homicidam
puniẽte, putauerim in eum non animaduerti, qui in ſui tutelam occiderit, quoniam
id iure naturali permiſſum eſt, nec in hoc Salyceti ſententiã ſequor. Tertius caſus
eſt, quoties lex aliquid pro forma obſeruari conſtituit certa ex ratione, nã ea ceſſante
adhuc obſeruanda eſt forma, aliàs perperam agitur. Quapropter ſi minor fundum
ſterilem abſq; prætoris autoritate uendat, uẽditio eſt nulla[s]. Sic eccleſia etiam ſi uti
liter, & ex re ſua diſtrahat, tamẽ contractus eſt nullus, niſi forma à lege in huiuſmo-
di alienationibus requiſita ſeruetur[t]. Cuius rei hæc eſt ratio, quod ea quæ ad rigo-
rem iuris cõſeruandum conſtituta ſunt, ad unguem obſeruari debent, nec aduerſus
eorum omiſſionẽ cuiquam ſuccurritur[u]. Habet aliquid ex iniquo (inquit C. Caſſius
apud Tacitum) omne magnum exẽplum, quod cõtra ſingulos utilitate publica re
penditur: nam & fuſo exercitu, cũ decimus quiſq; fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiun
tur. Putauerim tamẽ ſi ea forma non publico, ſed priuato tãtum fauore introducta
ſit, aliud dicendum. Quapropter licet de alimentis futuris ſine decreto tranſigi non
poſſit, ſi tamen tranſactum fuerit, utiliterq; creditor egerit, ratam eam tranſactionẽ
prætor habet[x]. Idem credendũ cum ratio formæ correcta eſt, quocirca q̃uis nepo-
tem ex filio emãcipato pater in teſtamento inſtituere uel exhæredem facere cogere-
tur[y], idq; pro forma traditum eſſet, tamen hodie impune præteribit[z], cũ ratio legis
ſit correcta, quoniam emãcipationis patriæq; poteſtatis differẽtia nouiſſime ſubla-
ta eſt. Exceptis igitur iſtis caſibus adhærẽdum erit regulæ, ut lex generalis ceſſante
ratione reſtringatur, cuius aliquot exẽpla proponemus. Lex mãdat fratres filiosq;
eorum, qui principem occiderint ad ſupplicium duci, non cõtinebitur is frater qui
cum homicida capitales inimicitias exercebat, idq; Decius reſpõdit[a]: hæc enim lex
etiã proximos gladio inſequitur, ut hoc terrore dum ſuorũ ſaluti proſpiciũt, Tyran
nicidæ abſterreãtur, uerisimile autem non eſt quenq; eius ſaluti uoluiſſe conſultum,
cui inimicitias denuntiauerit. Lex iubet, qui ſanguinem in palatio fecerit cẽtum ſoli
dis mulctari, non cõtinebitur chirurgus ut dixi, neque tonſor, qui nouacula ſummã
cutem inciderit. Lex cõſtituit quemcunque, cuiuſuis cõditionis teſtari poſſe[b], intelli
gitur de eo qui naturæ uitio non impeditur, meritò nec furioſus nec pupillus pote-
runt teſtari. Lex ait, cõtra inſtrumẽtum uel ſententiã nulla exceptio admittatur, nõ
cenſetur reieciſſe niſi friuolas exceptiones[c], ne aliàs graue dãnum alicui inferatur, &
cõtra ius naturale creditori bis idem ſoluatur. Accedit etiã quod in mãdato uide-
mus, quãuis enim generalibus uerbis cõceptũ proponatur, ad ea tamẽ non extẽdi-
tur, quæ nõ niſi ſpeciali iuſſione demãdari ſolẽt[d]. Lex in ſucceſſione agnatos cogna
tis præfert, intelligetur de agnatis maſculis, cũ appareat ita fauore agnationis cõſti
tutũ, quæ licet in fœminis ſit, tamẽ cũ eis extinguitur. Lex ſtantibus maſculis fœmi
nas excludit, intelligitur ſi maſculi uelint uel poſſint ſuccedere, alioqui nõ obſtabũt
fœminis. Dat premiũ exulem capienti, intelligitur & eum magiſtratibus exhibẽti,
alioqui fruſtra diceretur captus: & hæc quidem exempla ſufficiant. Reſtringitur
autem diſpoſitio legis plerunque, non quod eius ratio penitus ceſſet, ſed quod alia
contraria ratio id ſuadeat, quæ efficacior ſit, cuius rei perfectam doctrinam qui tra-
dere uellet, eum oporteret quorumcunque caſuum rationes omnes perſpicere, & eis
ceu in trutina poſitis perſcrutari quæ præualeant, quod ego ſupra humanas uires
eſſe arbitror. Meritò igitur inſigniores tantummodo frequentioréſque aliquos
modos

r l. promittẽdo. de iur. dot.
s l. ſi fundus. de reb. eor.
t c. j. de reb. eccle. in 6.
u Bal. l. iuris. C. qui admi.
x l. cũ hi. §. eã de tranſ.
y l. iter cætera. de lib. & poſ.
z Bar. §. & qd ſi tantum.
a conſi. 60.
b l. j. C. de ſacr. eccl.
c l. ea nobis. C. de adult.
d c. qui ad agen. de proc. in 6.

modos referemus, unde ad alios, ſi qui occurrent, diſcernendos uia ſtudioſis patere poſſit. Et in primis frequens is eſt modus cum interpretatione diſpoſitio reſtringitur, ea ratione quod uerba debeant ciuiliter, & ſecūdum ius interpretari. In qua re duplex eſt tractatus, alter quid in hominum, alter quid in legum diſpoſitionibus. Primo ergo de hominum actione uideamus, & in hoc generaliter à maioribus tradita regula eſt: Vniuſcuiuſcꝫ uerba ſiue in contractibus, ſiue in teſtamentis, ad diſpoſitionem iuris referri debere: quoniam quilibet ſecundum leges ſiue Quiritium ſiue municipales agere uoluiſſe præſumitur[c]. Id pronuntiatum quatuor ſectiones recipit. Prima eſt, cum diſpoſitioni legis uerba ex proprietate conueniunt, licet mens alia præſumatur, tunc ſtamus uerbis: quoniam coniectura mentis uerborum proprietati ſuccumbit. Et ideo fideicommiſſo, ſi utercꝫ hæredum ſine liberis deceſſerit, fœminæ relicto, priore cum maſculis mortuo, licet in alterius ultimo loco decedentis partem ea admittatur, tamen ſi ex lege municipali exiſtentibus maſculis fœminæ excluderentur, fideicommiſſo locus non eſſet[f]: quoniam fœmina hic ex præſumpta mente aduerſus uim uerborū admittitur, quæ preſumptio propter legem ceſſat, uidetur enim ex legis ſuæ ſententia teſtator noluiſſe fœminas ſtantibus maſculis admitti: atcꝫ ita communiter traditum eſt. Eadem ratione propter eādem municipij legem receptum eſt, ſi pater filios ſuos inſtituat, de maſculis tantum intelligi[g]; quamuis enim appellatione filiorum etiam fœminæ contineantur, id non ex ſermonis proprietate, ſed per interpretationem ex præſumpta mente introductum eſt, quæ præſumptio per coniecturam ſtatuti tollitur, & à proprietate uerborum non recedimus. Et ideo quidam duobus filijs inſtitutis, cum fideicommiſiſſet uter eorum ſine filijs decederet, ut ſuperſtiti reſtitueret eum qui relicta filia deceſſerat, reſpondit Dynus ad reſtitutionem teneri[h]; quoniam appellatione filij hoc caſu propter legem municipij non comprænderetur fœmina. Quæ ſententia nobis quocꝫ placet, maxime ſi appareret teſtatorem etiam propriam filiam excluſiſſe, ut maſculos tantum inſtitueret[i]. Secunda ſectio eſt: Quoties ſermonis proprietas repugnat, ad eam potius attēdimus, quàm ut imitatione legis quicquam factum arbitremur: quapropter qui fratrem & eius filios hæredes inſtituit, ſimul eos propter cōiunctæ naturam uocaſſe creditur[k], quamuis ex diſpoſitione legis in ſucceſſione prius pater quàm filij admittantur. Qua ratione eadem municipio cum lex adſit, ſi pater filios, & filias inſtituerit, receptius eſt ſimul mares & fœminas admitti: quod Pau. Caſtrenſis, & Socy. probat[l]. Tametſi Ancharanus[m] prius maſculos, deinde eis non exiſtentibus, fœminas iuxta legis ſeriem uocari crediderit. Si tamen ultra legem municipalem aliæ coniecturæ adducantur, tunc aliter ſtatuendum eſſet. Veluti cum præter legis aut naturæ ordinem, etiam inſtitutionis neceſſitas hoc ſuaderet, ut in patre filium & nepotes ex eo inſtituente[n]. Idem dicendum quoties interpretatio fieret circa uerba ei non præiudicantia cum quo cōtrahitur, & quæ ſui natura ad terminos iuris referuntur: ueluti cum quis fundum emphyteoticum ſibi & filijs ſtipulatur, nam exiſtente huiuſmodi lege, quæ mares in ſucceſſione fœminis præferat, etiam ſi pater ſibi & filijs maſculis & fœminis ſtipulatus ſit, admittētur tamen prius maſculi[o], quoniam pater filijs ſtipulando cenſetur uti hæredibus ſtipulatus: at ex lege hæredes ſoli ſunt maſculi. Tertia diſtinctionis ſpecies eſt, cum uerba generaliter concepta ſunt, num fiat reſtrictio, & intētio à lege reguletur? Qui caſus maxime ad rem præſentem pertinet, & hic non modica eſt dubietas: uiderentur enim reſtringenda, idcꝫ Antonius Butrius ſenſit[p], dum uocatis à teſtatore per fideicommiſſum proximioribus

c l. quidam. de uerb. obli.

f Bart. l. hæredes. §. cū ita. ad treb.

g Bald. Anch. l. tres fratres. de pact.

h Fely. c. ius generale. j. diſt.

i Paul. conſil. 410. caſus iſte frequen.

k c. raynutius. de teſta.

l l. in his. de cō di. & dem.

m Anch. d. l. tres fratres.

n l. gallus. de libe. & poſt.

o Bar. l. ut iuris. §. ut liberi. de oper. lib.

p But. conſi. ij. de conſtit.

mioribus deſcendentibus,quæ uerba etiam proprie fœminas cõtinent, ipſe reſpon dit,ſolos mares admitti, propter ſupraſcriptam municipum legẽ:nam & ſi lex ſcripta ſit,uxore ſine liberis decedente maritus dimidiam dotis partem lucretur, pater qui à marito ſimpliciter ſtipulatus ſit dotem reddi, de dimidia ſolum intelligetur egiſſe:idq; Ray.probauit[q],& pleriq; alij. Eodẽ confert quod cõſtitutum eſt hæredem qui legata ſoluere generaliter promiſit,cauitq;,intelligi deducta Falcidiæ legis parte promiſiſſe,nõ integra[r]: uiden' igitur propter diſpoſitionem legis,generalem promiſſionem arctari? Sed tamen nõ arbitror à uerborum proprietate regulariter hoc caſu recedendum: quod enim de toto dictũ eſt,non poteſt ad partem reſtringi, citra manifeſtam ſtipulatoris iniuriam, niſi quãdo uerba ad ius expreſſe relata fuiſſent,ut quia eam dotis reſtitutionẽ tibi facere promiſiſſem,quæ iure facienda eſſet[s], idem quando uerba eiuſmodi ſunt,ut ad ius referantur,qualia ſunt in eo quod Anton.Butr.dixit,cum quis proximiores deſcẽdentes uocat,intelligitur enim collectiua illa uox,ut eo ordine ſuccedant quo ex lege admittuntur. In promiſſione uero legatorum ideo ſubauditur ſalua Falcidiæ portione, quia cum eiuſmodi ſponſio iuſſu legis fiat,nõ eſt ueriſimile neceſſariò promittentem uelle ius ſuum donare:ſi tamen ex natura contractus quicquam actum creditur, non eſt dubium ex ea fieri reſtrictionem. Vnde ſi locator conductorem intra quinquennium nõ eijcere promiſit,intelligetur conductore penſionem ſoluente[t]:natura enim contractus etiam proprietati uerborum præpollet[u]. Quarta ſpecies eſt,cum nec uerba nec mens quicq; repugnant,ſed caſus eſt omiſſus,& tunc non eſt dubium ad diſpoſitionem legis referri. Vnde qui promittit ſoluere cẽtum,intelligitur de moneta à lege permiſſa: qui domum conducit,intelligitur ſecũdum morẽ patriæ conduxiſſe:qui,quod uocant, feudum acquirit,in ea omnia ſe obligaſſe iudicabitur,quæ ex eius cõtractus lege domino ab huiuſmodi cliẽtibus debent.Et generaliter uerũ eſt quod Baldus ſcripſit[x], qui aliquam actionem orditur,is legi de ea uerba faciẽti ſe adſtrinxiſſe uideri debet.

SEQVENS tractatus eſt de plebiſcito municipali, quãdo iuxta antiquiores leges reſtringi debeat,& regula eſt,debere:quoniam ſtatuta ſecundum ius commune interpretationem accipiunt[y].Et quoties ſtatutum de aliqua re,perſona,loco, uerba facit,de idoneo & habili ex iuris communis diſpoſitione intelligitur[z].Qua ratione ſi lex uel ſtatutũ de aliqua re argumentetur,& decidat,reſpectu cuiuſcunq; alterius impedimẽti aptitudinem præſumemus[a].Ex hac regula quàmplurimæ quæſtiones finiri poſſunt.Lex ait:Inſtrumẽta niſi intra menſem apud Cenſorẽ inſinuentur,fide careant,nõ nocebit alienigenis ignorãtibus, cũ hiſce terminus nõ niſi à die ſciẽtiæ iure cõmuni labatur[b].Rurſus lex:Exules & quicũq; ſolum uerterunt impune reuertãtur,qui ob falſi crimẽ exulat reuerti nequibit,quoniam iure cõmuni generali abolitione de his actum non uidetur[c].Item lex: Qui cuiuſq; poſſeſſionem intrare uel apprehendere auſus fuerit ſoluat pœnam,non uidebuntur in eã uindemiatores,fœniſecæ,meſſores,huiuſmodiq; artifices commiſiſſe[d], qui alieno iuſſu ingreſſi ſunt, ſed autor ſolus plectetur.Item lex:Qui ſibi debitum æs decennio nõ exegerit,tempore excluſus eſto:qui agere ſuumq; ius petere nõ potuit, legis præſcriptione nõ ſubmouebitur[e].Item lex:Hæres hæreditarijs creditoribus ſolidum ſoluat:intelligetur niſi inuentarium confecerit[f].Rurſus lex: Inſtrumenta publica etiam miſſo in neruũ carceremq; debitore executionem habeant:nõ cenſebitur prouidiſſe quo minus cedere bonis addictus poſſit[g].Item lex: Victus uictori cenſeatur in expenſis condemnatus:intelligit Fulg.[h] niſi iuſtam cauſam litigandi habuerit.Lex ait: Vxore præmor

q l.poſt dotẽ.in 4.lec.ſol.ma.
r l.fi.C.ad leg.fal.
s gl.l.ſi prior.ſolu.mat.
t l.quæro.ff.loca.
u l.inſulam.de præſ.uerb.
x Bald.l.ſi duo.de acq.hære.
y l.ij.C.de nox.
z l.ut gradatim.§.j.de mun.
a l.qui teſtamento.de teſta.
b l.genero.de his qui not.
c l.Lucius.ad S.C.Turpi.
d gl.l.ſi in rem.§.tignum.de rei uendi.
e l.fin.in fi.C.de an.excep.
f l.fi.C.de iur.delib.
g Bal.l.j.C.qui bo.ced.
h Fulg.cõſ.5.

tua maritus lucretur dotem,intelligitur ſaluo iure liberorũ prioris matrimonij, nõ enim per hanc tam generalem uerborũ formulam cenſeri debet illis quicq̃ damni illatum[i]. Sed quid ſi lucro ex ea lege facto maritus ad ſecũdas nuptias tranſierit,an huiuſmodi lucrum filijs quos ex priore uxore ſuſtulit reſeruare tenebitur? & licet generalitas legis aliud ſuadeat,tamen receptius eſt reſeruari debere[k]:niſi conſtet nõ contemplatione matrimonij aut filiorum ita à lege conſtitutum[l], ſed potius ut ſpe lucri ad uxores ducendas uiri allicerentur: quæ cõiectura ex alijs quoq; ſtatutis depręhendi poteſt.Lex ait:Omnia inſtrumẽta inſinuentur,ſi id factum nõ fuerit nullius ſint momenti:nõ compræhendet inſtrumẽta dotium,cum ſpeciali dotis fauore iure ueteri inſinuatio in his ſublata ſit[m].Lex mandat ſtari iuramento eius qui dãnum paſſus ſit: poterit nihilominus iudex taxare ad quam uſq; ſummam iurari debeat[n].Lex inquit:Homicida quod fecit expectet,& qui occidit occidatur: reſtringitur ſi dolo tamen occiderit.Lex enim Cornelia,quæ in ſicarios eſt lata, nõ niſi in eum qui dolo malo cædem patrauerit locum habet[o].Lex ait:Suſpectus perpetrati facinoris in ius ueniat,alioquin exulet:ueniat intelligitur & perſiſtat, quia lex antiqua non ueniſſe eum interpretatur,qui non perſtitit[p].Lex inquit:Prætor cõtrouerſias arbitratu Iureconſulti communi partium cõſenſu electi definiat: intelligetur de controuerſijs,in quibus probabilis ſit ambiguitas,claras enim ipſe nemine cõſulto decidet[q].Lex:Prætor agnatos ad compromiſſum cogat, intelligitur ſi aliqui litigatorum petierint:nec enim non petenti ſe prætor exhibet[r], quod & in ea lege pluries reſponſum eſt,quæ alienigenam ſatiſdare iubet,intelligitur enim ſi cautio petita fuerit[s].Lex:Terraconenſis rex immobilia aliqua ne alienato, poterit nihilominus pro dote ab uxore accepta immobilia alienare,cum de hoc caſu lex cõmunis actum nõ fuiſſe exiſtimet[t].Lex:Debitor ſoluere nõ teneatur niſi reſtituta ſibi ſyngrapha:non compræhendetur qui ſyngrapham amiſiſſe iurauerit, dum acceptilatione uel antapocha liberare debitorẽ ſit paratus[u].Lex:Quiſquis triticum uel uinũ extra territorium aduexerit plectatur: qui nõ in territorio ſed aliunde acceptum aduehat nõ punietur[x]:qui item uinum guſtus cauſa abſportauerit impune fecerit[y], quod & in eo qui uſus ſui cauſa abſportet reſpõſum eſt.Lex:Negotiatorꝝ codicibus integra præſtetur fides:intelligetur in his quæ ad negotiationẽ pertinent. Lex: Filij mercatorũ ab his quibus pater debet,conueniri poſſint:intelligitur ſi patris hæredes eſſe uoluerint,idq; Bal.probat[z].Lex:Mulier abſq; conſenſu agnati cõtrahere uel donare nequeat:poterit eccleſiæ donare,& alio modo in piam cauſam trãſferre[a].Lex:In grauibus delictis triumuiri capitales libere anquirant:non poterũt tamẽ niſi præcedente fama,uel legitimis indicijs[b]. Lex: Ob contumaciam exul poſſit impune occidi[c], aliquis eum armis occidit,quæ licite ferri non poterant, reſponſum eſt, legem prohibentem arma deferre,ſibi locum non uendicare, cum quis fert ut talem occidat[d]: quod utiq; faterer,ſi exulem lex ceu hoſtem publicum iuberet occidi: ſed aliud eſt iubere fieri,aliud pœna facientem liberare.Lex:Mortuo ſuccedant proximi cõſanguinei paterni,deceſſit aliquis relicto cõſanguineo utrinq; coniuncto, itemq́; altero ex patre tantum,Ancharanus utrinq; coniunctum admitti ſolum cẽſuit, exemplo Iuſtinianæ conſtitutionis[e]: Mihi uidetur uinculum paternum in ſtatuentium conſideratione ſolum fuiſſe, quapropter non temere à uerbis legis recederem. Lex: Mulier dotata non ſuccedat, intelligetur ipſi, qui dotem dedit, idq; de ſuo[f]. Quid ſi negat nubere,& mauult caſta uiuere? Reſpondeo,non ideo magis ſuccedet[g],cum per eam ſiet quo minus dotata dicatur[h]. Quid ſi qui dotem dedit ſtipulatus fuerat eam

i Bar.l.hac edi. C.de ſec.nup.
k l.fœminæ. C. eo.tit.
l Dec. authẽ.ſi qua.eo.tit.
m l.fi.C.de iure dot.
n Ange.l.uideamus.§.deferre.de ĩ lit.iur.
o Iaſ.l.in actionib.de ĩ li.iur.
p c.j.de iudi.
q l.ille.§.j.de leg.iij.
r l.j.§.fi.de iure delib.
s l.peto.§.fin. de leg.ij.
t auth.res quæ C.ad.l.fal.
u l.fin.C.de fide inſtr.
x l.cætera.§.ſed ſi qs.de leg.j.
y l.j.C. quæ res exp.
z Bald.l. de quibus.de ll.
a Bald.l.gñali. C.de ſa.ſ.ecc.
b c.j.de of.ord.
c l.ſi cui.de ſeruit.
d Nel.in tra.2. 2.in 3.temp.
e auth.itaq;.C. com.de ſuc.
f Bal.l.j.C.de leg.hær.
g Bald.l.mater. C.de iur.dot.
h Bal.l.pactum. C.de coll.

rat eam

rat eam ſibi reddi? & cum appareat propter dotem eam excludi, ſuccedet, niſi hæredes mulieri ipſi ſtipulationem remittant [i]. Quid ſi minimam dotem conſequuta ſit? reſpondeo nihil refert, cum agere poſſit ut congrua aſſignetur [k]. Lex: Nepos auo materno quantum ſit reſpectu legitimæ ſuccedat, niſi quando eius hæreditati renuntiatum ſit: reſpondi ſecundum ius commune intelligi [l], & ideo ſi uiuo patre mater deceſſerit, eius renūtiatio filijs non oberit. Lex: Publico documēto debitor, ſoluat nulla exceptione obſtante: poterit nihilominus obijci illud non eſſe publicū inſtrumentum [m], actorem pugnantia inuicem dicere, uel legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habere, quia pupillus, aut ſacer abhominatusq́ʒ, eundem dolo malo petere, inſtrumentum falſum eſſe, uel ſe non legitime citatum, uel ui aut metu cōtraxiſſe, uel ſimulatum fœnebrémue contractum, uel iudicem incompetentem, uel ſe ſoluiſſe, idq́ʒ manifeſtum eſſe, uel incontinenti probaturum, Admittetur & exceptio ex cōtractu ueniens, ut ſi uenditor pretium petat, ego rem mihi traditā negem: itemq́ʒ quælibet alia exceptio ex alio ipſius legis capite deſcēdens [n], ſed hæc ſatis & ſuper. Quod diximus ſtatuta ſecundum leges declarari, reſtringiq́ʒ quibuſdam caſibus, non procedit, ueluti cum uerba legis municipalis tam ampla ſunt, ut commode & citra manifeſtam cauillationem reſtringi nō poſſint: ut cum lex dicit, maritus decedente uxore omni caſu lucretur dotem ſibi datam: durum eſſet reſtringere, ut ſaluum ius filiorum prioris matrimonij cenſeretur [o]. Idem ſi diceret, maritus decedente uxore ſine liberis cōmunibus lucretur dotem: quorſum enim hic mentio liberorū cōmunium, niſi ut qui cōmunes non ſunt reijciantur? Nam & receptiſſimum eſt, ſi ſtatutum aliter nihil operaretur, ſecundum leges nō reſtringi. Quo fit, ut ſi cōſtitutū ſit, poſſe reum perſonaliter uel ad domū citari, arbitrio actoris permiſſum, utrum malit intelligamus, nec diſtinguatur perſona reperiri poſſit, uel ne, cū hac diſtinctione admiſſa, nihil iuri communi adderetur, ſed ſuperfluum eſſet [p]. Nam & ſi uictum uictori in expēſis condemnari iubeat, intelligemus etiam ſi iuſtam cauſam litigandi uictus habuerit, ne aliàs fruſtra ita cōſtitutum ſit [q]: nec ulla iniquitas ſubeſt [r], cum uictor de dāno uitando & ipſe agat, cui æquius eſt ſuccurri [s]. Eòdem pertinet quòd Bar. cenſuit, ſtatutum quo diſponitur & præſcriptione dominiū acquiri, de directo dominio intelligēdum, ut aliquid iuri cōmuni addere uideatur [t]. Quo argumento, cum latis tribus ſententijs conformibus ſtatutum non pateretur eas tāquam nullas improbari, reſpondit Andr. Sicul. [u] hoc intelligendum etiam ſi euidēter id conſtare diceretur, cum etiam iure communi exceptio huiuſmodi ſublata ſit. Aret. quoq́ʒ [x] cum in ſtatuto diceretur à nulla mera interloquutoria appellari poſſe, etiam de eis intelligendum cenſuit, quæ aliàs iure ciuili per appellationem retractari potuiſſent. Generaliter quoq́ʒ proditum eſt, quoties in ſtatuto rei iure communi iam conceſſæ extēſio ponitur, nullam fieri reſtrictionem [y], quoniam hoc caſu proditum ſit, generalia uerba ad aptitudinem non coarctari: quapropter ſi ſtatutū dicat, aduerſus ſentētiam nulla exceptio opponi poſſit, præter talem & talem, à uerbis recedendum non erit, quæ clara ſunt, & ex quibus aperte oſtenditur noluiſſe legiſlatorem ius commune ſequi, quod à Baldo traditum [z] frequentius receptum eſt: ſeruanda enim lex eſt, tametſi dura, & quicquid lex communis dicat, à municipali non recedendum eſt. Eandem ſentētiam alia quoq́ʒ ratione idem Bald. in hac ſpecie ſequitur: Ex lege municipali inducuntur certæ feriæ, num in caſibus quibus feriæ iuris communis non ſeruantur, hæ quoq́ʒ ſeruari non debeāt? & refert, inquit ille [a] an lex ſimpliciter indicat ferias, & intelligetur ſecundum ius commune, an uero procedat

i *Bal. l. fi. C. de dot. prom.*
k *Dec. auth. præterea. col. ij. C. unde uir & uxor.*
l *Alex. d. l. pactum.*
m *l. non putauit §. nō quæuis. de cō. tab.*
n *Mod. c. ex parte. ij. de offi. de.*
o *Rom. & Deci. d. auth. præterea.*
p *Bart. l. iij. §. ij. de dā. inf.*
q *l. ſi quando de leg. j.*
r *Iaſ. l. properandum.*
s *l. ſi ſeruū. §. ſeqtur. de uer. obli.*
t *Bart. l. iij. de uſucap.*
u *Barb. cōſ. 18. in. fi. j. lib.*
x *Aret. conſ. 105.*
y *Bart. d. l. j. §. nuntiatio. de op. no.*
z *l. ita nobis. C. de adult.*
a *in. l. j. §. fi. de fer.*

ulterius, quaſdamq́; exceptiones inducat, & non reſpiciemus ius commune, cum in caſibus non exceptis ſtandum ſit ſtatuto: quoniam regulam confirmat exceptio[b]. Hanc ſententiam & ipſe ſequor, dum tamen ſciamus hoc caſu regulam ipſam latiorem ſignificationem ex iure communi mutuari, ut in hac quæſtione. Lex Sacerdotij: Abſentes nec reſidentes fructus non percipiant, præter infirmos & pontifici Romano deſeruientes: quid de eo qui proprio Epiſcopo obſequatur? & is fructus percipiet, quoniam iure communi abſens non uidetur[c], & ideo in regula ſtatuti non cenſetur comprænſus. Iaſon tamē in his alia ratione utitur, nam, inquit ipſe, cum regula ſtatuti generaliter intellecta multum operetur, debet exceptio reſtringi: quandoquidem parum refert, ſi quæ incidenter dicuntur ſuperfluant, dum principale otioſum non ſit[d]. His amplius annotādum, ſtatutorū generalia uerba ſecundū legem non reſtringi, cum ea iuris communis diſpoſitio, non tam effectum reſpicit, q̄ formulam uerbalem, ut cum Statutum auget filiorum legitimam, quam iuberet relinqui filio, exiſtimabitur ſufficere quoquo titulo relinquatur, etiam ſi nō inſtitutionis iure pater reliquerit[e], idq́; uerum arbitror: quoniam non tanti eſt ratio quæ Iuſtinianum mouit (nempe quod titulus inſtitutionis ſit honorabilior) ut tam modica cauſa generalitas ſtatuti reſtringi mereatur. Nam etiam illud in confeſſo eſt, ex iuris cō munis extraordinarijs diſpoſitionibus ſtatuta non reſtringi, exempli cauſa: Lex iubet matrem ab agnatis excludi, nunquid à ſororis filio excludetur, qui iure quodā commentitio agnatus eſt[f]? & traditum eſt non excludi, nec de eo uerba ſtatuti accipiēda[g]. Qua ratione nec ab eo quidem iure reſtrictio ſumetur, quod maxime cō trouerſum ſit. Quapropter cum lex maritū unà cum filijs prioris matrimonij generaliter in maternæ dotis ipſius partem ſolum admitteret, reſpōdi non eſſe prius deducendam à filijs ipſis legitimam, quum id maxime controuerſi propter doctorum uarias opiniones iuris eſſet[h], cuius non eſt ueriſimile rationem ullam habuiſſe decuriones. Baldus tamen alia ratione prædicto in ſtatuto legitimam quoquo titulo relinqui poſſe cenſuit, quod uidelicet ſtatutum iuris correctorium ab eo interpretationem accipere non debeat. Quam rationē crebriore calculo reprobari conſtat, cum ſemper ius cōmune obſeruemus, preterquam in eo quod expreſſe conſtat correctum, ex ſupra dictis igitur Baldi ratio diſtinguenda fuit. Generaliter tamē omnis huius materiæ cardo in eo uerſatur, ut legis municipalis rationem ſpectemus, & ex ea uериſimiliter conſtituamus, ex iure communi reſtringenda ſit, an id minus, & ideo in pleriſq; locis ubi ſimpliciter conſtitutum eſt, maritum uxore mortua lucrari dotem, excluduntur filij prioris matrimonij, nec fit ulla reſtrictio, eo colore quod ratio ſtatuti fuerit, ut promptius mulieres nuberent[i], cū alioquin uiduæ propter legale[k] onus doti inhærens uiros æquales facile non reperirent. Et ex his ſatis dilucide explicauimus quibus caſibus ſtatuta à iure communi reſtringi non debeāt. Hoc tamen non omittendum, ubicunq; aliquis ex generalitate ſtatuti damnum indebite pateretur, ſemper reſtrictionem ad ius commune faciendam. Ecce: Lex ſcripta eſt, inſtrumento à ſe facto nullus aduorſum eat, nec hæres quidem, non cenſebitur prohibitus hæres aduorſum ire qui inuētarium fecerit: quoniam iniquum eſſet de ſuo eum teneri, indebiteq́; id damni ſubire, quamobrem fit hæc interpretatio, ut lex huiuſmodi potius ſit eluſoria, quàm ut iniquitas ulla toleretur[l]. Nam generaliter fatendum eſt quamlibet diſpoſitionem in legibus, reſcriptis, teſtamentis, contractibus, coarctari, ne iniquitas aliqua introducatur: nec ex hoc ſolum, ſed alijs, & ferè infinitis cauſis fiunt huiuſmodi reſtrictiones, quarum alia certa regula adſcribi non poteſt,

b l. tribunus. §. fi. de teſt. mil.

c c. ad audiētiā de cler. non reſ.

d Iaſo. l. j. col. 16. de of. eius.

e Bald. l. maximū. C. de lib. præt.

f l. meminimus C. d'leg. hær.

g Iaſ. l. omnes pop. in fi.

h Dec. conſ. 246.

i Curt. cōſ. 78.

k d. l. hac edict.

l l. fi. §. in eom putatione. C. de iure delibe.

non poteſt,niſi ut iudex ſemper rationem legis præ oculis habeat,& ex ea uel decretum moderetur, uel generaliter obſeruari iubeat. Duximus autẽ ex innumeris aliquas cauſas deſcribi operæ pretium fore,ut hac quoq; in re ſtudioſorum laboribus conſuleremus. Hæ ut plurimum ex huiuſmodi prædicamentis cõſiſtunt, perſona, re,qualitate,quantitate,loco,tempore,bono, malóue, iuſta excuſatione, de ſingulis igitur uidendũ. Et in primis ex perſona propter excellentiam à regula generali recedi quandoq; uidemus:quapropter Lex[m] iudicibus mandans,ut ipſi ſententiam ſuam ex ſcripto pronuntient,in his ſibi locum nõ uendicat,qui excellenti dignitate præpolleant,ut præfectus prætorio,uel epiſcopus, Nam & cõſtitutum eſt in generali excõmunicationis ſuſpenſionisúe ſententia, qui pontificiæ ſunt dignitatis non compræhendi[n], plurima enim illuſtribus dignioribusq; huiuſmodi conceſſa ſunt, quæ inferioris gradus uiris nõ permittuntur.Qui dignitate illuſtri pollet,nõ niſi ex ſcripto in ius uocari poteſt[o],per procuratorem etiã in cauſa criminali litigat[p]. Qui cingulo militari decoratur ex delicto ſuſpendi nequit, cũ huiuſmodi pœna ſoli plebei afficiantur[q]: is etiam ſi aduerſus eum aliquid indicij emerſerit,quæſtioni ſubijci non debet[r]. Sic doctor uel medicus ob æs alienum uel munus aliquod in carcerẽ detrudi non poteſt[s].Sic lex in mulierem compromitti prohibens,eam non cõpræhendet,quæ excellenti dignitate ſplendeat[t]. Hinc fit ut in generali uicarij mandato ea poteſtas conceſſa non uideatur,qua illuſtrem perſonam ſubmouere poſſit[u].Vnde nec archiepiſcopi uicarius epiſcopum iudicabit, nec municipij poteſtas ius in ſenatorem dicet:quod ſi quis ius in illum decernendi habeat, mitigare tamẽ pœnam tenebitur,eiusq; honori quantum in ſe erit deferre[x]. Quod tamen in pœna corporali intelligitur,nam in pecuniaria nobiliores grauius plebeis mulctantur[y].Cæterũ & ad hæc pertinere uidentur quæ propter concedentis amplam dignitatem indulta in iure reperiuntur. Ecce,in albo potiores partes habet, qui & tempore priores fuerunt:niſi tamen maiori dignitatis excellentia præpolleat,qui poſteriorem elegerit[z]: nã & in ſacerdotijs in ambiguo prior præſumitur,isq; cæteris præfertur,quẽ Romanus pontifex deſignarit[a]. Quod etiam aduerſus iam receptum in Canonicorum ordinem extenditur:is enim nihilominus propter pontificis autoritatem illi cedet[b]. Propter excellentem quoq; ſcientiam à communibus iuris regulis recedimus:unde quamuis doctor extra patriam ſuam profitens ab onere tutelæ in patria non ſit immunis,ſi tamen ualde in diſciplina emineat,ex reſcripto Diui Pij excuſabitur[c]. Sic ex delicto ad beſtias damnatus propter ſingularem artificij ſcientiã ad preces populi ex indulgentia principis poterit ueniam cõſequi[d]. Sic edictum prætoris minori XXV. annis reſtitutionem in integrum concedens, in minore ſummæ peritiæ, & perquàm induſtrio non obſeruabitur[e]. Sed an ipſo iure excellens ſcientia proſit,an uero ſolum iuſtam principalis indulgẽtiæ cauſam præſtat? & puto principem adeundum,ſicut uidemus illegitimũ abſq; Pontificis Romani diſpenſatione in epiſcopum eligi non poſſe,tametſi tali excellentia polleat[f], quod & in eo conſtitutum eſt, qui duplex ſacerdotium propter doctrinæ ſummam peritiam poſtulat[g]: Standum enim in hoc quoq; regulæ eſt, niſi ſummus Pontifex eum exemerit:quantum tamen ſit reſpectu excuſationis à tutela aliud obſeruabitur,quoniã diui Pij reſcriptum in corpore iuris compræhenſum eſt. Propter indolem quoq; & ſpem futuram huius doctrinæ multa cõtra regulas recepta ſunt: quapropter traditum eſt eos,qui optimi ſint ingenij poſſe ad doctoratus,ut uocãt, apicem promoueri[h],tametſi adhuc non multum profecerint,ſi ſpes futuræ diligentiæ ſubſit. Cui

m *l.ij.C.de ſen. ex per.*
n *c. ubi.de ſent. ex.in 6.*
o *l.quoties. C. de dig.*
p *l.fi.C.de iiur.*
q *l. deſertorem §. pœna. de re mil.*
r *l.milites.C.de quæſt.*
s *l. ne q̇s.C. de aduo.di.iud.*
t *c. dilecti de arb.*
u *c.j.ĩ fi.de off. ord.in 6.*
x *c.ij.de offi. del.in 6.*
y *l. properandũ §.ſinaũt uter q;.C.de iud.*
z *l.ij.de alb. ſcri.*
a *c.ſi à ſede.de præb.in 6.*
b *c.hi qui auct. eo.ti.*
c *l.ſed reprobari. §. amplius de excu.tut.*
d *l.ad beſtias. de pœnis.*
e *l.j.C.q & ad uer.quos.*
f *c. innotuit de elect.*
g *c.de multa. in fi.de præb.*
h *Inn.c.cũ ĩ cũctis.de elect.*

non abſimile,legum candidatũ ſtudioſum & bonæ ſpei imperito doctori præferendũ eſſe [i] : in quo tamẽ poteſt diſtingui,ut priuilegia doctoribus conceſſa eorũ perſonam reſpicientia indoctis non competant: quapropter ſibi obſtrepentem uicinũ fabrum domo non eijciet[k],ab oneribus immunis non erit[l], quod ſi ad ordinẽ ipſum pertineant,ſecus eſt. Non ſubijcietur ergo doctor quæſtioni, quoniam inde nota & dedecus in eius dignitatis cæteros uiros ſuboriretur[m]. Eadem ratiõe putauerim in ſupraſcripta quæſtione debere ſcholaſticum ei de uia decedere[n],cum cæterorum id propter popelli opinionem interſit. Propter uitæ integritatem,& ſanctimoniã, autoritatemq́; hominis à regulis cõmunibus quãdoque recedimus [o] : quales ſunt, poſt publicata teſtimonia neminem ulterius rogãdum, conſanguinei teſtimonium ſuſpectum eſſe,ſicut & iudicium:nam propter notam uiri probitatem(quamquàm hæc rara auis)aliter quandoq; iudicabimus [p]. Sic iudicẽ abſoluit reſpõſo ſuo Angelus,qui cauſæ capitalis accuſatum magnæ exiſtimationis uirum, non in compedibus ius dicere iuſſerat [q], ſed urbem pro carcere,etiam abſq; uadibus, aſſignauerat,cum is uiolato iureiurando ſolum uertiſſet, nam & tutor legitimus ſatiſdare debet,ſi tamen honeſtate probitateq́; præcellat, hoc ab huiuſmodi uiro non expectabitur [r]. Quapropter quàmuis quiſquis immobilia non poſſidet iudicio ſiſti ſatiſdare teneatur,ſi quis tamẽ alioquin ſit promiſſi tenax,& à mendacio abhorrẽs prope eſt ut eius ſponſioni ſtetur[s]. Qua ratione cum ſtatutum eſſet, ut quilibet iuxta qualitatẽ perſonæ ſatiſdaret,reſpondit Baldus, eum qui probis ſit moribus,& ſpectatæ fidei,liberari[t],ſi iuramẽto cauerit: tametſi ſatiſdare ſolum is dicatur, qui fideiuſſoribus creditori cõſulit. Sed & illud conſtat, quàmuis arbiter extra locũ compromiſſi ſentẽtiam dicere non poſſit, propter tamen hominis autoritatem indulgẽdum,ut etiam in ſeceſſibus rem finire poſſit [u]. Ex hiſtoria quoq; proditũ eſt, Ambroſium,Nicolaum,Seuerum,cũ prius ſacris initiati non eſſent, in epiſcopos tamẽ electos fuiſſe[x]:quod propter ſingularẽ uitæ integritatem toleratum fuit,cũ alioquin antiſtes eſſe nequeat,niſi qui antea iã diu ſacra tractauerit. Propter hominis quoque deſidiã ſocordiamq́; multa cõtra regulas cõſtituta ſunt: quamobrem quàmuis procurator poſt litem cõteſtatam ſubmoueri non poſſit,ſi tamẽ iners & contumax appareat,iuſte reuocabitur [y]. Sic & tutor eadẽ nota inuſtus,& ſuſpectus, poterit etiã officio iudicis amoueri[z]. Sic quàmuis ex regula nemo iuri ſuo renũtiare cogi poſſit,ſi tamẽ aliquis epiſcopus ita oſcitabundus & curarũ negligens ſit, ut aliquid inde periculi diuinis domibus immineat, poterit in hoc adigi, ut ſacerdotio illi cedat[a].Quo exemplo etiam uidemus cõductorem ab ædibus[b], emphyteotam à fundo[c] deturbari,ſi in re male uerſetur:quod & in cliente, quem uaſallum uocant receptum eſt[d]. Et quæ de tali deſidia tradũtur, in nimia quoq; ſeueritate locũ habent: cum ut Neruæ imperatori dictum fuit,æque malus is princeps ſit, ſub quo omnia licent,atque is ſub quo nihil licet. Hinc uidemus inuitum dominum ut ſeruum diſtrahat cogi,quẽ nimia ſæuitia durius quàm æquum fuit afficiebat [e]. Sic & paterfamilias quàmuis emancipare filium nõ ſit cogendus,ſi tamen ultra quàm paternæ pietatis officiũ ſuadeat male eum habuerit iudicis autoritate cogetur [f]. Vnde etiã uir ab uxore ſeparatur,qui nimium moroſus,ſæuusq́; ſit[g]. Sed & ex hac cauſa ſocietatẽ dirimere permiſſum eſt: durum eſt enim cũ rixoſo homine diutius conuerſari[h]. Præceptoris quoq; nimia ſæuitia, ut lex ait,culpæ adſcribitur. Cæterũ inimicitia quoq; & hoſtilitas plurima innouari iubent : quocirca in grauiſſimis delictis qualia ſunt impietatis in Deũ,læſæ maieſtatis in principem,ſacerdotij per ſordes & ambitum

i *gloſ.l.j.C. de ann. ciuil.*
k *Iaſ.l.j.in fin. ſol.mat.*
l *l.ſub prætextu C.de colleg.*
m *l.j. C. de tyro.*
n *Fely. c. clerici.de iudi.*
o *Iaſ.l.iubemus C.de iudi.*
p *l.ij.in prin.de teſtib.*
q *l. ſi à bonæ. de rei uen.*
r *l.legitimos.C. de leg.hære.*
s *Paul.l.ſi quis ſtipu. ſit ſtichum.§.fi.de uerb.*
t *l. abſtinẽdum C. quorũ ap.*
u *l.ſi cũ dies.§. ſi arbiter. de arb.*
x *§. his oĩbus. lxj.diſt.*
y *l. eum qui res C.de proc.*
z *l.hæc enim.§. fi.de ſuſp.tut.*
a *c.niſi.de ren.*
b *l.ædẽ. C.loc.*
c *auth.q rẽ. C. de ſac.ſa.ecc.*
d *c.j.§. qcũq;. de pa.ten.*
e *l.ij.§.j.de his q ſunt ſui.*
f *l.fin.ſi quis à par.*
g *c.literas.de re ſti.ſpol.*
h *l.ſi cõuenerit. pro ſoc.*

ambitum (ſymoniam uocant) acquiſitio, etiam ſi illegitimæ probationes admittantur, inimici tamen teſtimonium recipiendum non eſt[i]. Sic & lex aduerſus fœneratores lata, non intelligitur eum compræhendere, qui iuſto hoſti fœneratitiam pecuniã dederit[k]: nam & lex Pompeia parricidam culeo inſuens, de eo non intelligitur qui parentes patriæ publicos hoſtes obtruncarit[l]. Quod ut uerum ſit, non tamen laudandus eſt, qui iura naturalia ſic cõtempſit[m]. Eadem ratione traditum eſt, hoſti impune uiolandam fidem[n], præterquam cũ ei aliquid ſpecialiter promiſſum eſt[o]. Sed ambas haſce quæſtiones ex Philoſophorum ſententia M. Cicero libro de officijs tertio elegantiſſime explicat, is igitur adeundus. Propter perſonarum affinitatem legis generalis plerumq; fit derogatio, ut in hiſce ſpeciebus, lex eſt, cum eo cui ſacris interdictum ſit, nemo quicquam commune habeat, ad ſe uenientem auerſetur, colloquio non dignetur: non intelligentur prohibiti conſanguinei[p]. Quo ſenſu & lex in receptatores ſcripta[q], & edictum prætoris de ſeruo corrupto, ad proximos non trahentur. Sed nec lex quidẽ prohibens aduocato aduerſus Rempublicam patrocinari, uetabit quominus me meosq; tuear[r]. Sic & S. C. Syllanianum, quo hæres ſcriptus non prius hæreditatem adire poteſt, quàm defuncti teſtatoris necem ultus fuerit, non cenſebitur patri neceſſitatem imponere ut filium accuſet[s], nec uice uerſa filio ut patrem deferat, nam nec tutor pro pupillo ſubire iudicium tenebitur aduerſus proprios cõiunctos[t], quod & ad aduocatũ producendum eſt, ut uſq; ad quartum gradum aduerſus conſanguineos cauſam dicere cogi non debeat[u], cum lege Iulia Papia iudiciorum publicorum, nec teſti quidẽ denuntiari poſſit ut teſtimonium uel aduerſus ſobrinis genitos dicat[x], & militi emãſori detur uenia, qui affectioni parentum & affinium hoc dedit, ut aliquandiu à ſignis abeſſet[y], & quicunq; coniunctos in iudicium uocarit, quorum in edicto prætor mentionem fecit, qualemcunq; fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa accipere teneatur[z], cum alioquin non niſi idoneum accipere cogeretur, Huiuſmodi enim affectioni non parum à legibus tributum apparet, cum potiſſima ex ea in dubijs rebus coniectura aſſumatur. Quapropter etiam quando appellatione filiorum nepotes non continentur, tamen de eis actum cenſebitur, quos auus loco filiorum habere tractareq; ſolitus eſt[a]. Sic in legato facto Sempronio, ne cum plures Sempronij ſint, ex incertitudine uitietur, de eo intelligemus, cui maxime teſtator afficiebatur[b]: nam & legatum ſacerdoti quàmuis eccleſiæ factum cenſeatur, ſi tamen is ſacerdos affinitate uel alia affectione teſtatori iunctus probaretur, promptius eſt ad eum quam ad eccleſiam pertinere[c]. Et quæ de conſanguinitate dicta ſunt, in magna quoque amicitia locum habẽt: quapropter ex teſtamento imperfecto fideicommiſſaria libertas alumnæ ob magnam teſtatoris dilectionem debetur[d]. Iudex ob amicitiæ licitum ardorem amici nocentis pœnam mitigare poterit, nec idcirco ſordium aut gratiæ reus fiet[e]. Et in legatis licet propter ambiguitatem minor ſumma debeatur, tamen propter magnã amicitiam quandoq; interpretabimur maximam deberi[f]: quod & in ſtipulatione receptum eſt[g]. Eadem ratione etiam defenſionis cauſa poterit amicus in iudicio ſtare, cum alioquin abſq; mandato alius pro alio non audiatur: quod intelligẽdum in eo, qui arctiſſima familiaritate iungatur, & cuius geſta ſoleat abſens rata habere[h]. Quod ſi quicquam ex amicitia uel affinitate in aliquibus perſonis introductum eſt, id maxime inter patrem & filium obſeruabitur, cum nulla poſſit eſſe arctior coniunctio, Hinc fit, ut quamuis lex quemlibet adminiſtratorem rationes reddere uelit, patrem tamen eximat[i], qui quãtum ad filium attinet, aneclogiſtes eſt, & pares cum eo ſem-

i c. per tuas. de ſym.
k xiiij. q. iiij. ab illo.
l l. minime. de relig.
m l. ſi adulteriũ. §. liberto. de adul.
n 22. q. ij. dñs.
o l. j. §. non fuit de dolo.
p c. inter de ſen. excom.
q l. fi. de recep.
r l. pen. de poſt.
s d. §. liberto laſ. l. j. C. de his qb. ut. id.
t l. humanitatis C. de exc. tut.
u l. petitionẽ. C. de adu. diu. iud.
x l. lege iul. de teſtib.
y l. q cũ uno. in fi. de re mil.
z l. ij. §. ij. qui ſat. cog.
a l. alimẽta. §. j. de ali. leg.
b l. ſi qs ſeruum. §. ſi ita. de lega. ij.
c C. reqſiſti. de teſta.
d l. in teſtamẽto de fid. lib.
e gloſ. c. niſi. de offi. de leg.
f l. ſi ſeruus pl. §. fi. de leg. j.
g l. capiẽda. i fi. de reg. iur.
h Bar. l. nõ ſolũ §. qui alieno. de proc.
i l. fi. §. illo pro cul. C. de bo. quæ lib.

per rationes habet: quapropter ſi filio reſtituere hæreditatem grauatus ſit, interim nullam cautionem præſtabit [k]. Sic magiſtratus, aut miles, licet in prouincia emere prohibeatur, paterna tamen bona, quæ a fiſco diſtrahuntur, ſibi addici iure procurabit [l], nec legis laqueis tenebitur. Sic doctoris filius in patris demortui locum excluſis cæteris ſuccedet [m]. Poſſent ad hanc rem & alia pleraq; facētia adduci, quæ ſciēs prætereo. Propter perſonæ quoq; paupertatem à generali lege quandoq; recedimus, quapropter in multitudine cauſarum, ante cæteras, pauperum controuerſias iudex definiet [n], eorum alimoniæ ſi in carcere detineātur prouidebit [o], tabellionem ut documenta illis etiam gratuito ædat, ex officio coget [p]. Si quis ob inopiam non appellauerit, uel poſt prouocationem fatalia labi permiſerit, eū reſtituet [q], mulctam etiam, ſi eius portio collitigatori debeatur, abolebit [r]. Illud enim conſtat, paupertati à legibus multa indulgeri, quæ omnia recenſere præſentis otij non eſt. Nam & non ſolum ex paupertate, ſed etiam propter perſonæ ignobilitatem pleraq; aduerſus iuris communis regulas introducta reperire eſt. Pater etiam inuito filio illi factam iniuriam remittere poteſt, ſi tamē uilis abiectaq; perſona ſit, remiſſio filijs qui honeſtam perſonam ſuſtineant non nocebit [s]. Sic quàmuis filia de dote, niſi ex cōſenſu patris agat, non tamē de eo intelligemus, qui uilis, fœdioreq; uita ſit [t]: nam & ex contrario, lex liberis aliquod beneficium propter patris honorem indulgens, ad eum filium non porrigetur, qui turpem uitam maculoſamq; agat [u], de huiuſmodi quoq; intellexiſſe nō uidebitur, cū infamiæ notam inurit [x], his enim infamia pœnæ loco non eſſet, quare ſeuerius uindicandum. Quapropter merito Baldus cum lex generaliter mulierem in carcerem duci uetaret, de ea non agi reſpondit, quæ meretrix, libidinibusq; infamis, & extra legis Iuliæ pœnas ob uilitatem ſit [y], & hæc quidem quod ad perſonas attinet ſufficiant. Ex re fit quandoq; legis generalis reſtrictio, idq; uarijs ex cauſis, ueluti propter rei tenuitatem, ſterilitatem, meliorationem, & ſi qua huiuſmodi, quorum exempla plurima in iure habemus. Decuriones propter ſenectutem in curiam uenire non coguntur, & tamen ſi leue ſit munus, & quod cito explicari ſoleat, immunes non erunt [z]. Mater filijs tutores petere debet, ſi tamen tenuiſſimæ ſint pupilli facultates excuſabitur [a]. Sic & Senatus cōſultum quo legari domibus affixa prohibentur, de modici pretij rebus, itemq; gurguſtijs non intelligetur [b]. Et edictum prætoris de morbo uerba faciens, ad febriculam leuem [c], Senatuſconſultum Syllan. de uulnere ad uulnuſculum non producetur [d]. Sic tutor qui pupillo modicam quantitatem crediderit, à tutela tanquam creditor non excuſabitur [e]. Iudex qui munera accipere prohibetur, xeniola tamen non improbe accipiet [f]. Quod & in ſacerdotium aliquod conferente receptum eſt, non enim Symonicæ, ut uocant, labis reus erit [g]. Sic à tutela quarta, cuius occupationibus quis facile defungi poſſit, non excuſantur qui ternas ſubierint [h]. Legimusq; etiam in iudiciarijs actionibus dilationes amputari, ſummarieq; & magis de plano procedi, uel cum de rebus leuibus [i], ciuiliter agitur, uel cum de modicis criminibus accuſatio inſtruitur [k]; nam & ea quæ leuis ſolennitatis ſunt, ſi omittātur, actum non uitiant [l]. In legis perito quoq; proditum eſt, non iure eum quicquam honorarij accipere, cum citra laborem & librorum reuolutionem clienti conſilio ſuo cauit [m]; quod tamen ego nō ſatis probo, nec receptum uidetur [n], cū iam exantlati labores & erumnæ, quibus ars iſta addiſcitur, præmio carere non debeant. His accedit quod uulgo dici ſolet, de rebus minimis nullā eſſe prætoris curam [o]: quod ita accipitur, ut ex re minima aduerſus ius commune nihil inducendum ſit: nec reſtitutio

k l. imperator ad Treb.
l l.q officij. de cōtrahē.emp.
m l.iij.C.de aduo.di. iudicū.
n j.q.j.c.in primis.
o l.iudices.C.de epi.aud.
p l.tā dementis. C.de epi.aud.
q §.alijs.ī auth. de his q ingr.
r l. illicitas ī fi. de offi. præſ.
s l.ſed & ſi.§. filiof.de iur.
t l.ſi cū dotem §.eo aūt.ſo. ma.
u l.ſenatoris f. de ri.nup.
x l.ij.C.ut int. cer.tem.
y Bal.l.conſentaneū.C. quō & qñ iu.
z l.decurio fortunam. C. de decur.
a l.ij.C.ad Tertul.
b l.ſenatus.§. marcellus. de leg.j.
c l. quæſitū. de re iud.
d l.j.§. pen. ad Syll.
e gl.auth.minoris.C. qui da. tu.
f l.ſolent.de offic.proc.
g c. ſi quæſtionis.de ſym.
h l. ſi is q tres.ī fi.de exc.tut.
i authē.niſi. C. de ſen.ex pic.
k l.leuia.de accuſa.
l l.j.§.fi.de uē. inſpi.
m glo.xj.q.iiij. non licet.
n Specu.
o l.ſcio.de in integ.reſt.

ſtitutio in integrum concedenda: cum uero ſecundum ius commune agimus, tunc etiam minimæ rei rationem habendam[p]: unde qui uel oboli reliquator eſt, actione ex empto rem non conſequitur, aduerſus deiectum petitorio iudicio non experietur[q]. Sed an emphyteoticum fundum tanquam integrum canonem non ſoluerit amittet? & cum hanc legem partes contractui dixerint, propius eſt ut amittat: quod crediderim uerum, cum inde argui contemptus aliquis poteſt, alioquin humanius eſt, per imprudentiam factum arbitrari[r]. Quapropter nec inquilinus qui excepto nummo penſionem ſoluit ſubmouebitur, in quam ſententiam Bal. & Paulus Caſtrenſis tranſiere. Propter ſterilitatem à regula generali uarijs quoq; ſpeciebus recedimus: quapropter colonus qui agri culturam non deſerere promiſit, ſalua fide recedere poteſt, ſi ſterilis fundus effectus fuerit[s]. Et cōſtitutio, quæ rerum eccleſiæ alienationem fieri poſſe generaliter negat, non tamen de ſterilibus prædijs, tenuibúsque agrorum plagis intelligetur, poterunt enim abſq; alia ſolennitate alienari[t]. Quod & in conſuetudine receptum eſt, quæ ſi huiuſmodi alienationes infirmet, de modici reditus poſſeſſionibus non intelligetur, nam & lex quæ clientem in uerba domini iureiurando adigi[u], hoc eſt, præſtare occaſione feudi (ut uocant) iuramentum fidelitatis iubet, in eo non obſeruabitur, qui modicam tenuémque rem eo titulo acceperit[x]. Sic propter anni ſterilitatem fit colono remiſſio mercedis. Cenſetur autem is fundus ſterilis, cuius culturæ tantum impenditur, ut eo deducto nihil colono ſuperſit[y]. Bartolus etiam remiſſionem faciendam cenſet, cum in dimidia iuſti pretij deductis operis & impendijs colonus læderetur: quæ ſententia crebriore calculo approbata eſt[z]. Propter rerum meliorationem fit & quãdoque legum reſtrictio, ut cum lex locatorem damnat, ne quid ultra penſionem conuentam petere poſſit, tenebitur nihilominus colonus augere mercedem, ſi præter ſpem magna fertilitas anni ſuperuenerit[a]. Sicut enim ex ſterilitate remitti ſibi colonarium iure poſtulat, ita ex inopinato prouentu augere domino debet. Eadem ratione lex amoto à ſacerdotio nihil conferri iubens, in eo non obſeruabitur, qui propria induſtria diuinæ domus fundos ex incultis & teſquis fertiles reddidit[b], fruetur enim parta ſuo labore fœcunditate donec uixerit, quod & Innocent. probat, quod eius legis exemplo conſtitutum opinor, quæ fundi deſerti ad Cæſaris patrimoniũ pertinentis cultorem (ſaluo iure canonis) inquietari non ſinit[c]. Propter rei euidentiſſimam perſpicuitatem aliqua quoq; ſpecialiter indulta ſunt, quò fit ut quãuis priuſquam aliquis ad profitendi munus doctor poſſit promoueri, præceſſiſſe oporteat[d], diligẽtem morum doctrinæq; inueſtigationem, ſi tamen fama is ſit notiſſima idoneus, aliud examen nō eſt neceſſariũ[e], cum populi teſtimonium pro examine ſufficiat[f]. Nam & licet in maioribus & in minoribus cauſis conceſſa ſit appellatio, ubi tamen euidentiſſime de delicto conſtat, non eſt ulterius quicquam quod rei pœnam differat concedendum[g]. Sic & quoties cauſa appellationis manifeſta eſt, alia probatione non opus eſt[h]. Et qui ad locum citatus eſt ſibi intutum, ſi id apertiſſime conſtat, nec excuſationem quidem mittere tenetur, tantum abeſt ut ipſe coràm uenire debeat[i]. Soletq; uulgò dici, in notorijs ordinem iudiciarium minime obſeruandum[k]: uocant autem noſtrates doctores notoriũ, uoce minime proba, id quod palàm conſtat: cum ueteres notorium pro denuntiatione facinoris acciperent[l], cum in id publice conſtituti Emiſſarij & Curioſi indiciũ perpetrati facinoris per elogium præſidi faciebant, quod munus in Pagorum Syndicos ut plurimum hodie tranſlatum eſt, nec eo caſu ſolennia accuſationum perpendũtur, ſed ſolum (ut Gordianus

p l. ſi proprietarius. de dam. infe.
q 1aſ. auth. qui rem. C. de ſa. ſan. eccle.
r l. quamuis. de cōdi. & dem.
s glo. l. ij. C. de agri. lib. xj.
t 12. q. 2. terrulas.
u c. cæterum. de don.
x c. d' fidelitate. de cap. conr.
y l. mediterraneæ. C. de anno. lib. x.
z l. licet. C. loc.
a gl. l. ſi merces §. uis maior. loc.
b c. fi. de pe. cle.
c l. quicũq;. C. de oĩ ag. deſ.
d l. magiſtros. C. de prof.
e Io. And. c. cōſtitutus. ij. de app.
f c. nullus. 24. diſt.
g c. cōſuluit. de app.
h l. ciues. C. de app.
i C. l. paſtoralis. de re iud.
k c. ad noſtrã. de iureiur.
l l. ab accuſat. ad Turp.

Impe.conſtituit[m])falſis nec ne quis ſit notorijs inſimulatus.Propter ea quæ de nouo emergunt fit & quandoq; huiuſmodi interpretatio:ecce tibi,poſtquam in cauſa concluſum eſt,licet alia inſtrumenta proferri nequeant,ſi tamē quicquam nuper ad litigatorum aures peruenerit indulgendum eſt [n], nam & poſt litis conteſtationem, quod ueteres iudicium acceptum dicebant,licet exceptiones dilatoriæ amplius opponi nequeant,nec ulli recuſationi ſit locus,ſi tamen eiuſmodi ſit præſcriptio, quæ in notitiam nuper delata fuerit,adhuc qualiſqualis ſit admittetur [o]. Sic & reſtitutionis in integrum poſtulatio,quamuis iterari non poſſit,ex noua tamen cauſa permittetur [p]. Sic & in iudicio rei uendicationis abſolutus quia non poſſidebat, poterit poſt rem iudicatam iterum conueniri [q], ſi ad eum perueniſſe, denuo poſſeſſio aſſeratur: quod etiam in alijs iudicijs dicēdum eſt. Vnde qui ſoluto matrimonio per diuortium dotem repetit, ſi lite pendente iterum matrimonium inſtauraretur exceptione ſubmouendus eſt[r];quinimo etiam qui actione caret litem inſtituere poteſt,ſi accepto iudicio certum ſit ei actionē tunc competituram[s]: quod ex eo exemplo conſtat,cum Titius & Meuius ſeparatim ſi alteri fundus datus non eſſet ſibi ſtipulati ſunt,adiuuanturq; hæc omnia regula generali, quæ interim accidunt nouo auxilio indigere[t],& qui nouam rem deſyderat, nouum ei cōſilium atq; remedium ſuggerendum [u]. Ex qualitate quoque fit plerumque legis reſtrictio, unde regulariter proditum eſt, ſecundum perſonæ qualitatem uerba accipi debere: & ideo qui aurigæ ſeu agitatori alicuius factionis equitij uſum legat, uidetur conceſſiſſe ut his quoq; in Circenſibus uti poſſit[x]: & ſi ex principis edicto quilibet miles armatus in campum Martium deſcendere iuſſus ſit,intelligitur ut quiſquis iuxta conditionem ſuam armatus ſit[y],eques equeſtri,pedes peditū more. Si præſuli à Pontifice Roma.indultū ſit ut etiā interdictionis tēpore,ſacra celebrare, & miſſæ operari queat, ſolenniter,& cum honoris ſui inſignibus operabitur[a]. Sic ſeruus ſibi poſſidere licere ſtipulans,de ſola detentione ſtipulatus creditur[b]. Teſtator uxori ſtragula, & ueſtem legans,non de Siriceis ſtragulis intelligetur, quoniam ea uiduis non conueniunt,& ueſtis atra debebitur,qui color uiduas ſolus decet[c]. Lex quoq; municipalis filiam dote contentam eſſe iubens falcidiæ uice,ex qualitate perſonæ de legitima iure naturæ debita declarabitur[d]. Rex Anglorum aliquid ſecūdum ius fieri mandans,intellexiſſe de iure ſuo Anglico cenſebitur. Mulier feudum,ut uocāt, ſibi & filijs ſtipulata,filiabus quoq; cautum uoluiſſe exiſtimabitur[e],& ſi qua ſimilia. His conſequens eſt,ut ſi quicquam cum aliqua qualitate conſtitutum ſit, & ea nō adſit, diſpoſitio quoque locum ſibi non uendicet. Vnde edictum prætoris,quo eius bona poſſideri iubet qui fraudationis cauſa latitat, in eum non obſeruabitur, à quo fraus abſit [f]. Et Lex in eum lata qui uulnus cum ſanguinis effuſione fecerit, non habebit locum niſi & ipſa effuſio probetur [g]. Sicut nec Pontificis conſtitutio aduerſus ſubornatum Chriſtiani hominis percuſſorem cuſtodienda erit,niſi id ipſum probetur,mandatum de Chriſtiano homine percutiendo factum [h]. Et qui aſſerit conſpiratione aduerſariorum teſtibus corruptis religionem iudicantis circomuentam,qualitatem illam corruptionis probare debet[i], cum aliàs diui Hadriani reſcriptum, quo in integrum reſtitutio conceditur, locum non haberet. Eōdem pertinet,quod uulgò traditum eſt,quoties lex cum aliqua qualitate loquitur,ubi ea non conueniat, nec legem quidem conuenire [k]; ut cum in ea dicitur, qui damnum dederit, uel poſſidentem turbauerit, centum ſoluat, & ablata reſtituat: non cenſebitur eum punire qui inquietauerit, & nihil abſtulerit, cum uerbum reſtitutionis

huic

m l. ea quidē. C. de accuſa.
n Bart. l. admonendi.
o l. elegāter. §. ſi, qs poſt. de cond. ind.
p l. j. C. ſi ſæp. in int.
q l. ſi à te. de excep. rei iud.
r l. ſi ſeruus. de cond. fur.
s l. ſi titius. de uerb.
t l. de ætate. §. ex cauſa. de inter. acti.
u l. j. de uen. inſpi.
x l. plenū. §. equitij. de uſu.
y Bart. l. ſi non ſortē. §. libertus. de cō. ind.
a l. ex militari. de teſta. mil.
b l. ſtip. iſta habere. §. hi q. de uerb.
c Iaſ. ibi.
d Bar. l. ſ. ad. l. falci.
e c. j. de benef. fœm.
f l. fulcinius. §. j. ex qb. cau. in poſſ.
g c. licet. de pb.
h c. j. de homic. in 6.
i l. diuus. de re iud.
k l. mācipia. C. de ſer. fug.

huic caſui non quadret. Sic Pontificis conſtitutio[l], uſurarij manifeſti teſtamētum irritum eſſe iubens, eiq́ꝫ mortuo ſacram ſedem uetans, in Iudæo nullas uires habere exiſtimatur[m]: quid enim ad illum pœna ſepulchri faceret, qui omnino communē canibus tumulum habiturus eſt? Sed hæc tamen omnia intelligenda ſunt, cū illa qualitas uerißimiliter ſubſtantiam rei reſpicit[n], alioquin ſi extrinſecus addita proponatur, etiam abſque ea actus ualebit, quapropter ſi loco exempli appoſita ſit non arctabit regulam[o]. Idem ſi primo regula in lege generaliter poſita ſit, non reſtringetur ex qualitate, quæ in fine legis addita reperiatur[p]: nam & ſi conditio in lege aliqua reperiatur non leuis momenti eſſe ſolet, & tamen quãdoqꝫ ex legislatoris mente nullius efficaciæ eſt[q], idq́ue & Iaſon annotauit. Cæterum illud non diffitēdum eſt, cum lex propter aliquam qualitatem quæ adſit quicquam indulget, ea deinde ceſſante, diſpoſitioni quoque legis locum non eſſe. Finge curatorem prodigo uel furioſo datum eſſe, eosq́ꝫ ad ſanos mores reuertiſſe, nónne curator munere ſuo defungetur[r]? Legibus multa ſeueriter aduerſus impudicas mulieres conſtituta ſunt, finge eam, quæ male libidinis cauſa audiebat, mutaſſe uiuendi inſtitutum, & probi exēpli factam, nónne pœnis legum eximetur[s]? Multa tempore belli etiam iniqua cōſtituuntur, ſolent enim præfecti militares, non tam ius & æquum in cognitionibus, quàm magnitudinem pecuniarum ſpectare, quod hi bellorū, ut Mutianus aiebat, nerui ſint, nónne facta pace, quod belli calamitate introductum eſſet, pacis temporibus abolebitur[t]. Qua ratione & legem Voconiam, cuius ſuaſor M. Cato erat. abrogatam T. Liuius eſt autor. Sic & iudices quorum officia perpetua ſint, ex defectu qualitatis expungentur, ut quia negligentes in iure reddendo dicantur[u]. Sic decuriones deficiētibus facultatibus albo eximētur[x]. Sic ad monachos ſcribēs Alexan. III. Pont. Max. nūc (inquit) ita poſſeſſiõibus ditati eſtis, ut multi probæ opinionis uiri de uobis querelam apud nos ſæpe proponant[y]. Nam & procurator quamuis re non integra reuocari nequeat, ſi tamen mores mutauerit, & improbus, luſor, helluo factus ſit, ſubmouebitur[z]. Sicut uice uerſa tabellio, ſi ſacerdotio, decurionatu, militia inſignitus fuerit, ſubire priſtinum munus non cogetur[a]: ſuperueniens enim dignitas eū liberat. Verū non promiſcue & indiſtincte hæc procedunt, in animaduerſione em̃ huiuſmodi qualitas eſſe debet, ut ſi cauſæ quæ finalis uulgò dicitur coniuncta ſit, & effectus nõdum perfectus, prædicta obſeruentur[b], alioquin quod ex cauſa impulſiua cõſtitutum eſt, ea deficiente nihilominus durat[c]. Idem ſi finalis cauſæ effectus ſit cõſummatus[d]. Hinc eſt quod ſi uxor in bonis mariti propter paupertatem quartam lege debitam conſequuta ſit[e], tametſi locuples deinde alienarum hæreditatum acceſſione facta, non tamē accepta hæredibus mariti reſtituet, cum ut id lucrum faciat ſatis ſit ſi tēpore quo illud lex defert paupertatis qualitas adſit[f], nec quicquam refert id tunc conſequuta ab hærede fuerit, an minus, cū ſufficiat lucrum à lege delatum, quo caſu ipſo iure acquiritur, & ita pleriſque uiſum eſt[g]. Propter aduerſam qualitatē ex aſpectu ſtatim depræhenſam recedimus plerūque à regula iuris: ut cum lex tres ſententias, tametſi allegentur nullæ, iubet abſqꝫ mora executionis effectum accipere[h], non continebuntur, quæ ex actorum inſpectione euidenter nullæ apparent[i]: niſi & id dubium probabili exceptione refricari poſſit[k]: Si uero aliunde nullæ appareant, quamuis incõtinenti probaturum ſe reus offerat, non tamen differendam executionem uerius eſt, ne aliàs lex illa nullius ſit effectus. Sic agenti interdicto de tabulis exhibendis, licet præſcribi nequeat tabulas nullas eſſe, tamen ſi id uitium ex earum inſpectione pateat, admittetur exceptio.

l c. quamquam. de uſur. in 6.
m Aret. conſi. 54.
n Barto. l. titia. ſol. mat.
o l. j. §. qđ uulgo. quod ui aut clam.
p l. regula. §. licet. de iur. ig.
q l. à diuo. §. in uenditione. de re iud.
r l. tandiu. de cur. fur.
s l. imperialis. C. de nup.
t l. j. in prin. C. de cad. toll.
u l. ſi quos. C. de offi. præf. præ.
x l. cura. §. deficiētiū. de mu.
y c. ſuggeſtum. de deci.
z l. cum quis. de ſolut.
a l. uniuerſos. C. de decur.
b Corn. d. l. j.
c l. j. §. ſexum. de poſtul.
d l. fi. unde lib.
e auth. præterea. C. unde ui.
f l. quecūqꝫ. §. fi. de publ.
g Dec. cõſ. 24.
h Cl. j. de re iud.
i Mod. l. iiij. §. condemnatū. de re iud.
k Peru. c. dilecto. q. 52. ĩ fi.

ptio[l]. Quod & in noui operis nuntiatione traditum frequentius eſt, cum uſufructuarius nouum opus domino nũtiat, non ſuperſedebit dominus, quum ex ipſius actus inſpectione apparet nuntiationem irritam[m]: nam & libellus quo actor in iudicio quicquam intentat, ſi ex ſui lectura ineptus ſit, poterit nõ expectata rei recuſatione à iudice reijci[n]. Quinimo receptum eſt, quoties iudici conſtat de iuſta rei exceptione, etiam ſi deducta in iudicium non ſit, tamen actorem reijciendum[o], ſi cum aliena iactura locupletaretur. Illud quoq; indubitati iuris eſt, probationibus per legem ſummotis, nunquam de ea actum uideri, quæ ex inſpectione fieri proponatur. Finge, probatum eſt me uulnus Titio intuliſſe in caput, patefactaq; teſtimonia, potero nihilominus à iudice petere ut inſpiciat, depræhenſurum nullam Titio in capite cicatricem eſſe[p]. Sicut & uiceuerſa: Si quiſquã ex aſpectu minor pronunciatus ſit, eis non nocebit[q], qui alijs argumentis ueritatem ſe demonſtraturos aſſerent. Quapropter & Baldus[r], ſententiam de ætate ex aſpectu latam, nunquam in rem iudicatam tranſire credidit, quominus ſemper retractari certioribus probationibus queat. In ferijs quoq;, quin ius dicatur exceptionem non obeſſe certum eſt, cum illata eſt tam atrox iniuria, ut ex aſpectu æſtimari poſſit[s]. Propter ſubrogationis qualitatem fit etiã quandoq; ſtrictior interpretatio. Cum igitur lex ceu ſacrilegum damnat, qui dignitate ſua maiorem gradum aſcendere, & illuſtrioribus ſe præponere audet[t], eũ diſtringere nõ cenſebitur, qui eius cuius perſonã gerit, ſedem tueatur[u]: nam & qui propter aliquorum negligentiam in eorum ius à lege ſubſtituitur, non arbitratu ſuo ſe gerere, ſed id potiſſimum emendare debet, quod ex negligẽtia illi peccarunt[x]. Accedit regula generalis: Id quod ſubrogatum eſt, eius naturã imitari, cui ſubſtituitur[y]. Videmus quoq; propter ſubſtituentis ipſius qualitatem aliter atq; aliter in iure decerni. Regula eſt: Etiam infamem procuratiõis munus aſſumere non uetari, & tamen epiſcopis permiſſum non eſt, huius notæ hominibus defenſionem ſuam credere[z]. Et quod de procuratore diximus, in tutore quoq; producendum eſt, ut is ſi propudioſus ſit, nequeat eius pupilli tutor eſſe, qui dignitatis gradu aliquo illuſtretur[a]. Plurima enim inferioribus licent, quæ altioris gradus hominibus non cõueniunt. Omne animi uitium (inquit ille) tanto cõſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. Hinc eſt, ut quorũ induſtria electa eſt, alium ſubſtituere non poſſint[b], & quibus ſubſtituere permiſſum eſt, non quemuis, ſed æque idoneum ſubſtituere debeant. Sic Canonicus non niſi ex ordine aſſumet quem ſui loco conſtituat[c]. Cuius rei argumento, & doctor cui per ſubſtitutum legere conceſſum ſit, non niſi doctorem ſubſtituet. Ius autem ſubſtituẽdi regulariter nemini competit, niſi ex cauſa: ut ſi quis iuſte eſt abſens[d], uel ad maioris dignitatis adminiſtrationem codicillis principis allectus, uel temporariam ægritudinem patiatur[e]. Filium quoq; à patre ſubſtitui lex quandoq; ſuadente æquitate præter iuris ciuilis regulas concedit[f]. Priuilegia quoq; ipſa propter aliquas qualitates firmiora exiſtimantur, ut quia in corpore iuris repoſita ſint, huiuſmodi enim etiam generali omnium priuilegiorum derogatione quicquam detrahi credẽdum non eſt[g]. Idem cum ei perſonæ quicquam indulgetur, quæ iam à lege multis beneficijs affecta ſit, non enim hac generali derogatione quicquam ei præiudicij fiet: ut cum uiduis & religioſis fœminis princeps cõceſſit, ne extraordinaria aliqua indictione atterantur[h]. Idem cum priuilegium concedentis iuramento cõfirmatum eſt: nam & ſi particularis canonicorum conſtitutio tali religione munita ſit, ei derogatum per generalem maximi pontificis legem nõ cenſebitur[i]. Conſtitu-

tioni

l gl.l.j. de tab. exhib.
m Bar.l.j.in prĩci.de ope.no.
n l.j.C. ut ne prin.
o Bar.l.ſi unus. §. pactus. de pac.
p Bal.l.ſi qs teſtibus. C. de teſti.
q l.minor ex aſpectu.d' min.
r Bal.l.ſi mĩor. C.de in integ. reſti.
s l.eadẽ.de fer.
t l.j.C. ut dig. ord.ſer.li.12.
u l. comperimus C. de proxi. ſac.ſcr.
x Cle. quia. de ſup. neg.præ.
y l.ſi eũ.§. qui iniuriarum. ſi quis caut.
z c.quia epiſcopus.xj. q.iij.
a Bal.l. caßius. de ſen.
b l.inter.de ſol.
c c.ſi qs iuſto. in fi.de elect.
d l. ſuggerente. C.de off.eius.
e Bald.l.fin. de exc.tut.
f l. ſciẽdum. §. legati.de leg.
g gl.l.ij.§.legati.de iudi.
h Cy.l.j.C. qñ imp.int.pu.
i c. cum non liceat. in fi. de ele.in.6.

tioni quocꝫ per ſacroſanctam ſynodum ædite generalia Rom. Pontificis diplomata nihil obſunt[k]: ſicut nec alijs priuilegijs quæ probabilibus adminiculis adiuuantur[l]. Et ſacerdotij à ſede apoſtolica,non obſtante quocunqꝫ alterius priuilegio,facta collatio,nihil ſecularibus,ut uocant, patronis damni inferet[m]. Cæterum & ea firmiſſima ſunt priuilegia,quæ remunerationis cauſa indulta reperiũtur, ut ſi princeps ciues de ſe benemeritos aliqua imminutate donat,nõ cenſebitur de hoc actum generali reuocatione[n]: quod maxime procedit cũ non ſubdito uel in piam cauſam quicquam collatũ eſt, nec enim ea reuocari facile poſſunt. Sed & propter obligationem,quæ ob antidora dicitur,plurima cõſtituta eſſe conſtat, quæ ab his collecta cernere eſt,quos ea cura tetigit[o],nos breuitate cõtenti ad alia feſtinamus. Propter paritatem quoque qualitatis non nihil lex concedit,ut ſi promiſerim tibi Titium fideiuſſorẽ dare,liberabor,dum æque idoneum aliquem præſtem[p]: ſi domo tibi locata uti frui non liceat,excuſabitur locator,qui æque cõmodam aliam præſtare paratus ſit[q];ſic is cuius electa eſt induſtria neminem ſubſtituere quamuis queat, æque tamen idoneum ex cauſa ſui loco quandocꝫ deſignabit[r]. Ex quãtitate quocꝫ non raro fit generalis legis reſtrictio,ad quam ea exempla hoc in tractatu pertinere arbitror,quæ ad geminationem actuum,ad perſonarũ ſeu rerum numerum,ad magnã cõtumaciam,ad criminis immanitatem attinent, de quibus pauca ſubijciẽda duxi. Et in primis id ſciendum,iterationem quacunqꝫ in re plurimum pollere,cum maiorem animi,ſiue in bonũ,ſiue in malum,deliberationem oſtendat.Hinc eſt quod cõfeſſionem iteratã prætextu erroris aiunt reuocari nõ poſſe[s],quod accipiendum,niſi erroris cauſa probabilis afferatur. Hinc ex nudo pacto[t] quod iteratum fuerit, receptum eſt actionẽ naſci,quod & in qualibet obligatione naturali, quæ geminata ſit, ferè dicẽdum eſt[u]. Hinc iterata confeſſio extra iudiciũ, iudicialis confeſſionis uim habet[x];ſicut geminata principis indulgẽtia,ea uidetur excludere,quæ nõ niſi ex certa ſciẽtia,uel motu proprio abolẽtur[z];cuius exemplũ in uacantium bonorũ conceſſione eſt[a]. Sed & qui ex cuſtodia ſemel euaſit fideiuſſoribus amplius nõ credẽt[b], ſed in uinculis ius dicet.Qui iterum deliquit,& quod dicitur,ad nauſeam redijt,generali principis abolitione non fruetur[c].Mulier quæ obligationem iterauit, S. C. Velleiano nõ erit tuta[d]. Quæ recepto conſenſu fundũ doti addictum uendẽte marito diſſoluit,lege Iulia non iuuabitur[e]. Sic leuia delicta propter uſum & cõſuetudinem grauioribus annumerãtur[f]. Sed de geminationis huius effectu plura diſſerere ſuperuacuum eſt, cũ non pauci recentiorum huius argumẽti etiam integros libros ædiderint. Ex perſonarũ ſeu actuum multitudine fit arctior interpretatio,cũ lex hoſpiti iubet ut uiatores ſuſcipiat, nõ eum coget qui nimio aliorum numero occupetur[g]. Cum iudici prohibet ne cauſas pedaneis demandet[h],aut ne noctu pronuntiet,nõ procedet quoties multitudine litium Præſes prægrauetur[i]. Sed & publico iudicio dãnati,bona,quæ aliàs fiſcus annotaret, filijs plerũcꝫ relinquuntur[k], ſi eorũ magnus ſit numerus. Propter multitudinẽ quocꝫ delinquentiũ, quò magis refrænentur,licitum proconſuli eſt leges tranſgredi[l],& pœnas augere:quod intelligitur,quãdo propter exẽplum pœnæ ſiſti malum poteſt[m], alioquin ſi de plurimorũ periculis agitur,& crimen leue eſt,facilius uenia indulgetur,& conniuentibus oculis inultum iudex delictum ſinit[n]. Propter nimiam contumaciam plerũcꝫ ſtricti iuris ratio intẽditur,quapropter q̃uis æquum nõ ſit, ex contumacia quenquam totius cauſæ damno mulctari[o], uel pluribus cõtumacẽ pœnis affici[p], nihilominus ex nimia peruicacia aliter quãdocꝫ ſtatuitur. Sic & miſſus in poſſeſſionem rei ſer-

uandæ

k c.nonnulli. de reſcrip.
l glo.cle.dudũ. §. nos etenĩ. de ſep.
m Rota dec. iij. in nouis.
n l. ſi pater. §. fi.de dona.
o Iaſ.l. ex hoc iure.
p l.qui autẽ. §. ſed ſi quis. de conſt.pec.
q l. ſi quis domum.loc.
r glo.in.l.j.C. de mã.et col. lib.xj.
s Iaſ. l. error. C.de iur.ign.
t l.j.de conſtit. pecu.
u l.fi.C.ad leg. falci.
x l. cum ſcimus. de agri.li.xj.
z §.& hæc. in aut.ut nul.iu.
a l.j.C.de peti. bo.lib.x.
b l.lege corn.ad Syll.
c l.iij.C.de epi. aud.
d l.ſi mulier ult. C.ad Vell.
e Authen.ſiue à me.C.eo. tit.
f §.criminis. 25.diſt.
g l.j.fur.ad na.
h l.placet.C.de pœna.iud.
i Bald.§.itaqꝫ. in proœ. ff.o.
k l.fi.de bo.dã.
l l.auth. facta. in fi. de pœn.
m c.latius de cleri.excom.
n c. ut conſtitueretur.50.diſ.
o c.quoniã freq. §.finaũt.ut lite nõ conteſt.
p gl.l. ſed ſi. §. ſed ſi.ex quib. cau.ma.

uandæ cauſa, in nimiæ obſtinationis pœnã antiquum poſſeſſorem deijcit[q], & extra ædes deturbat, rurſusq́; ſolet dici, q ex primo decreto in poſſeſſione ſit, ex nimia rei contumacia fructus acquirere[r]. Propter delicti atrocitatem regulariter quoq; proditum eſt, ei licere qui pro tribunali ſedet pœnas augere, quapropter tali caſu etiam in defunctum ſæuiet[s]: quod in famoſis latronibus aliorum terrẽdorum cauſa fieri ſolet: diebus feriatis ius dicet[t]: mulieris uel aliàs impuri hominis teſtimoniũ non auerſabitur[u], cum & L. Catilinæ cõiurationem Fuluia mulier detexerit[x]: pro huiuſmodi quoq; manifeſte ſontibus, & nouiſſima meritis, patronos non audiet[a]. Sunt autem grauiſſima facinora, quibus maieſtas offenditur, impietas item in DEVM, & Symonia, uiarumq́; inſeſſio occidendi hominis cauſa à latrone facta. Ex loco quàm plurima quoq; conſtituta ſunt, quibus à generalitate legis receditur, unde qui ex conſuetudine in aliquo loco certam formã obſeruare debet, ſi aliò eat, non tenebitur, quia ut uulgo dicitur, cum Romæ fueris romano uiuito more[b]. Sic qui rure teſtamentum faciat, poterit citra ſolitam ſolennitatem teſtari[c]. Idem in eo qui in hoſtico ſit, is enim iure militari quomodo uoluerit potueritq́; diſponet[d]. Sed & procurator, qui quamuis infamis, non tamen à munere ſuo reijcitur, ſi corã principe uel in eius prætorio ſit ſubmouebitur[e]. Nam & Romanus Pontifex ius crucem ante ſe deferẽdi Patriarchis non cõcedit, quoties Romæ uel in comitatu ſuo reperiãtur[f]. Ad partes has attinet etiam quod origine domicilioq́; uarie ſancitum reperitur: qua ratione fit, ut tametſi libere fieri quælibet debeat electio, præferẽdi tamen ſint incolæ alienigenis, & ideo ſi idoneus in propria ciuitate reperiatur, nõ eſt quiſquam ex aliena diœceſi aduocãdus[g]. Quod & in eccleſiarum rectoribus ſeruandum, qui ex propria eccleſia potius quàm ex aliena ordinandi ſunt[h], etiã ſi quo ad DEVM loci origo nullius momẽti ſit: quod & plerique Philoſophi uidere, qui rogati, cuiates eſſent, mũdanos ſe reſpondebant: nam illud certiſſimũ eſt, Summos (ut inquit Satyricus) poſſe uiros & magna exẽpla daturos Ueruecum in patria craſſoq́; ſub aëre naſci. Sed & receptum eſt, obreptum uideri Romano Pontifici, cum quis ſacerdotio ab eo impetrato diſſimulauit aliunde ſe natales domiciliúmque cõſequi, quàm in ipſo ſacerdotij loco[i]. Eum quoque qui mediocris ſit nobilitatis in ampliſſima urbe, præferendũ ei tradũt, qui tenuioris ſit loci primarius[k]. In quam ſentẽtiam puto non acceſſiſſet Iulius Cæſar, qui ignobili alpium uico iter faciẽs, ibi malle ſe primum eſſe dicebat, quàm ſecundum Romæ. Ex his probabilis eorũ exiſtimatio uidetur, qui cum ciuitatis, in qua ſtudium uigebat, originarij ſint, ut Bononienſes, Peruſini, Ticinenſes, præferendos ſe accerſitis in ſua gymnaſia doctoribus arbitrantur. Quod & Ludouicus Pontanus ſenſit[l]. Sed ego accepi hac in re minimum patriæ adſcribi, doctrinæ uero facũdiæq́; plurimum, nec dubium eſt quin alienigenæ ſemper præcelluerint. Sic Bartolus Picens, Peruſij: Accurſius Floẽtinus, Alexanderq́; Forocornelienſis Bononiæ: Iaſon, Deciúſque Mediolanẽſes, Ticini: quo loco & Baldus Peruſio patria derelicta maluit conſeneſcere: apud exteros enim ſola uirtus in pretio eſt, in patria uero plerũque alia ſpectãtur. Loci quoque uicinitas non raro in cauſa eſt, ut ex ea legẽ reſtringamus: quapropter mortuo prouinciæ quæſtore, ſolennes largitiones proximæ prouinciæ quæſtori à ciuibus præſtabuntur[m], non enim eas interim retineri fas eſt. Et qui aliquid à iudice etiã iuſte petit, ſi impetrare nequeat, & in uicino loco alius ſit, eum adire debet, quod ſi id minus faciat, ſibi imputet, nõ poterit id quod ſua intereſt, ab eo qui cõcedere neglexit, cõſequi[n]. Sed & ſi in territorio pupilli nullus iudex ſit q ius dandi tutoris habeat, qui in

q l.iij.§. duas. de dam.infe.
r l.fulcinius. §. fi.ex qui.cau. in po.
s glo.l.ij. arb. fur.cæſ.
t l.omnes.C.de fer.
u c.in fidei.de hæret.
x l.pen.ad.l. iul.maie.
a Bal.l.per oẽs. de def.ciuit.
b c.illa.12.diſt.
c l.fi.C.de teſt.
d l.reſcripta.de teſt.mili.
e l.philophi.§. milites.& §.ſed ignominiæ.de excõ.tut.
f c.antiqua.de priuil.
g c.nullis.c.nec emeritis.lxj. diſt.
h l.in eccleſijs. C.de epiſ.& cler.
i gl.c.ſi propo nẽte.de reſcr.
k Bart.l.j.C.de alex.ciuit.
l §.de uiro.in xiiij.reg.
m l.j.C.de cau. larg.tit.
n l.iiij.§.ſi tã. de dam.

qui in proximo eſt proconſul adiri ipſe debet [o]. Leges quoque generaliter erogationem alicuius donatiui egenis fieri præcipientes, ita interpretabuntur, ut proximis [p] & uicinis prius detur [q]. Quod ſi certi loci incolis aliquid faciundum mandetur, ſi in eo idoneus nemo reperiatur, ex proximis pagis accerſiri debebit [r]. Sed & ſi in uicinia quiſquã facinoroſus habitet, uериſimile eſt id ab eo factum eſſe dãnum, de quo uicinus conqueritur [s]; uetus enim prouerbium eſt, Aliquid mali propter uicinum malum. Quapropter qui uenditor fundi confinem uicinũ cælauerit, quem ſi emptor ſciuiſſet non eſſet empturus, in id quod intereſt condemnabitur [t]: nam & ex proximitate tẽporis, ſcripturæ, rei, pleraque introducta ſunt, quæ ab alijs coacta ſciens ego prætereo. His accedit & uulgaris regula, Ex uicinitate præſumi ſcientiam. Ad hæc etiam pertinet, quod ab ipſo loco abſentia iuſtam plerũq; præſtat excuſationem: quo fit ut abſente patre, filiuſfam. in iudicio eſſe poſſit [u], idem nõ expectato eius cõſenſu legitimam uxorem ducet [x]. Filiamfam. iudex ex patris abſentis bonis dotem accipere iubebit [y], de dote eo caſu abſq; eius conſenſu filiam agentem audiet [z]. Sed & ſi cõſuetudine inductum ſit, ſacerdotium ſine alterius cõſilio conferri non poſſe, intelligetur, dum ille ſit præſens, alioquin eo abſente, libera erit collatio [a]. Qua ratione, & ſi mulier abſq; cõſanguinei cõſenſu lege municipij obligari nequeat, isq; abſit, poterit iudex decreto ſuo cõtractum firmare [b]. Sic enim & pupillus abſente tutore hæreditatem adit [c]: & Abbas deficiẽtibus monachis de immobilibus monaſterij bonis diſponet, ſufficietq; eius, qui ſuperior illi gradu ſit, aſſenſus [d]: quod & in alio rectore receptum eſt [e]. Ex ipſo tempore multa quoq; aliter atq; aliter interpretamur, & quãdoq; à generalibus iuris regulis recedimus, idq; uarijs in ſpeciebus cõtingit. Ecce, lex generaliter quenq; cogi inuitum nõ debere iubet, ut rem ſuam uendat, & tamẽ caritatis & penuriæ tempore ad ædiles ſpectat ut annonam urbi ſufficiant [f]: poſſeſſoresq; cæteris æquo pretio copiam eius facere iubeant: multa etiã belli, pacis, peſtilitatis tempore inducta ſunt, quæ hic recenſere longum eſſet. Ex diuturnitate quoq; temporis, omnis uſucapionũ atq; præſcriptionum materia uires trahit, latius digeſta quàm ut hic referri debeat. Is quoq; qui patrato facinore toleratus, diuq; impune egit, ſi ad pœnam trahatur mitius plectetur, aliquatenusq; ſubleuabitur, quod eius legis argumento admiſſum eſt, quæ pœnam eius tẽperari mandat, qui diutino tempore in reatu fuit [g]. Eſt autẽ reatus, habitus ipſe reorum, cũ ſquallidi promiſſa barba, de ſalute litigant, & rerum ſuarũ anxij ſatagunt. Sed & decretũ actui neceſſarium ex diuturnitate tẽporis interueniſſe præſumitur [h], & iuſſu patris filiumfam. hæreditatem adijſſe eadẽ cauſa creditur [i]: Sed & ſi longo tempore fratres ſeparatim hæreditatem paternã poſſederint, uериſimile ſit familiæ inter eos diuiſionem factam [k]. Vice uerſa, propter nimiam tẽporis celeritatẽ oritur mala præſumptio: quapropter lex priuilegia doctoribus concedens, de his non intelligetur, qui nec debito tempore ſtudijs operam dederint, nec ſeruato ordine, ſed per ſaltum promoti fuerint [l]. Brutedium Nigrum (inquit Cornelius Tacitus) artibus honeſtis copioſum, & ſi rectum iter peragеret, ad clariſſima quæque iturũ feſtinatio ſtimulabat, dũ æquales, dein ſuperiores, poſtremo ſuasmet ipſe ſpes antereparat; quod multos etiam bonos peſſundedit, qui ſpretis quæ tarda cum ſecuritate, ad præmatura uel cum exitio properant. His igitur iure illud carmen obijci poterit: Tu nimiũ properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt. Ad ſupradicta & illud pertinet, quod qui diutius perſiſtere noluerit, & à munere ſibi conceſſo deſciuerit, priuilegio legis indignus plerunque exiſtimatur [m]: quapropter qui

c aduocati,

o *l. diuus. de tut. & cur dat.*
p *l. ij. C. de ann. ciuil.*
q *l. ſi qs declinãdũ. C. de epiſ. & cler.*
r *l. cũ nauclerũ. C. de nauic.*
s *l. dñs horr. locati.*
t *l. quod ſæpe. in fi. de cõtr. emp.*
u *l. ſi lõgius. §. ſi filius. d'iud.*
x *l. ſi nepos. i fi. de ri. nup.*
y *l. profectitia. de iur. dot.*
z *l. ij. §. uolũtate. ſol. mat.*
a *c. j. ne ſede uacan. in 6.*
b *Bal. l. turpia. §. j. de leg. j.*
c *l. bonorũ. C. qui adm.*
d *cl. j. d' reb. ec.*
e *glo. c. potuit. de loc.*
f *l. annona. de extraor. cri.*
g *l. ſi diutino. de pœn.*
h *l. q in aliena. de acq. hær.*
i *l. ſi filius. C. de pet. hær.*
k *glo. l. penc. com. diuid.*
l *l. pen. de aduoca. di. iud.*
m *l. iij. C. de dome. & pro.*

aduocati,uel protectores, uel id genus palatini,quinquēnio deſtiterint,ab albo abraduntur,munerẽque priuantur[n]. Nam & indulgētia principis in milites hi non fruuntur, qui militiam non continuant[o]: quod & de immunitate artificibus conceſſa traditum eſt, ea enim indigni cenſentur, qui huiuſmodi artem amplius non exercent[p]. Quo exemplo & in ſcholaſtico receptum eſt: ſi uagus & deſes relictis ſtudijs uitam degat,ceu exautoratum cæterorum priuilegijs uti non poſſe. Nam & collegij immunitatibus is non utetur, qui quamuis in collegium receptus ſit, artem tamen non exercet[q],etiam ſi loco ſui alium ſubſtituit,non enim ideo meliorem ſuam conditionem efficit. Plurima quoque,aduerſus eos qui deſtiterunt innouata ſunt,quoniam lex perſeuerantes adiuuat,ſopitos uero & deſides negligit. Sic filius inofficioſi teſtamenti accuſationem inſtitutam ad hæredem trāſmittit, dum tamen ante obitum omnino non deſtiterit[r]. Sic quamuis per litis conteſtationem actio perpetua fiat,ſi tamen iudicio accepto quis citra iuſtā cauſam ſuperſedeat, tāquam deſtiterit[s],fruſtra rem in controuerſiam deduxiſſe exiſtimabitur. Nam & è contrario, lex generaliter pœnam imponens in eo qui non perſeuerauerit plerunque limitabitur. Ecce, qui accuſat teſtamentum ceu falſum uel inofficioſum, eius omni commodo priuatur,niſi incepta lite deſtiterit[t]. Patronus qui libertum capitalis facinoris reum detulerit,iure patronatus mulctatur,ſi non litem deſeruerit[u]. Filius uel libertus qui ſine uenia patrem uel patronum in iudicium traxerint, ex edicto mulctam pendere iuſſi ſunt,niſi tamen omiſſa lite malint maiorum ſuorum humanitatem experiri[x]. Qui ſe liti obtulit cum non poſſideret, perinde condemnatur atq; ſi poſſideret: quod ſi ante iudicium acceptum pœniteat,& ſe poſſeſſorē neget, contra eſt[y]. Quiſquis reum ad uetitum examen traxerit, & alieno foro litigare coēgerit,ab actione cadit:niſi tamen & ipſe celeri pœnitentia,nimirum ante iudiciū acceptum,ſibi conſuluerit[z]:nam & generaliter,quoties quis ob mēdacium mulctatur,ſi re integra pœniteat uanitatis,abſolutionem conſequitur[a]. Propter periculum quoque,quod etiam in modici tēporis mora uerſatur,legis generalitati ſæpiſſime derogatur: quapropter etiam ſi conſtitutum ſit nuntiationem noui operis, ſiue iuſtam ſiue iniuſtam,contemni non debere,cum tamen periculum in mora eſt,recte negligetur[b]:præpoſtere enim hac ex cauſa nobis agere permittitur, quod in ea ſpecie apparet,cum teſtamenti ſubſcriptores abſunt, poterunt tabulæ (ſi mora periculum allatura ſit)aperiri,& deinde ſigilla recognoſci[c]. Sic quoties mora damnum inferret,non obſtante appellatione,fit executio[d]. In meſſium uindemiarumq; ferijs ius dicitur[e]. Is quoq; qui aliàs rem alienare prohibetur,ex hac cauſa tutò alienabit:ut in hærede qui adhuc hæreditatē adire nondū decreuit[f], uel qui iam adijt, ſed fideicommiſſo reſtituere iuſſus eſt[g]. Sic qui in poſſeſſionem ex primo decreto miſſus eſt,uel qui tanquam ſequeſter depoſitum fidei ſuæ accepit, fructus diſtrahet tempore perituros[h]. Sic propria autoritate ei qui cum pecunia mea fugiat manū inijciam[i], quemlibetq; fugitiuum,etiam non citatum,in neruum traham. Sic iudex famoſum latronem neci dedet,quamuis ad iuriſdictionem ſuā non pertineat[k], ſi interim dum præſidem moratur,periculum ſit,ne euadat.Corn.quoq; Tac. Seditionem,inquit,cœptantes præſenti duorum militum ſupplicio repreſſi ſunt: Iuſſerat id Memmius caſtrorum præfectus,bono magis exemplo, quàm conceſſo iure. Ex eo quoq; reſtringitur legis regula,quod in tempore res geſta nō ſit, ſoletq; dici, Sero ſapiunt Phryges: nam & deiectus poſſeſſione cum petitorio iudicio expertus fuerit,ſi poſt altercationes probationesq; cōcluſum in cauſa ſit interdicto, amplius

non erit

n l.fi.C.de ad. di.iud.
o l.ne quidā.C. de teſt.mil.
p l.ſemper.de iure immun.
q l.qui in collegio.d'exc.tu.
r l.nā & ſi.§. hæredi.de inoff.teſt.
s gl.c. placuit. ij.§.poteſt. 16.q.j.
t l.alia. C. de his qb.ut ind.
u l.in ſeruitutis. §. petiſſe. de bo.lib.
x l.quāuis.de in ius uoc.
y l. is qui ſe.de rei uendi.
z l.in criminali C.de iur.om. iudi.
a c.j.§.porro. quæ fuer. prima cauſa feu.
b l.de pup.§.ſi quis riuos. de ope.no.nun.
c l.ſi qs ex ſig. uerſi.& ſi.ff. quēad.teſ.ap.
d l.fi.d'ap.rec.
e l.cadē.de fer.
f l.ariſto.de iure delib.
g l.mulier. §.ſi hæres.ad Trebel.
h l.ſi magiſtratus. de priuil. credi.
i l.ait.§.ſi debitorē. de his qui in frau. cred.
k Iaſ.l.j.col.ante pe.de offic. eius.

non erit audiendus[l],ꝗuis aliàs ſpoliato ſoleat concedi,ut ſuſpenſo petitorio momēti cauſam proſequatur,hoc enim caſu ſero ſapiens factus eſt. Sic & licet receptus inter reos interim aliū accuſare poſſit,non tamen poſtquàm in cauſa ſua cōcluſum ſit hoc iure utetur[m]. Sic & ſententia aduerſus procuratorem mutatū lata,efficax erit, ſi mutationis non,niſi poſtq́ꝫ in cauſa concluſum fuit,certior ſit factus[n]. Quo exēplo & illud in cōfeſſo eſt,quolibet tēpore uenditori denuntiari poſſe ut liti adſit, ne res euincatur,dum tamen prope ipſam condēnationem id non fiat[o]. Sic & actori ius ſuperueniens ſolet pendente lite opitulari, dum tamen poſtquàm in cauſa concluſum ſit adeptum nō proponatur[p]. Cæterum ad hæc quoq́ꝫ pertinēt quæ propter ſenium uel uetuſtatē inducta aduerſus cōmunes regulas in iure noſtro frequenter legūtur: qualia ſunt in re dubia,confuſisq́ꝫ teſtimonijs antiquioribus potius credendū eſſe: è contrario patrato facinore cū quæſtione exquirēdum eſt, à iunioribus incipi debere[q]. Cum inter plures hæredes dubitatur, penes quos tabulæ teſtamēti deponēdæ ſint,uerius eſſe ut antiquiorem præferamus[r]. Sic inter agētes in rebus, Gradu,inquit lex,cæteros antecedat,quem meliora ſtipēdia, uel labor prolixior fecerit anteire[s]. Sic præfecto collegij abſente,eius uicem qui in ordine uetuſtior eſt ſupplebit[t]. Solet enim antiquioribus pluribus ex cauſis deferri: nam & plurimū illi mēte ualent,licet iuniores ocyus addiſcāt,quod in problematis ſectione XXX. Ariſtoteles atteſtatur. Propter rerū quoq́ꝫ uſum callidiores habentur, unde maior in eis eſt prudētia,non ita rerū affectibus mouentur, & ideo certiore ſunt iudicio. Ad hæc,& erga deorū cultū ſunt reuerētiores, tanquam ad eos quāprimum trāſituri: Vnde & Græcum carmen,etiā adagio celebre, ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. Vota ſenum,iuuenum facta,& conſulta uirorum. His igitur pleraq́ꝫ merito indulta ſunt,quibus generalitate legum eximuntur. Præſtat enim pleriſq́ꝫ in rebus ſenectus maiorem autoritatem, præſtat excuſationem, præſtat maiorem obſeruātiam, quæ omnia ſigillatim referre præſentis non eſt inſtituti. Ex bono quoq́ꝫ fit generalis reſtrictio uarijs ex cauſis,quarum potiſſima quæ ad Reipub. utilitatē pertinet. Lex enim,quantumuis amplis uerbis concepta,interpretatione reſtringitur,ne publicæ utilitati obſit: & ideo tali caſu nullum crimen incurrit, qui reſcripto principis non obſequitur[u],licet aliàs pro ſacrilego eſſet. Sic & iuniores impune ſenectutem non uenerabuntur, cum ex hoc publica utilitas læderetur[x]: quod ex oratione Scipionis apparet aduerſus Q. Fabium,libro Titi Liuij XXXVIII. Sic priuilegia immunitatis ampliſſimis uerbis concepta ad tempus belli non protrahentur,cū ex hoc publica læderetur utilitas[y]. Sic propter generales priuilegiorū derogationes,ea ſublata non intelligūtur,quæ pro publica utilitate uigilātibus cōceſſa ſunt[z]. Sic quamuis ſolus princeps exuli ueniam reuertendi indulgeat, ex cauſa tamen publicæ utilitatis etiam legatus Cæſaris id iuris præſumet, ut cum ueniam ſe exuli daturum edicit,qui alium exulē occiderit uel tradiderit, quod nō niſi magna ex cauſa faciendum eſt[a]. Sic lex generaliter ſeruum manumitti prohibens,de eo non intelligetur,cui ex cauſa publicæ utilitatis id premium conſtitutum eſt[b]. Sic aduerſus leges rationemq́ꝫ naturalem receptum fuit,ut filius,tametſi non hæres, pro Primipili debito teneatur,uxorq́ꝫ in pignore poſteriorem cauſam habere cenſeatur[c]: cum enim annona militaris apud Primipilum reſideat, publice interfuit nullam eius ad diem dimenſioni moram fieri,& qualemcunq́ꝫ pro neceſſitate tam euidenti cogi. Sunt & id genus alia pleraque,quæ quod nominatim Baldus[d] commemorat à nobis recenſeri operæ pretium non eſt. Ex hoc conſequēs eſt,ut etiam propter pacem

l c. paſtoralis. de cau.poſſ.
m Bart. l. is qui reus. ad fi. de pub.iud.
n c. auditis. de procur.
o l.ſi rem.§.fi. de euic.
p Bart.l.ſi mater.§.eādem. de exc.rei iud.
q l.j.§.j.de quæſt.
r l.fi.de fi. inſt.
s l.ij.C.de off. mag.of.
t l.ij.C.de præfe.præ.li.xij.
u l.nec dānoſa. C.de prec.im pe.off.
x l. potioris.C. de off.rect.
y l. iubemus.C. de ſac.ſan.ec.
z l. decurio. C. de ſilēt.li.xij.
a l.nō oēs.in fi. de re mili.
b l.5.§.hi qui. ad Syll.
c l.3.C.de primip.
d Bal.l.j. C.de hære.uel act. uend.

multa ſpecialiter permiſſa oſtendamus,quibus generalibus legibus derogatum eſt: & ideo poteſt Reſpublica,ciuis ſui bona alienare,ut pacē cum hoſte redimat, reſpō ſumq́; eſt,ualere fœdus quo hinc & inde direpta inter hoſtes remittūtur, in eorum damnum,quibus ablata ſunt,ſi aliter pax fieri non potuit[e]. Sic & impuberes ma trimonio coniungi prohibētur, niſi ſuadente pacis utilitate hoc fiat. Hinc etiam traditū eſt,filium qui patri exuli alimēta præſtare cogi poteſt, ſi qui ob uiolatū pa cis fœdus pœnas pater luit,hac obligatione nō teneri[f]. Et quæ de pace probātur, etiam tunc locū habent,cum de euitādo periculo ſeu offenſione(ſcandalū Græci di cunt)agitur,quo caſu præſes nec appellationem recipiet, nec nocētis pœnam remo rabitur:ut quia latronem manifeſtum,uel ſeditioſum,& factione cruenta famoſum militem depræhenderit[g];nam & iuſſionibus principum impune nō parebitur, cum inde publica quædam infamia ſcandalumq́; exurgeret[h]: cum generaliter receptū ſit diſpēſationem principis nullam eſſe,cum ſine manifeſto ſcandalo adminiſtratio niſq́; decoloratione,admitti non poteſt[i]. Quinimo ipſe Romanus Pontifex, quem aliàs uiuentium nemo iudicat,ſi manifeſte tanti ſceleris reus ſit, ut apud eccleſiā ma le audiat,ſcandalúmque inde oriatur,poterit apud uniuerſale concilium accuſari[k], itemq́; gradu deijci,quod & frequentius receptū eſt[l]. Nec his diuerſum eſt, quod propter futuri mali periculum,pleraque è ſummo iure remitti conſtat: unde nepti nubenti ſolus aui cōſenſus ſufficit,nec pater expectādus eſt[m], ne interim dilatis nu ptijs dedecus aliquod muliebri facilitate ſubeatur. Qua ratione & qui in prouin cia officiū adminiſtrat,in ea filias ſuas matrimonio collocare poteſt[n],licet in filio nō idem reſpōſum ſit: propter honeſtatem enim cōſeruandam anguſtior aliquādo fit interpretatio[o]. Nam & alicui honori deſignatus,ante cōfirmationem adminiſtra re nō debet,niſi is ad quem ius cōfirmandi pertinet,tam lōge abſit,ut interim peri culum ſit,ne ad honorem faciētia iura diſſipentur & pereant[p]. Propter actus infir mitatem,iniquitatémque legis generalitas etiam quādoq́; minuitur:quapropter cō firmatio generalis ſtatutorū ad iniuſta non producitur. Idem in iuſſione,qua quis pro eorū obſeruatione iureiurādo in uerba Reipublicæ adigitur[q]. Et conſtitutio pro cōtractibus ſolui centeſimam iubens,ad illicitos cōtractus nō trahetur[r]: & qui lege municipij prohibentur decurionibus aliquas actiones cedere, nō tenebūtur le ge,ſi actu nullo uel irrito ceſſerint[s]. Ad hæc generalis eſt regula,quoties lex de ſen tentia,teſtamento,contractu,inſtrumēto uerba facit, de ualidis utique ſemper intel ligit[t]. Sic quod dicitur,ultimis pactionibus priores extingui,intelligitur ſi iure ua leant[u]. Sic prioris gratiæ mētione non facta, ſequēs ſurreptitia cenſetur,niſi tamē prior inualida fuerit[x]. Sic familiæ herciſcundæ iudicio, omniū rerum inter hære des cōmuniū diuiſio fit, ſi qua tamen illicite in his reperiantur,ut mala medicamen ta,in ea actione non diuidētur[y],nam & de re illicita ſocietas contrahi non poteſt. Mandatum quoq́; ſemper reſtringitur, ne quid aduerſus leges commiſſum exiſti metur[z]. Vnde & filius qui peculio accepto iuſſu patris negotietur,fœnore uel ma lis artibus quæſita nō præſtabit,nō enim id factum patris uolūtate credibile eſt[a]. Cæterū & leges quæ generaliter aliquibus dignitates uel officia conferunt, propter delictum uel mali futuri quādam præſumptionem reſtringuntur. Quo fit ut qui ſemel ab officio deiectus eſt,iterum recipi non debeat[b]. Quapropter quæſtor pro pter ſordes à munere excluſus,niſi ex certa principis ſcientia amplius nō audietur[c], quod & in tabellione,itemque tutore reſpōſum eſt[d]. Vnde & comes Palatinus, cui ex ſacro reſcripto tabelliones creādi ius ſit, ex crimine ſummotum non reſtituet[e].

Propter

e Bal. Ang. l. bene à Zeno. C. de quad. præ.
f ca. j. §. ſi quis hominē. de pa ce tenē. in feu.
g l. ſi qs f. §. qd tū. de iniu. ru.
h c. ſi quādo. de reſcri.
i j. q. 7. de illa.
k glo. c. ſi papa xl. diſt.
l Dec. cōſ. 151.
m l. oratiōe. §. fi. de ri. nup.
n l. ſi quis officium. in fin. de ri. nupt.
o l. ij. §. j. ubi 1aſ. de in ius. uoc.
p c. nihil. de ele.
q c. j. de iureiur. in 6.
r l. j. C. de eunuch.
s Bar. l. filiū. §. ſi quis. de leg. præſt.
t l. iiij. §. cōdēnatū. de re iu.
u l. ſi qs ante. de acqui. poß.
x gl. c. ex tenore. de reſcr.
y l. cætera. §. mala. fa. herc.
z l. ſi procur. de cond. inde.
a Bart. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.
b l. nullus. C. de pala. ſacra.
c l. ſi quis. C. de cohar.
d l. ſi cui. §. hiſdem. de accuſ.
e l. ij. C. de ind. lib.

Propter affectationem quocꝫ fit huiuſmodi reſtrictio, quod in eo exẽplo apparet, quo proditum eſt, priuilegia alicui propter officium indulta, ei non competere, qui ſumma affectatione per precum importunitatem obtinuerit[f]: odio enim lex ambitioſos hoſce inſectatur, anxietudinémque omnem dãnat. Vnde tametſi error iuſtam excuſationem præſtet, ſi tamen ſit affectatus, non præſtabit[g]: quod & in ignorãtia admiſſum eſt[h]. Idémque in eo qui ultro abſens fuit, ut excuſari poſſet reſpõſum eſt[i]. Sic & tutor, qui tres tutelas affectauit, ut ab alia excuſaretur, audiendus non eſt[k]: quod & generaliter ſtatutum eſt in quibuscũcꝫ cauſis, quibus tutores excuſari ſolent, ut affectatæ non poſſint[l]. Sic Bartolus, cum propter pacem generalis abolitio cõceſſa eſſet, ea uti non poſſe reſpondit, qui hoc futurũ præuidentes confidentius deliquerint[m]. Huc etiam afferẽda ſunt, quæ propter probabilem metus uel uiolentiæ ſuſpicionem, ex regulis iuris detorquentur: ut cũ formam quæ in Romani Pontificis comitijs conſtituta eſt, non ſeruari poſſe aiunt, cum probabilis metus Cardinalibus perſuaſerit, ut aliò eant, quàm quo loco Pontifex fato functus ſit[n]. Sic Prætor in proximo oppido ius dicit, cum pro tribunali tutus in ſua urbe eſſe nõ poteſt[o]: nam & propter iuſtũ timorem omiſſa appellatio nõ nocet, eiusqúe denuntiatio, etiã ſi legitime facta non ſit, damno non eſt[p]. Generalitérque lex ait, in omnibus cauſis pro facto accipitur id in quo quis alium perhorreſcit quo minus fiat[q]. Ex iuſta quocꝫ excuſatione legum iuſſa plerumcꝫ temperãtur, qui tractatus latiſſimus eſt, ſed nos paucis exemplis contenti, cætera diffuſius pertractanda otioſioribus relinquemus. Et in primis iuſtus error uel ignorãtia meretur ut ei ſuccurri debeat, ſi tamen probabilis ſit, idqúe in delictis, in contractibus, in ultimis uoluntatibus receptum eſt. Quapropter ſacris ei non interdicetur, qui imprudens initiatum percuſſit[r]: lege Cornelia iniuriarum non tenebitur, qui matronam ſuſpicatus ex habitu meretricem eſſe, compellauerit[s]: non cenſebitur receptator, qui ignorabat patratam cædem[t]: non erit inceſti reus, qui ſibi cum ſtuprata intercedere neceſſitudinem neſciebat[u]: qua ratione & Tyroni delinquenti propter præſumptam militaris diſciplinæ ignorantiam facilius indulgetur[x]: ei quocꝫ qui exulem occiderit, ignarus reſtitutum eſſe, cauſa cognita, noxæ non erit[y]: ſicut nec ei qui abhominato interdictóque opem feret, dum eiusmodi hominem illũ ignoret[z]: uiceuerſa qui exulem neſciens occiderit, præmium non cõſequitur à lege municipali his promiſſum, qui hoc hominum genus de medio ſuſtulerint[a]. Et generaliter fatendum, ignorãtiam facti probabilẽ excuſare, quominus pœnæ ſit locus[b]. In contractibus quocꝫ idem dicendum eſt, quapropter qui canonem ſtata die non ſoluit, ignorans rẽ emphyteoticam eſſe à iure ſuo, effectu non cadet[c]. Sed & cliens aut emphyteota qui dominum non agnouit, & clientem ſe uel emphyteotam negat, eadem ratione excuſari poteſt[d], dum probabilis ſit is error. Hæres quocꝫ cum uериſimiliter quid teſtator fecerit ignoret: à pœna quam ille promiſerit reſtitutione in integrum liberabitur[e]. Senatuſconſulto quoque Macedoniano nõ excludetur, qui filioſamilias mutuam pecuniam dedit, cum ſe ſui iuris eſſe ille aſſereret[f]. Creditoribus quocꝫ emphyteotæ ſuccurretur aduerſus dominum, qui fundo emphyteotico manũ iniecit, quoniam canon ſibi non ſolueretur[g]: nam quamuis reſoluto iure emphyteotæ propter legem contractus creditores excludantur, æquitas tamen ſuadet, ut recepto ab his canone, eos dominus in emphyteotæ locum reponat, cũ uеriſimiliter ipſi ſi negligentiæ debitoris admoniti fuiſſent, ut pignoris ius conſeruarent, de ſuo ſatisfeciſſent: quod ex facto Alexander reſpondit[h], & iniquum nobis uiſum non eſt.

f l. uniuerſi. C. de legati. li. x.
g l. ꝗ contra. C. de ince. nup.
h l. ſi ſeruus plu. §. ſi quis. de leg. j.
i l. & ꝗ data. ex qb. ca. ma.
k l. ſpadonẽ. §. fi. de exc. tut.
l l. uxori. §. j. de f.l.
m Bart. l. j. §. hæc autem. ſi quis teſt.
n c. ubi. §. porrò. de ele. ĩ 6.
o cle. j. de fo. cõpe.
p c. fi. de app.
q l. in omnibus. j. ti. j.
r ca. ſi uero aliquis. de ſentẽ. excõ.
s l. itẽ. §. ſi qs uirg. de iniur.
t l. j. de recep.
u d. l. qui cõtra.
x l. qui commeatus. de re mil.
y quæſt. Bar.
z c. inter. de ſenten. excõ.
a Barto. l. 5. §. utrũ. ad Syll.
b l. ſemp. §. interdum. quod ui aut clam.
c glo. l. ij. C. de iur. emph.
d c. ſi uaſallus. ſi de feu. fu. cõt.
e l. cũ filius. §. ĩ hac. de uerb.
f l. ij. C. ad Maced.
g l. lex uectigali. de pig.
h Alexan. cõſi. 45. in. 5.

Sed & eadem ratione aduerſus præſcriptionẽ domino ſuccurretur cum iuſte ignorauit rei ſe præſcriptæ dominum eſſe: quod etiam in X L. annorum præſcriptione receptius eſt[i]. Filius quoq; quem ignoranter habere ſe neſciens teſtator præterierit, nec legata quidem ſoluet[k], hæreditatis quoq; tranſmiſſio ab eo qui probabiliter ſibi delatam ignorauit, in hæredem fiet, decretoq; prætoris illi prouidebitur[l]. Sed & miles qui neſcius filium præterijt nequaq; exhæredaſſe eum cenſebitur[m]. Lex quoque alienationem rerum quæ fideicommiſſo ſubijciuntur prohibens, non obſeruabitur, cum hæres iuſta ignorantia fidei nihil commiſſum fuiſſe credidit[n]. Defectus quoque iudicis iuſtam præſtat à lege generali recedendi occaſionem: quapropter poterunt decuriones propria autoritate manus ei inijcere, quem curiali fortunæ adſtrictum contendant[o], ſi præſidis adeũdi facultas non adſit: nam quamuis lex generaliter conſtituat ſibi ipſi ius dicere poſſe neminem, ſi tamen iudicis copia deſit, propria autoritate illatam iniuriam ulciſci fas eſt[p]. Vnde qui de poſſeſſione deiectus eſt, etiam poſt aliquod tempus propria autoritate prædonem deturbabit, ſi præſes abſens proponatur[q]. Sic uacante Roma. Imperatoris ſolio, pontificis ipſius autoritas exquirenda eſt[r]. Sic magiſtratibus municipalibus copiam ſui nõ faciẽtibus, alij iudices tutorem dare poſſunt[s], & ſi qua ſimilia. Cæterum & iuſta ille excuſatione utitur, qui ſuam utilitatem alienæ præfert: Alpibus enim (ut inquit Accurſius) ille perit qui ſe plus diligit ullum. μισῶ (ait Euripides) σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός, id eſt, Odi ſapientem qui ſibi nihil ſapit. Quamuis igitur ad uſq; certum tempus domum tibi locauerim, ſi interim in uſum meum ea mihi ſit opus, potero te eijcere[t]. Quamuis procurationem rerum tuarũ ad aliquod tempus ſuſceperim, ſi proprijs negotijs occuper, iure rerum tuarum curam deprecabor[u]. Quamuis ex lege lapides uel materiam, quæ in agro meo ſit, uendere cogar: ſi tamen ea mihi uſus ſit, nulla me ratio[x] coget, ut alienum commodum proprio præponam. Sic & cum ex flumine publico ius aquæ ducendæ princeps concedit, intelligitur eatenus conceſſiſſe, quatenus in publicum uſum neceſſaria non ſit[y]: non enim thermis, non nymphæis aut balineis ex eo diplomate illatum damnum exiſtimari debet. Sic & cõſuetudo, qua quis in nemore alieno ius arborem cædendi uel pecora paſcendi habet reſtringitur, quatenus in uſum ſuum dominus non indigeat[z]. Sic & arbiter negotiorum ſuorum mole oppreſſus aliena tutò omittet[a], nam & qui non niſi quatenus facere poteſt conuenitur, eo priuilegio non utitur, cum actor pari calamitate affectus eſt[b]: & qui aduerſus quemcũq; hominẽ patrocinari promittit, ut aduerſus ſeipſum dicat cogi non poterit[c]. Excuſandus & ille eſt qui officij ſui neceſſitate adactus aliquid facit: ut cum filius uel libertus tutorio uel procuratorio nomine patremfam. in ius uocant[d], nec enim tum ueniam eos impetrare oportet, quod & in eiſdem perſonis receptum eſt, cum procurationis uel tutelæ muneri deſeruientes inofficioſum teſtamentum dixerunt, tametſi non obtineant, legato eis in tabulis ſibi relicto nõ priuabuntur[e]: unde & ſi in accuſatione huiuſmodi ex cauſa inſtituta ſuccumbant, non tamen calumniæ notam ſubibunt[f]: nam & qui iuſſu teſtatoris aliquem manumittit[g], qui legis imperio obſequens facinoroſum cæpit, præmio nullo dignus eſt[h], cũ muneri impoſito uterq; potius recte defunctus dicatur, quàm ſpõte adactum, rem præmio dignam uoluiſſe exequi. Sic & iudex qui ex officij neceſſitate inter partes de fundo ius dixit, non poterit propriæ ſententiæ exceptione reijci, ſi alio iudicio fundum ad ſe pertinere intendat[i], ſi uero alij iuriſdictionem mãdare potuit ſibi imputet. Nam & generaliter propter neceſſitatem à iure communi diſcedimus, cum

i Bart. l. j. §. ſi quis aũt. d'iti. act. pri.
k Barto. l. filio præterito. de iniuſt. rup.
l l. pãtonius. de acqui. hære.
m l. militis cod. §. miles. de teſta. mil.
n l. ſi. de leg. ij.
o l. generali. C. de decur.
p l. nullus. C. de iudi.
q l. ſi alius. §. belliſſ. qđ ui.
r c. licet. de for. comp.
s l. ubi. de cur. dat. ab his.
t l. ædẽ. C. loc.
u l. filiusfa. §. fi. de procur.
x l. uenditor. §. fi. com. præd.
y l. ſi quis. ij. C. de aquæduc.
z Io. And. c. dilecti. de arb.
a l. licet. de arb.
b Rom. l. maritũ ſol. mat.
c c. petitio. de iureiur.
d l. quæſitum. de in ius uoc.
e l. aduerſus. §. j. de inoff.
f l. mater. C. de calum.
g l. proxime. de nup.
h d. l. 5. §. utrũ ad Syll.
i c. inter dil. de fi. inſtr.

enim

enim humanis in actionibus plurimum conſenſui tribuatur qui ex neceſſitate agit, non ideo conſentire [k] exiſtimatur, quare nec pœna ſponte delinquētium plectetur. Sic qui adigente fame propter neceſſitatem furtum facit, laqueo non præfocabitur, tametſi municipij lex generalibus uerbis concepta ſit[l]. Sed & multa propter neceſſitatem conceduntur, quæ aliàs prohibentur: quapropter metu belli poterunt ciues diuinam domum uel ſacram turrim munire, & eis pro propugnaculo uti[m]. Eadem ratione & in eccleſia fas erit hoſpitem recipere [n], & baptiſmi ſacramentum etiam à ſeculari conferri [o], ex neceſſitate enim lex permittit conſtitutos à iudicibus ordines negligi [p]. Vnde & res prohibita alienari quandoq; propter neceſſitatem diſtrahitur[q]: & iudex qui merum imperium ſeu gladij ius alteri demandare nō poteſt, propter neceſſitatem tamē iure ſubſtituit[r]. Sic & ſpurij, & ignominia notati homines, quandoq; propter neceſſitatem ab honoribus non reijciuntur[s]. Sed & quoties lex conſenſum aliquorum requirit, etiam eis inconſultis, ſi neceſſitas ſubſit, recte agetur[t], quod pluribus exemplis à recentioribus productum eſt[u]. Illud tamen ſciendū, quæ neceſſitate ſuadente conſtituta ſunt, ea ceſſante aboleri: quoniam quod contra regulas iuris pro neceſſitate ſtatuitur, ſolum ſibi locum uendicat quatenus ſubſit neceſſitas[x]. Sed & non ſolet hæc excuſatio his prodeſſe, qui ſe ſponte ei negotio intruſerunt, unde neceſſitatem futuram proſpicere potuerunt[y]: quapropter Agareni milites eo prætextu quod à principibus ſuis præter furandi impunitatem alia ſtipendia non percipiant, excuſandi non ſunt, quis enim eos compulit ut talem militiam ſequerentur, quod & Angelus ſcripſit [z].

- k l. cum fidei. de fid. lib.
- l c. ſi qs. de fur.
- m Inno. c. cū eccleſia. de immu. eccle.
- n xlij. diſt. nulli.
- o c. ſanctū. de cōſecr. diſt. iiij.
- p Bart. l. cū nauarchorū. C. de nauicul.
- q l. ij. C. de pat. qui fil.
- r l. placet. C. de peda. iud.
- s l. cos. l. ſpurij. de decur.
- t l. tutor qui repert. de adm. tut.
- v Fely. c. cū acceſſiſſent. de conſtit.
- x l. ſenatus. de off. preſ.
- y l. ſi fideiuſſor. §. q ſat. cog.
- z Ange. l. ij. §. cū in eadē. ff. ad l. rhod.

# ANDREAE ALCIATI IVRICONS. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBER SECVNDVS.

SVPERIORE libro, quo à nobis de eo intellectu tractatum fuit, qui ex proprietate ſermonis aſſumitur, potuit & quidnam improprium ſit, quod Græci ἄκυρον dicunt, cognoſci: nimirum ut impropriū dicatur, cū quanq; rem non ſuo nomine appellamus: quo uitio Tyronem ſuum M. Cicero epiſtolarum libro XVI. arguit, qui ualetudini fideliter inſeruiendo ſcripſerat, quod aduerbium alieno loco poſitum, ut improprie dictum ipſe non probat. Illud etiam improprium cenſeri uulgò traditur, quod cum aliqua adiectione, non autem ſimpliciter profertur[a], ut cum fratrem patruelem dicimus, cum patruum magnum: quapropter in lege municipali quæ fratrem uel patruum matri præferat, huiuſmodi uocati non intelligentur [b]. Sed quid in ſorore, quam uterinam appellant? & proprie ſororem eſſe cum in ſecundo gradu ſit receptius eſt, quæ uterina non propter improprietatem, ſed ratione differētiæ dicitur[c]. Sicut & pronepos & proauus proprie nepos atq; auus eſt, quoniam præpoſitio illa ordinem non abuſionem oſtendit. Ad improprietatem quoq; dictiones illæ trahuntur, quæ ex larga quadam ſignificatione quippiam denotant: cum enim proprium ſit quod uni ſoli conuenit, non caret abuſu qui latiore uerbo

- a Bart. §. quæſitū. l. lucius. de leg. iij.
- b doct. l. j. C. de ſuc. ed.
- c Socy. conſil. 25. in. iij.

id deſignat, quod peculiari uoce dicendum erat: ut cum lex Iulia quod adulterium eſt, ſtuprum dicit[d]: uel cum lex, manumittuntur inquit, apud proconſulem tam liberi quàm ſerui: quod enim ad liberos attinet, manumiſſio improprie dicitur[e]. Sed & cum emphyteota, uel qui uectigalem fundum à municipibus habet, ſe dominum appellat, improprie loquitur: quoniam uere dominium eſt, quod directum uocamus[f]. Illud tamen dubium non eſt, ſub genere ſuo quamlibet ſpeciem proprie comprændi, quod à nobis alibi diffuſius explicatum eſt. Igitur in hac ſpecie illud proditum pro regula eſt, uerba ſecundum improprietatem intelligenda non eſſe[g]: quod tamen perpetuum non eſt, ſed pluribus caſibus coarctandum. Quorũ ille ampliſſimus, quãdo ſubiecta materia aliud ſuaderet, ut cum dominus remiſſionem colono ob ſterilitatem dans, uerbo donationis utitur[h], intelligetur enim potius trãſactum, & ideo ſubſequuta ubertate repetetur. Sic emptor fundum dari à uenditore ſtipulatus, ſecundum contractus naturam intelligetur, ut ſi uenditor dominus non ſit, ſufficiat trãslata uſucapionis facultas[i]. Nam & qui uendere ſe tibi inſulam aſſeruit ut aliam reficias, non uideo uendidiſſe cenſebitur, & idcirco præſcriptis uerbis agendum erit[k], ſemper enim ſubiectæ materiæ ratio quid ferat perſpiciendum eſt. Conſtituo Titium ſyndicum meum, cum procuratorem debuiſſem dicere, nihilominus erit procurator: idem ſi ſubſtituo dixiſſem[l]. Sic monachus cum in profeſſione ſibi reſeruari proprietatem fundi dixiſſet, reſponſum eſt de uſu accipiendum. Sic ſi iuſto prætio fundum in emphyteoſim me tradere dicam, nõ emphyteoſis quæ modico prætio conceditur, ſed locatio erit. Eodem modo cum Princeps accepta pecunia feudum ſe mihi donare dixiſſet, placuit uenditionem eſſe. Sic cum fœnerator oblatas uſuras donare ſe debitori dixiſſet, reſpondit Baldus non donationem, ſed reſtitutionem cenſeri[m]. Alius eſt caſus quo uerba improprie accipiũtur, quoties mens contrahentium, uel teſtatoris hoc ſuadet, non enim ſemper proprijs uocabulis uti poſſumus[n], & intentioni uerba ſubſeruire debent. Et ideo ex contrahentium mente uendidit, interpretabimur id eſſe quod permutauit: & locationem pro conductione, & emit reditus annuos, pro eo quod eſt conduxit. Sic & in teſtamento, cum dominus ſeruo ſuo legaſſet aureos quinq;, quos in tabulis rationum ei debebat, ſufficiet quod naturaliter tantum debebatur[o]: nam nec teſtatores omnes ſciunt iura, & ideo nõ refert filio dicant ſe relinquere iure inſtitutionis, an ſolum dicant, ſe aſſignare. Et qui filio dixit ſe Titium tutorem dare uſq; ad XXV. annum, poſt annos pupillares non tutorem ſed curatorem conſtituiſſe uidebitur[p]. Alius eſt, cum ex proprietate intellecta uerba contractum redderent nullum, ut enim actus ſuſtineatur, accipietur etiã impropria interprætatio: quapropter filiusfam. defuncto patre qui hæreditatem ſibi delatam adire ſe dixerit, immiſcuiſſe ei ſe cenſebitur[q], quoniã ut actus ualeat fiet impropria interpretatio, nec ex illis uerbis ſumetur coniectura neſciuiſſe eum an neceſſarius eſſet. Sic & cum aliquis Titiam & ſuos inſtituiſſet, de filijs intellexiſſe reſponſum eſt, tametſi extra poteſtatem ſuam eſſent: licet enim filij, ſui hæredes proprie ſint, qui in patris manu ex lege XII. tabu. erant, tamen ne ſubſtitutio corruat, etiam ſuos hæredes in fœmina intelligemus, quos ipſa in poteſtate non habet, nec habere poteſt[r]. Sic pater filium & nepotes inſtituens ordine ſucceſſiuo contra naturam coniunctæ inſtituiſſe uidebitur, tanq; id fecerit ne ſe uiuente mortuo filio præteritione teſtamentum rumperetur[s]. In ſententijs quoq; iudicum ſit eadem interprætatio: unde ſi alij fundus alij uſusfructus adiudicatus ſit non erit uſusfructus cõmunicãdus, ne uideatur id iudicatum quod in iudicis man-

dato

d *l. inter liberas. de adul.*
e *l. ij. de off. pc.*
f *l. j. ſi ag. uectig.*
g *l. nõ aliter. de leg. iij.*
h *l. ſi uno. loc.*
i *l. ſi ſtipu. de uſur.*
k *l. inſulam. de præſcr. uer.*
l Fely. *c. intantum. de ſym.*
m Bal. *l. fi.* C. *de uſur.*
n *l. ſi tibi. ſi cer. pet.*
o *l. qbus. §. dominus. de condi. & de.*
p Ange. *l. ij.* C. *de confir. tut.*
q *l. is qui putat. de acq. hære.*
r Guid. pap. *dec. 548.*
s *l. gallus. §. j.*

dato non continetur[t]: qui enim familiæ herciſcundæ diſceptator aſſumitur, non cōmunicare, ſed diuidere debet. Sic cū proximum agnatum iudex tutorē ſe dediſſe in decreto aſſeruiſſet, reſpōdit Bartolus, dediſſe, id eſt datū confirmaſſe intelligēdum[u], in libellis uero iudiciarijs huiuſmodi expoſitio facilius admittitur, cum ex partium intētione ſoleāt declarari[x], quod & in teſtimonijs receptū eſt[y]. Fit enim ſemper interpretatio, ne diſcordes & periuri teſtes ſint, idem ne pugnātia inuicem dicta uideātur: ſemper enim etiam in quacūq; materia repugnātia huiuſmodi excludēda ſunt, & ſcripturæ ſcripturis concordādæ, & ſi qua diuerſa uel diſcrepantia uidentur, conciliari inuicem debēt[z]. Sed & ne eluſoria diſpoſitio reddatur, uerba improprie accipientur, quod ea ſpecie cōſtitutum eſt, cum Rom. Pontifex alicui ciuitati ſacris interdixit, licet enim Ciuitas proprie ſolum intelligatur quatenus mœnia ambiunt, tamen hoc caſu etiā de ſuburbijs actum credetur[a], alioquin nullius effectus huiuſmodi eſſet abhominatio: nam & eadem ratione uſu ſyluæ legato Hadrianus conſtituit uſumfructum deberi[b], quia niſi liceret legatario cædere ſyluam, nihil ex huiuſmodi legato cōſequeretur. Idem cū qualitas perſonæ à proprietate uerborū nos recedere ſuadet, ut cū pater filio pro falcidia ſua legat, intelligetur enim de triēte iure naturæ debito[c]: nam & ſi uir imperitus quicq; dixerit, nō proprie, ſed craſſa minerua accipiendū erit, quod maxime in his obſeruādū, qui uulgari & ſimplici modo quicqd in buccam uenit effutiūt[d]. Sic ſeruus qui ſibi licere poſſidere ſtipulatus eſt, de ſimplici detētatione, non autē ciuili poſſeſſione intelligetur[e], quod etiā ad teſtes productum eſt, qui de his teſtimoniū perhibent quæ uiderūt, nec poſſeſſionē quatenus iuris eſt diffinire ſciunt. Ex abſurdo quoq; ut euitetur impropria ſignificatio accipi poterit, quoniā regulariter traditur ſemper ita legem interpretādam, ut abſurda nō tolerentur[f]. Quapropter lex eum qui furti pactus ſit ne dānaretur, infamia notans, de pacto gratuito non intelligetur[g], id quippe inhumanū eſſet. Sic ubicūq; uerba legis ad abſurdum trahi poſſunt, partes iudicis erunt decreto rem temperare, quoniam tali caſu nō uidetur hæc fuiſſe legis mens[h]. Sed & in edicto prætoris quo parētes ſine uenia in ius uocari nequeunt, parētes nō proprie tantū uſq; ad tritauum, ſed omnes in infinitum accipiemus[i], quoniā hoc honeſtius eſſe lex ait, & ex his ſequitur, cū lex dicit in ambigua uoce legis, eam potius accipiendam ſignificationem quæ uitio caret[k], cenſeri ambiguā uocem quæ proprie unū, improprie aliud ſignificat: propter uitiū enim ad proprietatē illam nō attēdemus, cū & generaliter receptū ſit, nunq; legem ita interpretandā, ut iniuſtū aliquid aut rationi contrariū inducat[l]. Sæpe, ait Iulianus, animaduerti hanc partē edicti habere nōnullas repræntiones[m], decreto itaq; iſta tēperari debebunt, & quæ ſequuntur. Cæterū illud generaliter fatendū eſt, ſemper fieri interpretationem uerbis improprie acceptis, quoties de mēte ueriſimili cōſtat, quæ ex conſuetudine patrisfam. uel loci in quo uerſatur, poteſt deprændi, itemq; dignitate, charitate, neceſſitudine, ex his quæ præcedunt uel deinde ſubſequuntur[n]: idemq; quoties aliqua ratio hoc ſuadeat, nam ſicut uerba generalia ex q̄ plurimis à me ſuperiori libro expoſitis cauſis reſtringuntur (quod citra abuſiuum intellectum fieri non poteſt) ita etiam improprie accipiuntur. Sed nunquid ut ueriſimili menti obſequamur, poterunt uerba non ſolum improprie, ſed improprijſſime quoq; accipi? Et Aret.[o] Iaſonq;[p] negant, maxime improprietatis rationem ullam eſſe; quapropter ſi teſtator dixerit ſe filijs ſuis pupillis talem curatorem dare, non exiſtimabitur datus tutor[q]: nam & ſi quis fundū leget, cuius ſolus uſusfructus ad ſe pertinebat, eo mortuo nihil debebitur[r]. Sed tamen in contrariam ſententiam

t gl. l. & puto in princ. fa. hære.
u Bar. l. j. C. de neg. geſt.
x l. ſi quis intentione. de iud.
y c. cum tu. de teſtib.
z l. fin. C. de æden.
a c. ſi ciuitas. de ſen. excō.
b l. diuus. d'uſu.
c Bar. l. j. ad. l. fal.
d gl. l. quoties. fa. herc.
e l. ſtip. iſta. §. hi qui. de uer. obli.
f l. nā abſurdū. de op. lib.
g l. furti. §. pactus. de infa.
h l. ſcire. §. aliud. d' ex. tut.
i l. iiij. §. j. de in ius uo.
k l. in ambigua. de ll.
l l. fi. §. in cōput. de iur. del.
m l. Saluius. de leg. præſt.
n l. ſi ſer. plur. §. fi. de leg. j.
o Aret. l. à titio. de uerb.
p Iaſ. l. quoties eo. tit.
q l. tutores. §. j. de ad. tut.
r l. quod in rerū §. j. de leg. j.

tiam frequẽtius itum eſt,ea in ſpecie quãdo pater filiæ relinquit pro ſua falcidia,improprijſſime enim de legitima iure naturæ debita intelligitur[s].Idem cũ quis dicit ſe legare monumentũ,intelligitur ius mortuũ in illud inferẽdi[t]. Cum pater ſi filiæ relinquere iure reſtitutionis dixit,de inſtitutione intelligitur[u],nã nõ omnes ſciũt uerbo inſtituendi uti,unde ſatis eſt,ſi id quoquo modo enuntiẽt quod æque polleat.In inſtrumento mandati dictum erat,dominum conſtituere Titium aſinum ad defendendũ cauſam,reſpondit Hoſtien.procuratorem recte conſtitutũ uideri.Quo argumento cũ executor in teſtamẽto adiectus eſſet his uerbis,Titium dilapidatorẽ bonorum meorũ eſſe iubeo[x],reſpondit Baldus ſufficere,nã & teſtator qui legatũ reliquerat donec filius in tutelam ſuã perueniſſet,nõ de XIIII. anno,ſed quinto & uigeſimo etiã per ſummã improprietatẽ intellexiſſe creditur[z]. Accedit his quod etiã nutu legata uel fideicõmiſſa relinqui poſſunt[a], quãto magis quomodocũq; conceptis uerbis poterũt? Quo fit,ut qui ſibi ipſi legare ſe clientulum dicat, abſoluiſſe à clientelæ iure(uaſſallitiũ uocant) hominem cẽſeatur[b];& qui filium ſuum uiuum & mortuum Sempronio legare ſe dicit,in uita tutorẽ Sempronium facere,poſt mortem illi ſubſtituere credatur[c].Vir locuples qui paupertatẽ ſuam Titio relinquere profeſſus ſit,de uniuerſis facultatibus intelligatur[d]. Nec me mouẽt quæ in aduerſam partem adducuntur,quoniam in eis coniectura uoluntatis non ſuberat, uel error proferentis in aperto erat[e],ut merito aliud conſtituẽdum neceſſario fuerit. Nam & ſi uerbis utamur quæ ſalua ratione Latini ſermonis aliũ caſum non cõprændunt,nõ eſt dubium eis ſtandum eſſe[f]; nec enim aliter ꝙ congruo ſermone uoluiſſe quenq; loqui creditur[g]:ſi tamen alia mens appareat ea præualere debet, præſertim cum de ruſtici hominis,& bonarum artium imperiti,interpretanda uolũtate agitur.Nam & ſacerdos qui in ſacri lauacri myſterio baptizo te,dixerat, in nomine patria filia ſpirita ſancta,chriſtianũ recte baptizaſſe æſtimatus eſt[h].Quid ſi ſermone aliquo uſus quis proponatur, qui ex obſoleta tãtum antiquorum obſeruatione ſuſtineri pro idoneo poſſit?Et eius rationem nõ haberi duobus exemplis patet:Alterum eſt,cum Iabolenus[i] ueſte,mundo,ornamentiſq; muliebribus legatis, omnem ueſtem & mundum deberi reſpondit:quia illa demonſtratio muliebria,neq; ueſti, neq; mundo applicari ſalua ratione recti ſermonis poteſt,& tamen ex Non.Marc.conſtat ueteres mundum etiam neutro genere dixiſſe.Lucilius: Legauit quidam uxori mũdum omne.

Alterum eſt, cum filijs centum teſtator reliquiſſet, etiam de filiabus actum Vlp. ſcripſit[k]: quia filiorum appellatione, etiam fœmine continentur: & tamen ueteres datiuum caſum non filiabus, ſed filijs dixerunt, quod exemplo Næuij & Plauti Priſcianus oſtendit:ut appareat non ex eo quod maſculinum concipiat fœmininũ, ſed ex proprietate ſermonis ſentẽtiam Vlpiani potuiſſe defendi, niſi ille obſoletam ueterum declinationem neglexiſſet:affectatus enim hic loquendi modus Iurecõſultis noſtris[l], ſicut & cæteris prudentioribus, ſemper moleſtus fuit.Memoria teneo magni quendam nominis Grammaticum, cuius etiam commẽtarij pleriq; extant, his uerborũ fœtoribus pœnitus immerſum,cum Mediolano Bononiã eſſet iturus, equum à Veterinario certa in dies mercede conduxiſſe,deinde remiſſo equo,per literas Veterinarium certiorem feciſſe,ut in tale diuerſorium iret, equum ſuum accepturus:Veterinarius non iuerat,quod chirographum nõ intellexiſſe aſſereret, integramq́; lapſi temporis mercedem petebat, eius epiſtolæ uerba hæc erant: Pegaſus qui me tollutim ſuccuſſit,apud campanę peluis copã erit,inde petito,phoretrumq́; ex eo tempore præcidito. Quæſitum eſt,uter æquiorem cauſam haberet,& eorum

conſenſu

s d.l.j.ad l.fal.
t l. monumenta C.de lega.
u Bal.l.ſi cũ ante.C. de don. ante nup.
x Iaſ.d.l.inſulã. de præſ. uer.
z l.cum filio.de leg.iij.
a l.nutu.de leg. iij.
b l. cætera.§.q ab hoſti. de leg.j.
c Socy.l.qui duos.de re.du.
d l. lucius.§.hæredũ.ad treb.
e l.iiij.de leg.j.
f l. Plautius. de aur.& arg.
g l.fi.ad treb.
h c.retulerũt.de cõſec.diſt. 4.
i d.l. plautius.
k l.ſi qs ita. de teſta.tut.
l l.ij.§.poſt hos quoq;.de orig.iur.

conſenſu qui de re pecuaria ius dicebant, placuit literatorem condemnari, qui igno rabili huiuſmodi ſermone uti non debuit: cum traditum ſit, qui ad aliquem ſcribit, tali idiomate uti eum oportere, quod intelligi ab eo ad quem literæ dantur poſſit[m], alioquin huiuſmodi teſtationes damnum ei nullũ inferre. Quapropter Romanus homo qui ad Græcum ſcribat, non Latine, ſed Græce conceptis uerbis uti debet[n]. Sed an quod de improprio ſermone diximus, etiã in ficto obſeruandum erit? & ſi fictus caſus nõ ſolum ratione effectus, ſed etiam nominis æquiparatus eſt, ſatis putauerim quod de uero conſtitutum eſt, etiam in ficto obſeruandum. Vnde lex quæ ingenuo priuilegium aliquod concedit, etiam in liberto obſeruabitur, cui ius ingenuitatis per natalium reſtitutionem, ſeu annuli aurei, indultum à principe ſit[o]. Et relictum Titio ſi legitimos filios ex ſe reliquerit, ei præſtabitur, qui naturalem relique rit, beneficio principis natalibus reſtitutum[p]. Sed & ciuibus à Republica cõceſſum, eis quoq; dabitur, qui ex priuilegio ciues ſint, quantũ ſit tamẽ eorum reſpectu quæ ab ipſa Republica proueniũt[q]. Sic ſi lex municipij ad duumuiratum neminem admittat niſi ſit originarius, alienigena quoq; recipietur, qui ius ciuitatis hac forma impetrauit, ut pro originario ciue habeatur[r]. Sic lex quæ in hærede loquitur ut hæreditatem adire cogi poſſit, & reſtituere, in bonorum quoq; poſſeſſore locũ habet, qui & effectu & nomine pro hærede habet[s]. Sed ſi reſpectu nominis ſolũ ſit æquatio, tũc aliud dicendum eſt, ut in filiofam, quem lex dominum interpretatur, etiã uiuente patre, non intelligetur generali dominorum appellatione de eo actum[t]. Sed & ſi cenſoria lege cautũ ſit, ne uniones aut gemmæ in muliebri mundo habeantur, de adulterinis & ſuppoſititijs non exiſtimabitur uetitum[u]. Theodoſij tamen conſtitutio quæ uellera ſacro murice intingi nõ permittit, etiam adulterino colore fucari prohibet[x]; ſed id propter exiſtimationem hominum receptum eſt, & ne facile, rebellibus eſſet tyrannum imperatoriæ maieſtatis purpura aut uera aut fucata amicire: quod ex Amiano Marcellino conſtat; qua ratione Andre. Siculus[y] cum lege artificum caueretur, ne peregrinos pannos præterq; coccineos habere liceret, excuſari eum reſpondit, qui fucato cocco intinctos habebat. Hinc eſt, quod ſi alicui relictum ſit cum legitimæ erit ætatis, ante XXV. annum nihil debebitur, tametſi ueniam ætatis impetrarit[z]: is enim licet in his quæ à principe proueniunt omnino pro maiore habeatur, quantum tamen ſit ex teſtatoris uoluntate aliud eſt, qui conſilij maturitatem in eo ſpectauit, quæ à natura, non à principe indulgetur. Potes (dicebat Phauorinus ni fallor Imperatori) hominibus Barbaris ciuitatem Romanam dare, uocabulis nominibúsue barbaris non potes, quod ea à naturali ciuium uſu uim atq; proprietatem accipiant. Quid rurſus ſi non ratione nominis, ſed ſolum effectu æquatio fiat? Et hic tractatus ad interpretationem pertinet, & regula eſt: Quæ de caſu uero diſpoſita ſunt, ad fictum quoque extendi[a]: quoniam fictio ueritatem imitatur, & æque ac ipſa ueritas pollet. Hinc eſt, quod lex Aquilia quæ datum hero, id eſt domino, damnum reſarciri iubet, etiam quod hæreditati iacenti illatum eſt ulciſcitur[b]. Hinc edictum prætoris condemnatos iudicio publico notans, in eis quoque qui ficte condemnati ſunt locum habet[c], ut quia quis ſit confeſſus, quẽ lex pro condemnato habet. S. conſultum Macedonianum in Republica quoque obſeruabitur, quæ filiofam. mutuã pecuniam dederit[d], & tamen Reſpublica fictam perſonam ſuſtinet[e]. Sic leges pleræque pœnales, quæ facientem gladio inſequuntur, etiam de eo intelliguntur, qui per alium facit[f]. Qui pecuniam à reo petere arbitri ſententia ſub pœna uetitus eſt, nec à fideiuſſore quidem eius petet[g].

Non tamen

m §. alienationis. in auth. de non alie.
n l. j. de exc. tuto.
o l. cũ ex oratione. de exc. tut.
p Bar. l. ſi is quĩ pro emptor.
q Bar. l. ſi maritus. §. legis. de adult.
r Bart. d. l. oẽs populi.
s l. j. §. bonorũ ad treb.
t l. i ſuis. de lib. & po. Bar. l. ſciendum. qui ſat. cog.
u l. j. §. hoc autẽ. de fonte.
x l. iij. C. de ueſt. olob.
y Barb. conſil. 29. ij.
z l. fin. C. de his qui uen.
a l. fin. de mag. con.
b l. liber. j. §. ſi ſeruus. ad l. aquil.
c Bar. l. ictus. de infa.
d l. nihil. ad ma.
e l. mortuo. de fid.
f l. diuus. de fal.
g l. aduerſus. de arb.

Non tamen regula huiuſmodi perpetua eſt,ſed pleraſq; habet exceptiones,ut cum diuerſa ratio aliud in caſu uero,aliud in ficto ſuadet[h]; quapropter procurator ad exigendum accepto ferre non poterit,tametſi acceptilatio ficta ſit ſolutio[i], id enim donationem contineret,de qua huiuſmodi mandato non cenſetur actum. Sic S.cõſultum Trebel. de hærede uerba faciens,in fideicommiſſario locum nõ habet[k]; nec enim per fideicommiſſarium tabulæ teſtamenti, ſicut per aditionem hæredis ſuſtinentur: nec tamen negari poteſt,quin fideicommiſſarius effectu cenſeatur hæres[l]. Eadem ratione edictum prætoris,ei qui negotia alterius geſſerit actionem eo nomine promittens,locum nõ habuiſſet in eo qui hæreditaria negotia geſſiſſet, niſi & id prætor expreſſim cauiſſet[m]: qui enim uiuentis negotium curat, affectione quadam motus uidetur,quæ ei obeſſe non debet. At qui hæreditatem uacãtem extricare nititur,nõ uidetur tam ex obſequio laude dignus,quàm ex curioſitate quadam nimia reprændendus[n]. Non procedit prædicta regula etiã,quando ueriſimile eſt id actum, ut in caſu uero tãtum diſpoſitio perficeretur: Veluti cum quis iurat ſe ſoluturũ,non poterit id compenſare quod eo tempore ſibi debebatur[o]: quod ſi ex noua cauſa incipiat deberi,aliud forte eſſet,quod Barto. ſenſit[p]. Sic cum uerba perſonæ inhærentem qualitatẽ reſpiciunt,apparet id actum,ne per alium fiat[q], unde & initiatus qui publice macellum uel tabernam exercere prohibetur, pœnis legis nõ cohercebitur, ſi per alium exerceat[r]. Sic & lex collegij eum qui exercuerit artem uilem ab honore excludens, non intelligetur illi notam inferre, qui ipſe mercimonijs non præfuit[s], quamuis ſeruorũ inſtitorumq; opera ea in re uſus proponatur: nã & M. Craſſus, haud dubie Romanorum nobiliſſimus, huiuſmodi artificum ſeruorũ opera diues factus eſt,ut Plutarchus tradit. Cenſetur autem perſonæ qualitatem reſpexiſſe,cum natura rei hoc ſuadet[t],uel cum uerba hoc exprimunt: ut ſi dicatur, Perſonaliter, per ſe,proprijs manibus,ipſemet,& ſi qua ſimilia[u], quãuis huiuſmodi uerba non adeò efficacia ſint,ut tamen rei natura ratioq; legis non præualeat[x]. Sic & teſtator appoſita conditione,ſi hæres ſine filijs legitimis,& ex legitimo matrimonio conceptis deceſſerit,non intelligetur de his ſenſiſſe,qui per ſubſequẽs matrimonium, uel per reſcriptum principis,iuſti filij effecti ſunt,quia illa uerba naturam reſpiciunt,nõ legis fictionem[y]. In materia quoq; ſtricta, & quæ ad literam debeat intelligi, non fiet huiuſmodi interpretatio: quapropter Rom. Pontifex,ſi beneficium quod morte uacauerit conferri tibi mandauit,iſq; ſacerdos nõ mortuus ſit,ſed aliàs priuatus, exautoratusúe,mandatũ extinguitur,in quo de morte naturali actum,non de ciuili præſumitur[z]: huiuſmodi enim gratiæ ad beneficia anguſte accipiuntur, nec in eis licita eſt extenſio. Sic Iuſtiniani conſtitutionem[a], aduerſus eos latam,qui rei alienæ uacuam poſſeſſionem occupant, receptius eſt in eo non obſeruari, qui rem hæreditariam occupauerit, hæreditas enim improprie uice perſonæ fungitur. Quapropter cum lex municipalis rem uenditam iuberet publico præconio proſcriptioneq; certis locis diuulgari,& niſi intra ſex menſes contradictum fuiſſet, quamlibet perſonã, etiam ſi uniuerſitas eſſet,excludi. Reſpondit Raph. & Iaſ.[b] hæreditatis iacentis illabefacta eſſe iura: quod & mihi placet,tum propter decreti duriciem, quo ſex menſium præſcriptio aduerſus iuris communis regulas inducitur, tum quod hæreditati ipſi negligentiam imputare nõ poſſumus: quod ſi eo caſu lex iuberet, ut quicũq; in re,uel ad rem ius haberet,illud oſtẽderet,putarem excludi hæredem, is enim ius ad rem habebat,nempe ius adeundi,quo rem conſequi potuiſſet[c]. Et ex his conſequens eſt,ut leges municipales,ſi correctoriæ ſint,uel limitatoriæ, ad caſum fictum

h l. illud. de pet. hære.
i l. nõ abſtulit. C. de nouat.
k l. j. §. deniq;. ad treb.
l l. poſtulante. ad treb.
m l. iij. §. hæc uerba. de neg. geſt.
n gl. l. culpa. j. titu. j.
o c. ad noſtrã. j. de iureiur.
p Bart. l. amplius. rẽ rat. ha.
q l. iij. §. ſi. pc. quod quiſq; iur.
r Cle. j. de uita & ho. cle.
s l. humilem. C. de inc. nup.
t d. l. iij.
u l. iubemus. C. de erog. mil. an.
x l. diuus. de fal.
y Alexã. conſi. 5. in. 7. c innotuit. de elect.
z c. ſuſceptum. de reſc. in 6.
a l. fin. C. unde ui.
b Iaſ. l. ſi is q. p empt. 7. no.
c l. inde. §. idẽ iul. ad. l. aql.

non

non trahantur,idq́ uulgò receptum eſt:cum enim hæc interpretatio ex extenſione fiat,in his nullum eſſe extenſioni locum conſtat[d],niſi in caſibus quos infra loco ſuo attingemus. Qua ratione nec in pœnalibus,odioſisúe caſus fictus compræendetur[e]: idem ſi diſpoſitio taxatiue concepta proponatur, ut cum quis ſe pro facto ſuo tantum obligauit[f]. Idem in diſpoſitione hominis dicendum,cum caſus fictus ſub uerbis cõprændi non poteſt[g]:qua de re diffuſius ſequenti libro tractabitur. Et ex his quoq; ardua illa quæſtio finiri poteſt,an appellatione mortis, de morte quoq; ciuili accipiamus,in quo regula eſt,non accipi [h], quia uis uerborum talem ſenſum non patitur. Si tamen mors ciuilis omnino eiuſdem effectus quo ad id de quo agitur ſit, tunc ex interpretatione de ea quoq; actum cenſebitur. Vnde ſi ſit dictum, ſocietatem morte finiri,etiam publicatione finietur[i]:& ſicut mortuus nõ impedit,quo minus ſequens agnatus proximus ſit,ita & deportatus[k]. Et pactũ de dote in caſum uxoriæ mortis lucrifacienda,etiam in eum caſum intelligetur, cũ in religioſum monaſterium ſeceſſit[l];nec enim uериſimile eſt uoluiſſe maritum hoc caſu expectare,exigẽdæq; dotis moram pati,donec naturaliter uxor fato fungeretur, quæ indiuiduã uitæ cõſuetudinem contempſit,ſicut nec tunc dilationis ratio habetur, cum quis in eorũ religioſorũ albo ſe profeſſus eſt,qui omnino ex inſtituto ſuo ſint incapaces[m]. Idem in his qui in metallum damnati ſunt,& ſerui pœnæ fiunt[n]:nec enim ſperatur fore,ut hi unquàm liberẽtur,ut meritò eorum interſit mortem expectare, unde ſeruitutem illam morti cõparamus[o]:& ſi fortæ accidat ut indulgẽtia principis reſtituãtur,iam non illi,ſed alij nouiq́ue homines exiſtimantur[p]. In deportatis uero ſpes hæc reſtitutionis nõ omnino extinguitur,eorumq́ue intereſſe exiſtimatur, ut mors uera expectetur,quod in eo reſpõſum eſt, qui poſt mortem grauatus erat fideicommiſſum reſtituere[q];poſſidebit enim poſt publicationẽ fiſcus, donec morte extincto reo, dies fideicõmiſſi uenerit. Cæterum in caſibus quoq; quibus permiſſa non eſt extẽſio,ſed uerbis ſtatur,nunquàm appellatione mortis de ciuili intelligimus, ut in Pontificis Romani gratia,qua in caſum mortis mandatur alicui prouideri, ſacerdotiumq; conferri[r],in his enim præterquam ſi motu proprio indultæ ſint[s], fit ſtricta interpretatio. Et hæc,quod ad improprietatem fictionémque pertinet, hactenus.

Ex uſu accipiũtur uerba generaliter in quacunq; materia,etiam pœnali:quoniam is communis loquendi uſus proprietati quoq; uerborum præualet, dum tamen ex autoritate prudentium originem traxerit:nec enim dubiũ eſt, ex autoritate doctorum,propriam quoq; ſignificationem duci[t], quantaq; eius uis ſit,oſtendit Cicero, qui quandoq; uſum optimum magiſtrum appellat, quandoq; omnium magiſtrorum præcepta ſuperare aſſerit. Horatius quoq;, Multa renaſcentur quæ iam cecidere,cadentq;. Quæ nunc ſunt in honore uocabula,ſi uolet uſus. Quem penes arbitrium eſt,& ius & norma loquendi. Quintilianus libro I. capi. V. Autoritatem,inquit,ſermonis cõſuetudo ſuperat. Et inferius: Conſuetudinem ſermonis, uocabo conſenſum eruditorum. Sulpitius Appollinaris apud Aulum Gellium, non ſolum uerborum communium ueræ & propriæ ſignificationes uſu mutãtur, ſed legum quoque ipſarum iuſſa tacito conſenſu obliterantur. Bartolus [u] tamen, quod ex communi uſu dicitur,non eſſe ex propria ſignificatione aſſerit, ſed potius ἐσχηματισμένον, ſeu ex figurato ſermone dici:quoniam naturalis rei ſignificatio, autoritate populi immutari nequit[x]. Et ideo exiſtimauit Saly. cum lege municipali caueretur,uerba ex propria ſignificatione accipi debere,in ea inteſtatum non cenſeri pupillũ,qui etiam ſi uoluiſſet teſtamẽtum facere iure prohibetur,quoniam id ex communi

d Imo. §. & qd ſi tantum.
e Ro. cõſi. 436.
f Bart. l. ſi ſic. de uerb.
g l. ſi cũ dotem. ſo. mat.
h l. ex ca. §. inſulã. de uerb.
i l. actione. §. publ. pro ſoc.
k l. j. in fi. de cõtra. tab.
l l. deo nobis. C. de ep. & cle.
m Bart. l. cũ pater. §. hæredit. de leg. ij.
n l. intercidit. in fi. de cõdi. & de.
o l. ex facto. §. ſi quis rog. ij. ad Treb.
p l. j. §. ſi filius. ad Tertul.
q l. ſtatius. §. fi de iure fi.
r d. c. ſuſceptũ. de reſc.
s Cle. ne romani. §. ſane. uerſic. moriente. de elect.
t Bart. d. l. oẽs pop. iij. q.
u in. l. labeo. de ſup. leg.
x l. ij. de uſufr. ea. rer.

d muni

*y l.j.de ſuis & leg.* muni loquendi uſu,nõ ex propria ſignificatione eſt[y]. Addunt alij,idem eſſe ſi lex mandet uerba nullo extrinſecus addito intelligi[z]. Sed in hanc ego ſententiam mi

*z Fely.in proh. decr.* nime iuerim,qui ſupra ex opinatiſſimis ſcriptoribus oſtẽderim,proprietatis uerbo- rum uim,& ius penes uſum eſſe:unde enim uocabula inuenta niſi ex hominũ uſu? Si quidem uetuſtiſſimam linguam Chaldæorum ſeu Hebræorũ fuiſſe cõſtat,quod & ueteres ſenſiſſe ueriſimile eſt, cum apud Aſſyrios inuentas literas,& in Aegyptũ per Mercurium,in Græciam per Cadmum Phœnicem,in Italiam per Pelaſgos al- latas,autorum conſenſu traditum ſit. Id & eo argumẽto Euſebius Cæſarienſis cõ- firmat,quod literarum nomina apud Hebræos ſuam ſignificationem habeant, ut Aleph doctrina,Beth domus,Ghimel plenitudo,Daleth tabularum &c.cum apud alias gentes nihil ſignificent, ſolúmque quædam in his peregrinæ linguæ imitatio appareat,ab eo ſermone alij orti,ex uſu & conſuetudine,uim,augumentum,naturã ſuam acceperunt.Quapropter nequaquam credendum eſt,naturalẽ rei ſignificationem nõ poſſe populi autoritate imminui.Nec uerum eſt figuratũ huiuſmodi ſermonem dici,cum contra potius is figuratus ſit,qui præter uſum accipitur ,unde & κατάχρησις figura,quam abuſum latine dicimus. Arbitror igitur etiam in ſtatutis municipali bus,& quacunque alia materia communem hunc uſum obſeruari debere: ex quo cõ

*a l.j.§.beſtias. de poſtu.* ſequens eſt,ut licet appellatione beſtiarum ſolũmodo feræ cõtineantur[a], ut leones, urſi,pantheræ,tamen propter communem uſum omnia etiam domeſtica cõpræn- duntur[b]. Sic in teſtimonio quod quis poſſederit,intelligitur,id eſt detinuerit. Sic

*b Fely.i d.pb.* in ſtatuto Titium & omnes de eius domo eijciente, etiam naturales filij eijcientur.

*c l.armorum.j.eo.* Sic arma ex communi uſu hodie dicimus etiam Iureconſulti diffinitione exploſa[c]. Sic teſtator uxorem ſuam uſufructuariam,dominam,moderatricem relinquens,de ſolis alimentis, & ſolita prærogatiua intellexiſſe cenſebitur. Sic licet maledicere & blaſphemare idem ſignificent,tamen ex uſu alia fit interpretatio.Sic conductor pa- ctus ne ad penſionem,niſi quatenus gaudere potuerit,teneatur, ablatis præter eius aliquam culpam ab exercitu fructibus,non tenebitur:quia uulgò non dicimur ga- uiſi,niſi ea re,quæ in noſtram utilitatem peruenerit. Sic lex pœnam conſtituens ei qui rem alterius acceperit,non ſolũ de re aliena iure dominij,ſed etiam propter ſim

*d Bart.in rubr. de op.no.* plicem poſſeſſionem intelligetur[d]: idque propter communem uſum. Declaranda tamen hæc eſt concluſio quibuſdam modis. Et in primis uiderentur ſupradicta in communi uſu procedere,quem periti introduxiſſent,idque Fabij Quintiliani ſenten tia aliqui affirmant,alioquin imperitæ multitudinis uſus nequaquã in animaduer- ſione eſſe deberet:nam & uulgi opinionem Iurecõſultus reprobat,eum qui promit

*e l.quod dictũ. de euic.* tere obligatus ſit,ſatiſdare debere exiſtimantis[e],& Baldus plerunque ſcripſit,idiota- rum uſum pro abuſu eſſe.Felynus nec excellẽtiſſimos, nec item imperitiſſimos ob- ſeruari iubet,ſed mediocres,& ex eorum ſententia uſum cõmunem cõſtituendum. Sed cum ex mente proferentis uerba accipienda ſint,ego aliter finiẽdum cenſeo, ut ſicut in teſtamentis patrisfamilias conſuetudo ſpectatur, in cõtractibus ipſorum cõ trahentium,ita & in ſtatutis eam ſententiam ſequamur, de qua uerſimile eſt ipſos legumlatores intellexiſſe. Si igitur ab excellentiſſimis facta ſint,eo modo loquutos illos ueriſimile credemus,quo peritiſſimi ſolent:Si ab imperitis, craſſa minerua uer ba accipientur:nam & Celſus peculium pro repoſititia pecunia interpretatur, ex ru

*f l.ſi chorus.de leg.iij.* ſticorum ſenum autoritate, qui pecuniam ſine peculio fragilem eſſe ſolent dicere[f]. Sed & quoties aliqua dictio ex communi uſu latius accipitur quàm ex proprietate ſoleret,in dubio ex proprietate accipienda eſt, ſi ratio legis non æque ex communi

uſu militet: exempli cauſa, Nepotes auo proprie dicuntur, qui eo uiuente concepti
ſunt, ex uſu tamen etiam qui poſt eius mortẽ concepti ſunt, eo nomine dici poſſunt:
nunquid igitur edictum prætoris nepotibus bonorum poſſeſſionem aui decernẽs,
etiam in his ſibi locum uendicabit: qui concepti non fuerant? & cum qui conceptus
non eſt, non poſſit fingi natus, ſequitur inter eos nullã fuiſſe proximitatem: & ideo
huiuſmodi nepos reijcietur[g]. Quapropter in prædicta municipali lege, qui rẽ alte- g l. item. de ſuis
rius acceperit puniẽte, ſi appareret legem in fauorem eius latam, qui rei dominium & leg.
haberet, nõ compræhenderetur poſſeſſor, tametſi probaretur ex cõmuni uſu rem alte
rius dici, etiam cuius ſola poſſeſſio ad alium pertineret, tum enim uerbi proprietas
potius quàm uſus cõmunis ſpectaretur. Si uero par ratio ſecundũ utramq; ſignifi-
cationem ſit, tunc etiam cõmunis uſus attẽditur: unde lex Iulia de adulterijs, non ſo
lum in iuſta uxore, & quæ in manũ uiri conuenerit, locum habet, ſed etiam in iniu-
ſta[h], id eſt cum qua matrimonium eſt, licet non ſolẽniter celebratum, idqúe propter h l. ſi uxor. de
communem uſum ex Homeri carmine οὐ μοῦνοι φιλέουσ᾽ ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων, quod adult.
alibi expoſuimus. Cæterum & illud ſciẽdum, ex communi peritorum in Latino ſer
mone uſu, nihil ad uernaculum idioma inferri: quapropter ſi latine teſtator liberis
ſuis tutores dederit, etiam nepotibus dediſſe intelligetur, ſi uero filijs dixerit, aliud
eſt[i]; licet hæc differentia in uulgari ſermone conſtitui nequeat. Quapropter cum ex i l. quid ſi nep. de teſt. tut.
cõmuni conſuetudine in lingua uulgari probatum eſſet, aliter filios legitimos, aliter
legitimatos appellari, reſpondit Alexander[k], non idcirco ad ſermonem latinum k Alex. cõſi. ij. col. 6.
quicquàm inferri, cum latine etiam legitimus proprie dicatur, quem princeps nata
libus reſtituit: quod frequenter in facto diſputatum uidi, in his quæ pro teſtimonio
uulgari lingua dicta erant, ut à communi latine loquentium uſu interpretationem
non acciperent. Qua tamẽ in re ego ſubſiſto, cum uideam & in hoc tractatu, & alijs
in locis à Græcæ linguæ ſignificatione ad Latinam argumentari Iureconſultum, ut
in glande & ueneno, & longe maior ſit uulgaris noſtræ locutiõis cum latina, quàm
illi cum Græco ſermone affinitas. Nec illud omittendum, cõmunem loquẽdi uſum
attendi qui eo tempore fuerit, quo lex ipſa municipalis lata eſt, nõ qui poſtea inole-
uerit[l], ſicut & in teſtamentis, cum de interpretãda defuncti uoluntate agitur, is uſus l Socy. l. gallus §. ſi eius in fi.
probandus eſt, qui tum erat, cum ille teſtaretur, nõ qui deinde admitti cœpit, quem
fortè teſtator ignorauit: tametſi enim lex ſemper loqui fingatur, id utiq; uerum eſt,
ut id tamen loqui exiſtimetur, quod à principio legumlatores ipſi cenſuerũt. Qua-
proter qui hodie eſt communis uſus, olim fuiſſe non præſumitur[m], niſi adeò anti- m Barto. d. l. la
quitus receptus probaretur, aut ante hominum memoriam inoleuiſſet. Damnat beo.
Tranquillus Claudium Imperatorem, qui filios libertorum in Senatum allegerat,
idqúe exemplo Appij Claudij facere dixerat, qui & ipſe cenſor libertinorum filios
curia non ſummouerat: ignarus, ut ille inquit, temporibus Appij, & deinceps ali-
quandiu, libertinos dictos, non ipſos qui manumitterẽtur, ſed ingenuos ex his pro-
creatos. Putauerim tamen, ſi qua lex ex eo ſenſu, quem à principio habuerit, iniqua
eſſet, poſſe ex præſenti uſu declarari, ut iniquitas illa emẽdetur: cuius rei exemplum
in Valentis Imperatores cõſtitutione habemus[n], qui monachos omnes ab heremis n l. quidã. C. de
extrahi, & ad ciuitatũ munera ſubeunda compelli iuſſit, quod edictum adeò execra decur.
bile & ab omnibus autoribus dãnatum, in corpore tamen iuris adhuc legitur, quo-
niam alio ſenſu accipi poteſt, nimirum ut hi ſoli plectantur, qui monazonio nõ ob
CHRISTI cultum, ſed ad euitanda munera congregati proponuntur, atq; hoc
modo interpretatione prudentium legislatoris impietas cõfringitur. Efficax autem

communis hic erit uſus, ſi per longum tempus eualuerit, puta decennio, nec enim ueriſimile eſt, poſſe citius ciuitatem in alicuius uerbi nouanda conſuetudine conſentire. Probandum igitur erit quod ad huiuſmodi tempus attinet, itemq́ue quod ad perſonas, quæ res ab arbitrio iudicis plurimam uim trahit: ut ſi de eo agatur, quod ueriſimiliter ſæpiſſime, & à quàmplurimis fieri uel dici ſoleat, idipſum neceſſario probãdum ſit: ſi uero de eo agatur, quod rarius cõtingere ſolet, ſufficiet ſi non à plurimis, ſed ab his dictũ conſtet, qui de ea re uerba fecerunt, quàmuis pauci fuiſſe proponantur: atq; ita Barto. ſentit[o]. Nobis & illud placet, ſi ex Iureconſultorum libris de huiuſmodi uſu appareat, aliam probationem non requiri, ut in dictione inteſtatus, quæ non niſi ex cõmuni uſu pupillos & impuberes continet[p]: cum enim tales quoq; pro inteſtatis lex accipiat, etiam citra aliam probationem in quacunq; lege municipali de his actum arbitrabimur, quod in his dictionibus quoq; producẽdũ eſt, quæ ex uſu contrariam antiquæ ſignificationem acceperunt, ut tyrannus: olim enim boni principes ſic nominabãtur, quo ſenſu & Homerus, & Virgilius uſi ſunt: ut religioſus, & deuotus, quæ olim in malam partem, hodie in bonam ex uſu accipiuntur. Ex interpretatione ſenſus legis accipitur, cum uis uerborum id non ſignificat, ſed extẽſio inducit, de ſimilibus enim ad ſimilia, ei qui iuriſdictioni præeſt, procedere fas eſt[q], atq; ita ius dicere: ſimilis autem ille caſus exiſtimatur[r], qui eadem uel maiore rõne nititur, quiq; eiuſdem effectus eſt, tametſi uerbis ſit diſſimilis, ſatisq́ue eſt ſi ſimilitudo ſit eius reſpectu de quo agitur, licet in cæteris differant[s]. In fauorabilibus quoq; pro ſimili habetur, etiam quod non æque tãta ratione fulcitur[t]. Igitur de ſimilibus ad ſimilia regulariter in lege fit extenſio (nam quod ad diſpoſitiones hominum attinet, in ſequentem librum reſeruaui) præterquàm tribus caſibus.

Primus, cum legis correctio induceretur, quapropter ſolet dici, in correctorijs nõ permitti extenſionem. Secundus caſus, cum lex pœnalis eſt. Tertius, cum lex limitatoria, ſeu ut noſtrates doctores dicunt, exorbitans eſt, utraq; uoce nõ ſatis proba, niſi quod à ueterum ſermone limitatorium minus degenerat: eſt enim limitare, intra limites ſuos reſtringere, unde limitati agri, Plinio libro XVII. Frõtino, Agẽnio, Boëthio, & Iurecõſultis: nam & Cicero ad Appium: Pulchrum de tua prolixa (inquit) beneficáque natura limitabit aliquid poſterior annus: meritò & nos limitãtia appellabimus, ea quæ à regulis iuris communibus recedunt, generalitatiq́ue legis derogant. De ſingulis igitur quibuſq; uidendum. In primo caſu communiter ea ſententia approbatur, ut in correctorijs licita non ſit extenſio, quod enim mutatum non reperitur, cur interim firmum eſſe non debet[u]? In uniuerſum enim ſolet dici, legum correctionem ſemper euitandam[x]: quod ſi leges inuicem repugnare uidentur, debent diſtĩctionum fœdere conciliari, nec cenſebitur abſurda ſubauditio, ut huiuſmodi diſſidijs obuiam eatur, nã abſque tali interpretatione ne myſtica quidem Euangelia conſiſterent, nec quiſquam tam caute uel promiſcuo domeſticoq́ue ſermone uti poſſet, qui non in alicuius repugnantiæ notam incideret: nõ enim protinus uociferandum, ſi quicquam contrarium uideatur, cum iudicij examine adhibito facile ſit ambigua diſſolui, aduerſa ſeparari, uaria diſcerni, obſcura dilucidari[y].

Hinc eſt, quod ne legum correctio inducatur, argumẽtum à contrario ſenſu, tanquam ex ſubaudito intellectu non accipitur, & clauſula generalis tũc ad omnia præcedentia aduerſus naturam ſuam non refertur[z]. Hinc eſt, quod in correctorijs, ſi adſit eadem ratio, nõ tamen eadem inducitur iuris diſpoſitio, quod & in diſpẽſationibus quoq; procedit: non enim aliud eſt diſpẽſatio, quàm iuris cõmunis quædam

in fauorem

o d.l. Labeo.
p d.l.j. de ſuis.
q l. nõ poſſunt. de ll.
r l. nõ ſolũ. §. q primipilũ. de exc. tut.
s c. non põt. in fi. de præb. 6.
t c. fi. de ſimo.
u l. præcipimus. in fi. C. de ap.
x §. fin. in auth. de admi.
y l. apud. C. de furt.
z gl. c. cũ ſingula. uerb. prioratibus. de præb. in 6.

in fauorem particularem relaxatio,ſeu correctio,quæ & priuilegium dici poteſt: in his igitur extenſio,etiam ſi eadem uel maior ratio adſit, locum non habet[a]. Sunt enim diſpenſationes odioſæ,& annexam mandati Pontificij formã habent[b], à qua recedi non poteſt,meritò præfracte nimis,& ad literam tantum accipiuntur. Reſtringitur prædicta regula,quando ratio in lege expreſſa eſt, tunc enim ex ea fit extenſio[c]:quoniam omnis caſus in ea compræſus cenſetur, cum ratio legis ſit lex generaliter quicquid ſub ea continetur decidens: & ita aliquibus uidetur, quædam in ſui ſententiam adducentibus,quæ non in correctorijs ſed in limitatorijs locum habent. Mihi haud ſanè uериſimilis,nec ex ueterum mente[d] uidetur hæc ſententia:cũ enim in lege idem ſit,ſiue ratio exprimatur,ſiue unica tantum adduci queat[e], conſequens eſſet ut regula nunquam procederet, niſi ubi lex ex plurimis rationibus ſancita eſſet:qui caſus rariſſimus eſt, imò exceptio inepta etiam eſſet,cum tunc nõ quia tractaretur de correctione præciſa eſſet extenſio, ſed quia aliqua ex illis rationibus ceſſaret. Nam & ex eo confutatur hæc opinio, quod receptiſſimi iuris eſt, quoties eadem ratio id ſuadeat,in correctorijs fieri extenſionem, de ſtricta uocabuli ſignificatione ad latam[f]: quam ſignificationem quid opus eſſet reſpici, ſi etiam citra uocis generalitatem fieret extenſio? cum unica in ratione frequentiſſimum ſit omnem legis cardinem uerſari. Senſere hoc iuris Pontificij interpretes, dum conſtitutionem eam, quæ quemcunque religioſum in præſulem alterius religionis eligi prohibet; quoniam correctoria erat, non extendi tradiderunt, quo minus in collegam eligi poſſit[g]; tametſi eadem eſſet ratio, nempe ne diſparis conditionis homines ſocientur. Senſit & Bartolus dum legem municipalem, qua ſtantibus filijs maſculis, fœminæ excluduntur, non extendi ex ratione agnationis conſeruandæ tradidit[h], quæ ſola probabiliter adduci poterat. Illud non diffiteor ſi ex rationis in lege noua expreſſione appareret contrariam legis ueteris rationem generaliter correctam[i], tunc extenſionem permitti debere. Quapropter cum ex lectione ſtatutorum conſtaret, maſculos fœminis ubique præferri, & ſic iuris communis rationem neglectam, reſpondi prædictam Bartoli ſentẽtiam nõ procedere,& ideo ſi lex noua fœminis patruum præfert, etiam patrui filios eſſe præferendos.[k] Nam & Iuſtiniani lex[l] uxori inopi in bonis mariti quartam deferens,ſi tres ſint filij uel pauciores, extenditur etiam ſi nemo filiorum adſit, tametſi plures extant aſcendentes: apparet enim propter uxoris inopiam generaliter legis ueteris rationem corrigi,liberos uel aſcendentes præferentis: imò tali caſu, cum ratio legis ueteris per nouam corrigitur,etiam pleriſque reclamantibus[m], putauerim non ſolum in correctorijs,ſed etiam pœnalibus ſimul extẽſionem permittendam[n].

Reſtringitur rurſus prædicta regula, in his quæ relatione quadam coniungũtur, nam altero correcto,alterum quoq; corrigi cenſendum erit[o]; quapropter lex noua legem Iuliam Viſcelliam de uxore loquẽtem corrigens, etiam in marito correxiſſe exiſtimabitur:qua ratione & lex in actore corrigens, de reo quoq; egiſſe creditur[p], ſic pœna impoſita uendenti,intelligetur & emptorem diſtringere[q]. Quod tamen declarãdum eſt,ſi eadem ratio ſubſit,alioquin aliud obſeruabitur[r]. Ecce, lex prohibet marito,ne uxori ultra quartam bonorum legare poſſit,nõ cenſebitur uice uerſa prohibuiſſe, quin quantumcunque uelit marito uxor relinquat: uidetur enim uirorum meliorem cõditionem ſolum feciſſe,& id cauiſſe, ne muliebribus blandicijs ſeducti,male hæredibus ſuis conſulerent:quod Socinus recte reſpondit[s]. Eadem ratione crebrius traditum eſt,ſi lex ſororem à fratris hæreditate excludat,non cenſe

a c.fi.de poſtul. præla.
b c.cui de nõ.de præb. in 6.
c Iaſ. authen. quas act.
d Imo.§.d'uiro Gemin.c.j.de tẽp. ord.in 6.
e glo.l. quãuis. C.de fideicõ.
f gl.in authẽ.ut hi q obli.uer. ad curationẽ.
g cle.j.de elect. uer. prælatũ.
h Bart.l. liberorum.j.eo.
i l.maximũ. C. de lib.præt.
k Socy. conſil. 30.in.j.
l auth. præterea. C. unde uir.
m gloſ. cle.ij.de ætat.
n Abb.c.fi. de reſcrip.
o l.fi.de ind.uidui.tol.
p gl.l.per interuallũ.de iud.
q l.fi.d'accept.
r c.fin.de uerb. ſignifi.
s cõſi.75.in 3.

ri ex aduerſo fratrem prohibitum, quo minus ipſe ſororis hæreditatē adipiſcatur: quamuis enim ius ſuccedendi reciprocum eſſe debeat, tamē ueriſimilius eſt uoluiſſe legislatorem maſculis tantum conſulere[t]. Sic & cum lex iuberet, quæcunque per fratres cohabitantes acquirerentur, eſſe communia, reſponſum eſt, æs alienum per alterum conflatum, alteri damno non fore, ne in poteſtate fratris ſit alium ad inopiam redigere: uidemus enim plerunque permitti, ut per alium melior conditio noſtra effici poſſit, deterior non poſſit[u]. Quod in correlatiuis, ut uocant, dictum eſt, in his quoque procedit, quæ ex lege ueteri regulariter inuicem æquiparantur[x]. Quapropter lex noua inducens, ut quarta quæ ex lege falcidia detrahitur quo minus detrahatur prohiberi per teſtatorem poſſit, in ea quoque extendetur, quam ex Senatuſconſulto Trebelliano hæredes retinere poſſunt,[y] quod tamen intelligendum, cum eadem in æquiparatis ſubeſt ratio, alioquin ex nuda principis uoluntate abſque alia ratione quicquam indulgentis contra regulas iuris conceſſa, nec ad æquiparata quidem protrahentur: quod ea in conſtitutione apparet, quæ correcta antiquiore lege, centum annorum præſcriptionem ad quadraginta redigit, cum in eccleſia loquatur, ad Rempublicam non producitur[z]. Rurſus hoc intelligendum, ut fiat extenſio quatenus correctum fuerit, in eo in quo æquiparatio eſt facta tantum. Vnde quamuis rei uendicatio, & actio publiciana iiſdem paſſibus ambulent, lex tamen noua in rei uendicatione bonam fidem autoris requirens, alioquin uſucapionem non admittens, ad publiciana experientem non protrahetur, non enim quo ad hoc æquiparantur[a]. Huius autem extenſionis, quæ in æquiparatis fit, ratio ea eſt, quod propter paritatem caſibus illis à lege attributam, non nos eam correctionem, ſed lex ipſa uidetur augere, ſicut in extēſione, quam uulgo paſſiuam uocant, traditum quoque eſt. Cuius rei exemplum, cum lex minorem uigintiquinque annis teſtari prohibet, non poterit nec codicillos quidem facere: quoniam generaliter lege antiqua traditum eſt, qui teſtari nequeat, nec codicillis quicquam relinquere[b]. Ad hæc pertinent etiam quæ de acceſſorijs dicuntur, ferè enim receptum eſt, legem correctoriam ad acceſſoria quoque trahi, idq́ diſpenſationis exemplo: quo traditur, eum qui iure diſpēſationis ſacerdotia duo obtinet, utroq́ in loco, cum per collegas quicq́ tractatur: aduocandum[c]: id enim conſequēs eſt conceſſi ſacerdotij, quod pluribus alijs ſpeciebus declarari poſſet[d]. Idem in his dicēdum, quæ ſequioris cuiuſdam naturæ ſunt, & alterius inſtar reguntur[e], ut in legitima quæ ex inteſtatorum ſucceſſione formam accipit, nam ea ſucceſſione commutata, & ipſam quoq́ cōmutari dicimus[f]. Sic lege Iulia Papia correcta, quę matrimoniū Senatoris cū liberta prohibebat, illud quoq́ correctum cēſetur, quod ad hoc exēplū traditū erat, nec Senatoris filiā liberto nubere poſſe: cum enim ex una radice uitiū naſcatur conſequens eſt, ut una lege tolli ſufficiat[g]. Idem cum extenſio ex ui eius regulæ fit, cui licet plus, & id quod minus eſt: hoc enim argumēti genus etiam in lege correctoria nō reijcitur[h]. Et ideo ſi ex ſtatuto exules & profugi poſſint impune occidi, utique & uulnerari poterunt: cum filius qui patriam prodidit, occidi ceu hoſtis publicus poſſit, uidetur & exheredari[i]. Aduertendum enim eſt, quoniam ſi argumētum inducitur in eadem ſpecie, cum minus in maiori contineatur, non uidetur id tam per extenſionem fieri, quàm ex ui uerborum deſcendere. Si uero in diuerſa ſpecie inducatur, non uidetur in correctorijs id permittendum: quapropter qui occidere poteſt, ſtuprare non poterit, neque exulis uxorem alio dedecore afficere: quod utique crebriore calculo approbatum eſt[k]. Sane in correctorijs quoque fit extenſio, cum ad

t Docto. l. lege xij. C. de leg. hære.
u l. iij. C. d' pac.
x gl. l. ſi quis ſeruo. C. de fur.
y Bar. l. marcellus. ad Treb.
z auth. quas ac.
a Bart. l. cū qui. §. prætor. de publi.
b Bar. l. ij. de lega. j.
c gl. c. qa in tantū. de præb.
d Iaſ. l. fi. col. 6. de conſtit.
e gl. c. nō debet de conſang.
f auth. prætera. C. unde uir.
g l. fi. C. d' nup.
h l. in ea. uerſi. nec occidere. de adul.
i l. in ſuis. de libe. & poſth.
k Car. cle. ne romani. 4. opp. de elect.

cum ad antiquum ius redigimur[l]. Sed dubitatur, de quo iure antiquo intelligendum ſit. Ecce, lex municipalis agnatos præfert his qui è latere materno coniuncti proponuntur, Filius ſororis gradu proximus hæreditatem petebat, quoniam ex lege Iuſtiniani[m] agnationis iura ei tributa ſunt, hancq; interpretationem ut ipſe compræenderetur ſumendam aſſerebat, quia hoc modo ad ius antiquum, nimirum XII. tabul. reducebamur: nam & uidemus in legitimationibus fieri extẽſionem[n], quia tametſi diſpenſationes ſint, tamen primæuum naturæ ius reſpiciunt: diuerſum uidebatur, ſtatutum enim illud ideo reſtringitur, quia iuris communis contrarium eſt. Si ergo ad ius commune reducamur, ceſſabit reſtrictio, non ſi ad legem XII. tabul. quæ iam diu ante ſublata erat[o]. Iure autem communi filius ſororis agnatus non eſt, in quam partem & ipſe ex coniectura mentis legislatoris, alijsq; rationibus tranſij. Igitur ius antiquum hic accipiemus, quod ante legem correctoriam ex communibus iuris regulis uigebat[p]. Nec legitimationem uerum eſt eſſe fauorabilem, quia iuri naturæ conformis ſit, ſed quia beneficium eſt principis, in quo fit lata ſignificatio[q]. Ex mente quoque correctoriæ legis fit extenſio, cum alias eluſoria eſſet, uel abſurdum aliquid induceret. Quapropter Pontificis conſtitutio, qua gratiam uacaturi beneficij, ad ea quæ poſt indulgentiam erigũtur trahi prohibet, in conceſſione quoque à ſedis apoſtolicæ legato indulta ſeruabitur[r]: abſurdũ enim eſſet, plus autoritatis legato quàm Pontifici attributum: regulaq; generali traditum eſt, leges, contractus, ſententias, teſtamenta, ſemper eam interpretationem accipere, ne quicquam abſurdi inducere cenſeantur[s]. Nam & lex ſuperflua eſſe non debet, nec facile eludenda. Quapropter lex quæ fœneratores in ſacris cœmiteris ſepeliri prohibet, & ſepultores abominatur, etiam ad eos producitur, qui funebri pompæ & feralibus interſunt, & honoris cauſa funus proſequuntur[t]: cum alioquin non difficulter ueſpillo aliquis humani diuiniq; iuris contemptor reperiretur, qui corpus tumulo conderet, eluſoriaq; hoc pacto pœna legis redderetur: ſemper enim ita interpretamur, ne eluſoria ſit lex. Vnde ut id euitetur, argumentum à contrario ſenſu etiam in lege correctoria aſſumimus[u]. Addunt aliqui hoc caſu per exceptionem in lege poſitam contra naturam ſuam regulam extẽdi, etiam ſi iuris correctio inducatur[x]; quod tamen mihi ſanè quàm dubium uidetur, cum ſatis ſit principalem legis diſpoſitionem utilem eſſe, parumq; referat ſi ex abundanti in exceptionibus aliqua dicantur[y]. Cæterum & ob ſalutem animæ fieri hanc extenſionem receptum eſt: ſemper enim & ea quoq; interpretatio aſſumẽda eſt, quæ uel pro religione facit, uel nos à peccato liberat. Quapropter lex Fœderici, puberum ſacramenta in contractibus obſeruari iubens, etiam ad diſtractus extenditur[z]. Sic & lex pontificum, ſub pœna clandeſtinas nuptias prohibens, tanquam fauorabilis ob æternam ſalutem lata, interpretatione declarabitur[a]. Sunt & pleraq; ſimilia, quæ ab alijs tradita[b], recenſere hoc opuſculo operæ prætium non eſt.

NVNC ad materiam pœnalem tranſeundum, in qua regula generalis eſt[c]: Pœnas interpretatione non adiuuandas, ſed reſtringendas eſſe, ſempérque in mitiorem partem deflectendum: ſolétque uulgò dici, pœnæ nunquam locum eſſe, niſi ea expreſſim à lege conſtituta ſit[d]. Quapropter quibus caſibus conſtitutio pœnalis extenditur, nunquam tamen reſpectu pœnæ locum habet[e]. Sicut & Pontificis decretum, quo etiam ignorantes male afficiuntur, quantum ad pœnam pertinet, eos non alligat[f]. Et conſtitutio declaratoria, licet etiam ad præterita trahatur, reſpectu tamen pœnæ in ea expreſſæ, non trahitur[g]. Et prohibitio

l *c. olim tibi. de uerb. ſig.*
m *l. lege. c. de legi. hære.*
n *c. per uenerabilem. qui fi. ſint leg.*
o *§. cæterũ. de leg. agn. ſuc.*
p *glo. c. ſtatutũ. de præb. in 6. Fely. c. cũ acceſſiſſent. de conſt.*
q *Barto. l. ij. de uerb. obli.*
r *cle. fi. de reſc.*
s *Curt. cõſ. 45. col. ij.*
t *gl. in cle. j. de ſepul. in uerb. ſepelire.*
u *auth. ex teſtamento. C. de coll.*
x *Dec. c. cũ dilecta. col. iij. de cõfir. util.*
y *Alexã. l. fi. qđ quiſq; iur.*
z *Bar. auth. ſacramẽta. C. ſi aduer. uend.*
a *c. ex tenore. q̃ fi. ſint. leg.*
b *Fely. c. tranſlato. de cõſtit.*
c *c. in pœnis. de reg. iur.*
d *l. & ſi qs. §. diuus. de reli.*
e *Io. an. c. diſpẽdia. de reſcri. in 6.*
f *ca. tibi qui. de reſc. eo. lib.*
g *gl. cl. j. đ uſu. uerbo de cætero.*

matrimonij ſub pœna infamiæ,licet ſponſalia quoq; celebrari uetare credatur,non tamen pœnam infligit[h]. Qua ratione & in cõtractibus, ſi pœna ex parte alterius adiecta proponatur,alterum tamẽ non cohercebit[i]. Et ſubſtitutio quæ de uno caſu ad alium extenditur,non habet locum,ſi pœna apponatur[k]. Et pœna in capitulo aliquo contractus adiecta,alia in parte repetita non cenſetur[l]. Et quod de pœna dicitur,de priuatione quoq; alicuius iuris intelligitur:nam & ea, quoties ex delicto uero uel præſumpto irrogatur, poteſt pœna appellari[m]: unde nec huiuſmodi priuationi locus erit,niſi quoties expreſſim hoc in lege cautum reperiatur[n]. Quapropter cliens qui in uerba domini iurauit,& tamen aliquid minus obſeruauit,nõ ideo Feudo,quod uocant,mulctabitur[o],niſi expreſſim lege feudorum is caſus comprænſus ſit. Quod & ad ius patronatus ſacerdotiorum productum eſt[p], uidiq́ue quandoq; ex facto dubitari, Titius fundum uendiderat,móxque à uenditore eum in emphyteoſim acceperat,adiecta lege, ut quandocunq; intra quinquennium pretium emptori redderet,fundus ſibi reſtitueretur:is Titius canonem nõ ſoluit, & dominus fundo manũ iniecit:querebatur,an ſicut à cõtractu emphyteotico,ita etiam à pacto redimendi cecidiſſet? Et quibuſdam uidebatur,ab utroq; cecidiſſe[q], cum & ea pactio pars cõtractus eſſet.Sed hæc ſententia inhumana uiſa eſt, ne pœna principalis contractus,etiam ſeparatam redimendi pactionem afficeret,quæ quãmuis cõtractui ineſſet,uer: tamen ſeparatam cauſam habebat[r]. Cum igitur adeò odioſæ pœnæ exiſtimentur,conſequens eſt,ueram eſſe regulam, in pœnalibus extẽſionem non fieri[s]. In his tamen caſibus, quibus legẽ correctoriam extendi à me ſupra ſcriptum eſt,pœnalis quoq; interpretatione adiuuabitur. Quapropter & in pœnalibus,ſi ratio in lege ſcripta ſit,fiet ex ea extenſio. Et in æquiparatis, pœna alterum afficiens,alterum quoq; diſtringet:idémque in correlatiuis, in acceſſorijs, in conſequentibus,ſi aliàs quid abſurdum cõſequeretur, uel lex eſſet eluſoria,uel de animæ fauore tractetur, quæ omnia ſimili caſu à nobis ſupra tradita,nouis exẽplis rurſus hic oſtẽdere,operæ pretium non duxi:cum & apud alios hæc tractata,& nuſquam non repetita,facillimum ſit reperire[t]. Præter igitur eos caſus, alij quoq; annotari poſſunt,quibus lex pœnalis producitur. Primus, cũ maior ratio eſt in caſu omiſſo,fiet enim huiuſmodi extẽſio:unde ex lege Iulia de adulterijs, cum mœchum deprænſum liceat interficere,multo magis iure poterit contumelia affici[u],quod Attici ῥαφανίζειν uocabant. Sic & reſcriptũ diuorum fratrũ,quo Præſidi prouinciæ, unde quis incola eſt,permittitur ea prouincia reum interdicere unde oriũdus eſt, ad eum quoq; caſum trahitur,quo ei interdicitur,qui cum incola eſſet, non in ea prouincia quid admiſit[x]:cum maior ratio uigeat,propter fugam,à loco in quo deliquit, atq; ita pleriſque uiſum eſt[y]. Hinc etiam communi ſententia receptũ eſt, ſi ex lege municipij profugus poſſit impune offendi, poſſe etiam occidi. Hinc qui in aliquem cauſa capitali ius dicere poteſt, eundem quoq; ciuili iudicio condemnare poterit[z]: quod tamen in latrunculatore non procedit, cuius iuriſdictio ex mandati principalis forma certos fines habet[a]. Videtur tamen,& fortè receptius eſt, etiam ſi maior ratio nõ ſubſit,ſed ſimilis ſeu æqualis,extenſioni quoq; locum eſſe: quod eo exemplo probatur,quo communiter traditum eſt,filium à patre,non ſolum ex illis quatuordecim in Iuſtiniani conſtitutione relatis cauſis, exhæredari poſſe, ſed etiam ex alijs æque grauibus[b]. Nam & iura clientelarum,nõ ſolũ adimi expreſſis ex cauſis conſtat,ſed etiã ſi qua ſimilis,ſeu maior proponatur[c]. Sed tamen aduerti æquum eſt,rationem horum exemplorum eſſe,ne filij uel clientis ingratitudo diutius impunita

h l.ſolet.de ĩfa.
i Bal.c.j.qual. dom.feud.
k l.pater ſeueri nã.de cond.
l l.in teſtamento.eo.tit.
m l.fi.C.de bo. liber.
n §.cum igitur. in authen. de non ali.
o c.j.§.illud. quæ fu.pr.cã.
p glo.c.fi.de iure pat.
q Cep.de ſimul. cõtract.in.ij. præſump.
r Barb.conſil. 51.in.j.
s l.cũ quidã.de lib.& poſth. Iaſ.
t Gem.c.j.de tẽpo.ord.in 6.
u l.nec in ea.de adult.
x l.relegatorũ. §.ĩterdicere. de inter.& rel.
y Matheſil. in tract.extẽſ.
z l.ex eo.C.de ag.in reb.
a l.ſolemus.in fi.de iud.
b Doct.auth.nõ licet.C.de libe.præte.
c c.j.§.pe.quæ fu.pri.cau.

nita permaneat, quia ſicut ex meritis huiuſmodi illis beneficia conferuntur, ita iuſtum fuit ex cauſa auferri: quæ ratio generaliter locum ſibi uendicat, cauſæq; illæ exempla legis ipſius ſunt, quibus exemplis ratio reſtringenda non fuit[d], maxime cũ ea ratio lege ſcripta proponatur. Melius itaque hæc ſententia alijs exemplis probatur, & in primis: Delata ex Senatuſconſulto Tertulliano ſucceſſione mater priuatur, niſi tutores filio petierit. Quid ſi curatores? Verba reſcripti, inquit Vlpianus, deficiunt[e]. Quid ſi cũ prægnans eſſet, bonis curatorem dari non petijt? Et his caſibus in ſententiam legis incidit. Sed & conſtitutio, qua indignum ultro eligentes, ipſo iure in temeritatis pœnam, priuantur: etiã ad eos, qui à Romano Pontifice ſcienter indignum poſtulant, producitur[f]: quoniam eadem utroq; caſu ratio eſt. Sic & lex, ad Barbaricum, uini, olei, & liquaminis translationem prohibens, ad arida quoq; protrahitur[g]. Sic mulier cui dotem repetenti, exceptio adulterij fruſtra à marito lenocinij reo opponitur, nec quidem ex ſententia legis accuſari poterit[h], quod argumento eſt, in pœnalibus pro ipſa pœna euitanda fieri extenſionem.

Secũdus caſus eſt, cum de criminis uindicta agitur, cũ enim publice interſit maleficia impunita nõ eſſe[i] (quia ut eſt in Publij Mimi uerſiculo: Bonis nocet, quicũq; parcit improbis) meritò ad caſus ſimiles ex huiuſmodi legibus procedemus[k], quod tamen intelligendum, ut non idcirco augeatur pœnarũ acerbitas[l]. Hinc eſt, quod lex quæ ab exercitu miſſum infamia notat, eum quoq; attingere creditur, qui ab aliquo numero militari miſſus eſt[m]. Hinc & Modeſtinus, Lubricum, inquit, linguæ ad pœnam facile trahendum non eſt, ſi non tale ſit delictum, quod uel ex ſcriptura legis deſcenderit, uel ad exemplum legis uindicandum ſit[n]. Cornelius Tacitus libro primo: Auguſtus, inquit, cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis maieſtatis tractauit, commotus Caſſij Seueri libidine, qua uiros, fœminásque illuſtres procacibus ſcriptis diffamauerat: mox Tyberius conſultante Pompeio Macro prætore, an iudicia maieſtatis redderentur, exercendas leges eſſe reſpondit: hunc quoque aſperauerant carmina in ſæuitiam ſuperbiámque eius, & diſcordem cum matre animum. Quibus uerbis apparet Modeſtinum de æquiparatis loqui, in quibus dubium non eſt fieri extenſionem[o]. Ad hanc ſpeciem propius accedit, quod ſæpius lectum eſt, in pœnis maleficiorum, de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſſe[p]: cum enim facinus patratum impune eſſe non debeat, ex ſimilitudine aliarum pœnarum conſtituetur, quemadmodum & in hunc ſit animaduertendum. Quapropter cum in lege municipali crimẽ præuaricationis arbitrio Præſidis uindicandum permitteretur, dixi inſtar pœnæ in S. C. Turpiliano compræñſæ, uel ſi qua huic ſimilis, condemnationem redigendam, & ideo plus minus ex cauſa arbitratu Præſidis diſcernendum. Tertius caſus eſt cum eadem ratio ſubeſt, & idem rei nomen hoc ſuadet, fiet enim extenſio à nomine uero ad nomen improprium, & quod tantummodo de facto dicitur: ut in lege Iulia de adulterijs, quæ de uxore uerba faciens, etiam in ea intelligitur, quæ de facto uxor ſit[q], uideturq; id ex ea extenſione induci, quæ de propria ſignificatione uocabuli, ad latã in quacunq; materia fit. Illud tamẽ mirum, legem quæ nuptias inter pupillam & tutoris filium prohibebat, ad eum non trahi, qui pro tutoris ſit filius, ſiue eius, qui hoc nomine uſurpato rem adminiſtrat[r]: quod ſpecialiter indultum uidetur prolis fauore, ne illegitima cenſeatur, itemq; dotis, cuius alioquin conſtitutio nulla eſſet. Adde quod non omnino eadem eſt ratio, cum tutor efficacius pleniusq; adminiſtrandi ius habeat, protutori rerum alienandarum poteſtas nulla ſit[s], ut in ea nihil uereamur ne in ſumma do-

tis modum

d c. ſi papa. de priuil. in 6.
e l. ij. §. quid ſi curatores. ad Tertul.
f c. j. de poſtul. præl. in gl. fi.
g l. j. C. quæ res exp.
h l. cum mulier. ſol. mat.
i l. ita uulneratus. ad l. aql.
k Bar. l. quẽadmodum. C. de agr. & cen.
l gl. c. ſicut. de homi.
m l. ij. §. exercitum. de infam.
n l. famoſi. in fi. ad leg. iul. ma.
o Bart. l. quod uero. de ll.
p Bal. l. ſi qs id. de iur. om. iu.
q l. ſi uxor. §. j. de adult.
r l. ſi. C. de int. mat.
s l. ij. de eo qui pro. tut.

tis modum excedat. Quartus caſus eſt, cum propter aliquem fauorem, pœnalis diſpoſitionis odium temperatur, ut quia tractetur de fauore animæ, quod & in correctorijs ſupra à nobis probatum eſt. Idem ſi de diuinis ædibus, aut eccleſiæ utilitate agatur[t]. Idem ſi cultui Chriſtiano, fideiq́; Zelo expediat productionem fieri, quod & in quibuscunq; ſimilibus locum habet[u]. Vltimus caſus eſt in ſubrogatis, uel aliqua ratione connexis: unde diſpoſitio de uicario epiſcopi loquẽs, etiam in uicario collegij locum habet: quando ſede uacante ob interregnum ius ſodalitio deuolutum eſt[x]. Idem quando id ad quod fit extenſio non eſſet penitus ſeparatum, unde decretum ordinis ſacerdotalis, de clericis eligentibus loquẽs, etiam de hiſdem præſentantibus intelligetur, de ſecularibus non intelligetur[z]. Idem quando connectuntur quadam conſequentia, nam tũc altero mutato, & alterum interpollatur. Exemplum in reſcripto Traiani, quod Plinius Cæcilius epiſtolarũ libro X. refert: Lege Pompeia cauebatur, ne quis capiat magiſtratum, neu ſit in Senatu minor triginta annis; item quicunq; magiſtratum cæperit, ſit in Senatu: ſubſequutum eſt edictum Auguſti, quo permiſit maiores XXII. annis magiſtratum capere, an ijdem & in Senatum deligi poterunt? Et reſponſum eſt, ſi iam magiſtratus cæperant, poſſe, & hactenus nouatam legem Pompeiam: alioquin qui adhuc magiſtratũ non cæperit, tametſi XXII. annis maior ſit, non poſſe in Senatum allegi. Quod ſi uiceuerſa edicto illo in Senatum cooptari maiores XXII. annis poſſe ſtatutum eſſet, utiq; & in magiſtratum potuiſſent eligi; nam & illud receptũ eſt, cum certa ætas dignitatibus ordinem annexum habentibus conſtituta eſt, & certa ordini, ſi reſtringatur in dignitate ætas, reſpectu quoq; ordinis mutatam exiſtimari[a]. Eodem modo ſi ætas certa in presbytero neceſſaria ſit, alia in diacono, alia in ſubdiacono: facta in uno mutatione, cum gradatim hæc munera conferantur, cenſebitur in alijs quoque mutatum[b]. Idem cum lex noua ueterem interpretatur, licet interpretans uno in caſu ſimpliciter loquatur, tamen de cæteris quoque egiſſe intelligitur, qui in lege antiqua comprænſi proponuntur[c]. Illud non omittendum, quamuis plurimis caſibus in pœnis extenſionem fieri ſupra docuerimus, id intelligẽdum, cum huiuſmodi pœnæ ex iuſta & probabili cauſa inductæ ſunt: quod ſi pœna ſupra delictũ eſſet, & per terrorem concuſſionemq́; potius quã ex ratione indicta, tunc uerba nullo modo interpretatione adiuuanda ſunt, ſed potius reſtringenda. Quapropter lex Iulia, quæ patri ius occidendi mœchum depræнſum cõcedit, in auo, & proauo, cæteriſq́; maioribus locum nõ tenet[d]: Occidere enim aliquem propria autoritate perquàm crudele eſt. Sic & cõſtitutio pro crimine paterno etiam filios pœna afficiens, ad filias non extenditur[e]; quàmuis enim & in odioſis maſculinum ad fœminas protrahatur[f], in pœna tamẽ tam irrationabili non fiet huiuſmodi expoſitio. De limitatoria diſpoſitione nunc uidendum, & noſtrates interpretes materiam hãc exorbitantem appellant: cũ enim ex huiuſmodi extenſione derogationes legibus augeantur, meritò ab orbita, id eſt communi & lata uia diuertere dicũtur: unde & Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. IX. Nihil approbãtes, inquit, quod exorbitet ab itinere ſapientiæ. Quicquid igitur præter communes regulas inductum eſt, id exorbitare dicitur: nos etiam limitatorium ea ratione dicimus, quod intra certos limites communem regulam coherceat, quo fit ut Iaſonis ſententiam minime ſequendam arbitrer, inter has uoces differentiam conſtituentis[g]. Igitur in hac materia communiter receptum eſt, ſi ſubſit eadem ratio, extenſionem fieri debere: quapropter Conſtantinus Imperator, cum ius donationis ex ingratitudinis cauſa reuocandæ mulieri quæ ſecundo

t gl.c.ſciant, de elect. in 6.
u c.ij. de diuor.
x gl.cle.etſi. de reſcrip. uerb. epiſcopi.
z d.c.ſciant.
a c.cũ in cũctis. de elect.
b gl.cle.generalem. de ætate.
c gl.c.diſpẽdia. de reſcr. in 6. uerb. quæſtiones.
d l.patri. de adulte.
e l.quiſquis. C. ad l.Iul.ma.
f l.ſi quis id. de iur.om.iud.
g Iaſ.l.ſi cõſtãte. ſol.mat.

cundo nupſiſſet, aduerſus communes regulas abſtuliſſet, De his, inquit, quæ portẽtoſæ uilitatis, abiectæq́ꝫ pudicitiæ ſunt, ſatis etiam tacite cautum putamus [b]. Sic & Rom. Pontifex, cum quãdoqꝫ propter malam teſtium ualetudinem, eos ante litem conteſtatam aduerſus communes regulas recipi aſſeruiſſet, eiuſdem æquitatis ſimilitudine, etiã antiqua inſtrumẽta renouari iuſſit [i]. Quo fit, ut eius exẽplo nos quoqꝫ huiuſmodi limitatas diſpoſitiones interpretatiõe poſſimus extẽdere, quod & ratio ſuadet, correctoria enim ſtrictius accipiũtur, quoniam legi abrogãt, & totam extingunt: at hæc derogant tantũmodo, & aliquantulum ſuadẽte æquitate reſtringunt, quod nullam nouitatem, nullum odiũ continet, meritò in his dilatatio prohibenda nõ eſt[k]. Hinc eſt quod in caſibus ſpecialibus de armato milite ad ſacris initiatũ aduocatumq́ꝫ argumẽtamur[l]: tametſi alius militiæ profeſſores cẽſeantur, & de libertate ad piam cauſam, de alimẽtis ad dotem[m]. Sic ſuccurrendũ ruſtico propter imperitiã, uel mulieri propter ſimplicitatẽ dicimus[n], ſicut & militi. Sic de minoribus quæ conſtituta ſunt, ad furioſos pleruncꝫ producimus[o]: & quæ de furioſis aut mente captis, ad abſentes[p], & illi enim legis intellectu abeſſe exiſtimãtur. Sic quæ fauore minorũ indulta fuerunt, eccleſijs quoqꝫ nõ denegari arbitramur[q]. Sic quod in lege falcidia conſtitutũ eſt, ad eam quoqꝫ portionem extẽdimus, quæ ex S. C. Trebelliano deducitur[r]. Sic lex quæ de poſſeſſione limitãdo loquitur, etiã ad iura protrahetur, quæ tamen conſtat impropriè poſſideri[s]. Hinc Conſtãtini ſanctio, natis poſt donationem filijs, ius reuocandi donatori concedens, ad omnem caſum extenditur, quo eadem ſubſit ratio[t]. Hinc Iuſtiniani ſanctio, qua ex cauſa dotis alienatio rei, nõ obſtante prohibitione paterna, permittitur: etiam tũc obſeruabitur, cum prohibitio in matris uel fratris teſtamẽto facta eſt[u], his ſcilicet caſibus, quibus mater filiæ, frater ſorori dotem dare cogeretur. Hinc etiam eſt, quod licet ſoleat dici, ab exceptione regulam confirmari, tamen intelligendum ſit, non ſolum hoc in caſibus exceptis nõ procedere, ſed nec in his qui pari ratione cũ exceptis innitũtur[x]. Fit autẽ huiuſmodi extenſio, etiam ſi nõ omnino tanta ratio quãta in caſu expreſſo ſit: quod hoc exẽplo inducitur, Theodoſij cõſtitutione aduerſus communẽ regulã, hæreditas aſcẽdentis ex teſtamẽto deſcendentum delata, tametſi non adita, trãſmittitur, quid ſi inteſtato deferatur? & idẽ reſponſum eſt, licet non æque tanta ratio id ſuadeat, expreſſa enim uolũtas teſtatoris id magis perſuadere potuit, q́ꝫ tacita, quæ nullo facto teſtamẽto, ſolum præſumitur[y]. Non procedit hæc principalis enuntiatio quatuor caſibus. Primus, cum lex dictione taxatiua utitur, tunc enim fieri non debere extenſionem, receptum eſt: quoniam aduerſus legem fieret[a]. Quapropter & ſi lege municipali caueretur, ut eius uerba ad literam, uel abſqꝫ alia interpretatione intelligerẽtur, huiuſmodi extẽſio uetita cenſeretur. Sed tamẽ & hoc iudicij acumine diſcernẽdum, ut depræhendamus quam ob cauſam taxatiua dictio adiecta ſit: quid enim ſi lex ipſa ſit, quæ huiuſmodi prorogationem inducat[b]? nec enim ex taxatiua ueriſimile eſt legis diſpoſitionem emendari[c], ſicut nec ea quæ conſuetudine inducta ſunt: quod in hac ſpecie Pontanum obtinuiſſe dicitur[d]. Mandauerat quis procuratori, ut centũ aureos tantum mutuo acciperet, is ſub uſuris acceperat, quod aliter nõ ſolerent pecuniæ id genus hominibus mutuæ dari: reſpõſum eſt, dominum in fœnus quoqꝫ propter conſuetudinem, obligatũ uideri. Quid item ſi materia pia fauorabiliſq́ꝫ ſit, nónne piæ cauſæ fauor dictionis illius limitationi præualebit[e]? nam & priuilegia ſuapte natura ſtricte accipiuntur, & tamen in eis ex huiuſmodi fauore de perſona ad perſonam permittitur extẽſio[f]; nam & cum ſtatutum eſſet, ne à ſententia diffinitiua tantũ appellari

b l. his ſolis. C. de reuoc. don.
i c. cum dilecta. de cõfir. util.
k Imol. d. §. de uiro.
l l. miles. de re iudi.
m l. ſi unus. ubi Iaſ. C. de teſt.
n l. j. C. de iu. ig.
o l. ij. C. de cur. fur.
p l. ij. §. fi. ſolu. matr.
q l. iij. quãdo ex fac. tut.
r Bart. l. marcellus. ad Treb.
s l. regulariter. de poſſ. hær.
t l. ſi unquã. C. de reuoc. don.
u auth. res quæ. C. cõ. de leg.
x Abb. d. c. cum dilecta.
y l. j. C. de his qui ante aper. tab.
a l. ij. C. de pat. qui fil.
b l. ob æs. C. de præd. mi.
c Alex. l. j. C. de bo. poſ. ſec. ta.
d l. iij. §. iurari. de iureiur.
e l. illud. ĩ fi. C. de ſa. ſan. ecc.
f Alex. l. miles. de re iudi.

pellari ad Metropolis Senatum poſſet,reſponſum eſt[g]:nec ab interlocutoria quidẽ poſſe,propter fauorẽ publicum,ne quis extra patriã litium tricis implicetur:& diffinitiuæ mentio cẽſetur in lege facta,quod in ea probabilior erat dubitatio. Quid rurſus,ſi adeò iuſtum & ultione dignum ſit delinquentis odium, ut aduerſus taxationis uim operæ pretium ſit pœnam extendere? quod in ea ſpecie traditũ eſt, qua Iuſtinianus[h] certis tantum ex cauſis donationes factas reuocari poſſe conceſſit: frequẽtius enim creditur ex alijs quoq; ſimilibus eadem æquitate reuocationi locum eſſe. Quod & in his cauſis receptum eſt,quibus patri permiſſum eſt,filium exhæredare: cuius ſententiæ ille eſt cardo,quod cum ratio in legibus generaliter ſcripta ſit,cauſæ illæ tanq; exempla regulam arctare non debent, quod & ſupra à nobis tractatum eſt[i]. Sequens caſus eſt in his quæ ius perſonale inducunt,uel fauore certarum perſonarum cõſtituuntur[k],non enim ad conſequentias trahẽda ſunt,quòd huiuſmodi cum iuris ſpecialis ſint,à communi proprie exorbitant[l],meritoq; priuilegia dicũtur,quaſi de priuis,id eſt ſingulis lata:ad quam ſpeciem pertinent etiam, quæ certo generi perſonarũ indulgentur:unde priuilegium militum,ut poſt ſentẽtiam adhuc exceptione peremptoria tueri ſe poſſint, ad cœleſtis militiæ pugilem non producetur[m]. Tertius eſt,cum aliquid ualde odioſum uel irrationabile inducitur,ut cũ lex patri filios filiáſue ſanguinolentos uictus cauſa uendere conceſſit, non enim alia ex cauſa id fieri poterit[n]: opinor & ſi ſanguinolenti,id eſt infantes,& iam iam nati, nõ ſint,uenditionẽ irritam futuram. Accurſius quid ſanguinolẽtus in ea lege ſignificaret ignorauit,nos ex codicis Theodoſiani interprete, in eius uocis notitiam peruenimus;hócque argumẽto arbitramur,de iure non licere patri,tametſi principi, filiũ ſuum inuitum obſidem hoſti,etiam ut ſe redimat,dare. Quartus caſus eſt, in ſtatutis ſeu legibus municipalibus in quibus nõ uidetur licita extenſio,unde & lex Iulia de maritandis ordinibus,quæ uirum iubet,quicquid ad ſe peruenerit à ſeruo dotali, quem uolente uxore manumiſit,reſtituere: in ſocero non procedit. De uiro, inquit Vlpianus lex loquitur[o], de ſocero nihil in lege ſcriptum,& hoc Labeo quaſi omiſſum annotat. In quibus igitur caſibus lex deficit,nec utilis quidẽ actio dabitur. Sed hoc ego reſponſo nõ moueor,cum non ſit in uiro ſoceroq; æqualis ratio: ſi quidem mulier marito manumiſſori conſentiens,cũ ob magnam coniunctionem poſſit alia præſumptio accipi,nõ facile creditur uoluiſſe donare,quod in ſocero eſt cõtra: ſicut uidemus & in extraneis, quibus ſi permittamus rẽ noſtrã poſſidere, in poſſeſſorio nobis præiudicamus,quod non ita eſt in uiro & uxore[p]: præſumitur enim alter ab altero iure quodam familiaritatis habere,nec ideo deteriorẽ in aliquo ſuam cauſam facere,quod maxime in caſu prædicto dicendum fuit,cũ donatio uiro facta ab uxore regulariter prohibeatur,ſocero à nuru non prohibeatur[q]. Verius eſt igitur,in lege quoq; municipali,iuxta ſupradictas diſtinctiones extenſionem permittendã: ut ſi lex ſit iuri cõmuni ſimilis,uel etiam limitatoria,interpretatiõe producatur: ſi correctoria uel pœnalis,non temere extẽdatur. Vnde & aliquæ quæſtiones finiri poſſunt: Lex ait,Si quis triticũ extra territoriũ ſuper equo,aſino, uel curru portauerit, depræhenſus ſoluat centũ. Salyc.[r] exiſtimat qui ſuper humeris geſtat,uel mulũ egit, pœna quoq; afficiendum: propius enim eſt ut effectus ipſe exportationis cõſideratus ſit,nõ auferendi modus. Cui & ego aſſentior,præterquàm in eo qui humeris geſtat,cum enim eo modo longe minus exportari quàm iumentis poſſit, nõ eſt uériſimile uoluiſſe legiſlatorẽ talem afficere. Lex ait, Triticum extra territoriũ nemo deferat,nũquid farina poterit? Et receptius nõ poſſe,extenſionémque fieri,aliàs quippe

g Paul. de caſt. conſi.

h l. fin. C. de reuo. don.

i d. c ſi papa. de priuil. in 6.

k l. j. de conſtit. prin.

l c. quæ à iure. de reg. iu. i 6.

m Bar. d. l. j. C. de iur. ig.

n glo. l. ij. C. de pat. qui fil.

o d. l. ſi uero. §. de uiro. ſoluto mat.

p l. qui iure. de acqui. poß.

q l. iij. §. ſocrui. de don. in uir.

r l. ſi ſerui. C. de nox.

prohibitio

prohibitio eluderetur[s]. Sed an uinum,oleum,liquamina? Et non cenſebuntur ueti- s Bar.l. quæſitum. §. illud. de lega.iij.
ta,non enim tanta eſt ratio[t]. Quid uice uerſa ſi uinum,oleum,liquamina deferri nõ
ſinantur,an triticum? Et uerba legis deficiunt,opinor & mens,niſi cum lex, ad Bar- t Bald.d.l.omnes pop.
baricum,trãsferri uetat. Eius enim ratio eſt,ne ſuauitate frugum illecti Barbari, im-
petum in nos faciant[u], quæ prima fuit Gallorum in Italiam aduentus cauſa.ut T. u l.j.C.quæ res exp.
Liuius atteſtatur. Lex ait, Si quis deceſſerit inteſtatus,ei exiſtentibus maſculis, fœmi
næ nõ ſuccedant,mortua eſt mulier,Salyc.negat ſtatuto locum eſſe. Si quis, inquit,
ergo ſi quæ deceſſerit,ceſſant uerba. Ego diſſentio,cum abſurdum nõ ſit,uoluiſſe le
giſlatorem etiam in fœminarum ſucceſſionibus maſculorum utilitati proſpicere: &
dictio,ſi quis,non omnino ex extenſione, ſed ex ui quoque aliqua uerborum fœmi
nas complectitur[x]. Lex ait, Patruis in ſucceſſione præferantur conſanguinei, nun- x l.j.j.eod.
quid & in tutela? Et cum hæc æquiparata ſint, & quò tutela redit, hæreditas perti-
neat. Salyce. putat etiam in tutela cõſanguineos præferri: quapropter & ſi lex agna-
tos cognatis in ſucceſſione anteponat,in tutela quoq; extendetur, præterquàm ma-
tris reſpectu, cui tutela defertur, non propter ſucceſſionem, ſed propter præſum-
ptum prolis ſuæ amorem: unde tametſi ab hæreditate excludatur, tutelam geret[y]. y Dec. cõſi.16.
Lex, Stantibus maſculis,inteſtato patri fœminæ non ſuccedant: quid ſi teſtatus ſit,
& eas præterierit, & cum regula ſit iuris antiqui, Quæ ab inteſtato excluditur,ius
dicendi nullum,uel bon. poſſeſſio. cont. tabul. petendi non habere, ſequitur ex teſta
mento quoq; excluſas[z]. Quid ſi teſtator exhæredatis maſculis, ſolos extraneos in- z Bar.l. gallus. §. & quid ſi tantum.
ſtituit? Et putarem non eſſe locum legi, & fœminis bono. poſſeſſ. con. tab. conceden
dam, huiuſmodi enim lex correctoria eſt[a], & ideo ſtrictam ſolũ interpretationem a l. maximũ.C. de lib.præt.
recipit: unde cum fauore maſculorum, ab inteſtato fœminas excludat, nõ debet ex-
tendi condito teſtamento,quando maſculorum fauor non ſubeſt: & cum huiuſmo-
di lex duplici cardine inſiſtat, altero quo fœminæ excluduntur, altero quo mares
uocantur. Si incluſiuum caput ceſſat, igitur & excluſiuum[b]: maxime cum in hiſce b l.alteri.de adimen.leg.
tricis perplexiſue,humanius ſit pro his pronuntiare, qui iure communi, & naturali
ratione potiores ſunt[c]: & ita ſentio,licet alij contra. Lex ait, Exiſtentibus maſculis, c l.æquiß. ad Tertul.
mater excludatur: quid ſi ſoror etiam adſit? Et uidebatur lex producenda, ut exclu-
ſa matre, quæ prior in gradu eſt,ſoror quoque reijciatur. Sed contra reſponſum
eſt[d],cum diuerſo iure ſoror ſuccedat,meritò agnatum remotiorem excludet, & be- d Alex.l. illam, C.de coll.
neficio ſororis mater quoque fruetur. Qua ratione & lex amitam excludens, ad ma
terteram non porrigetur, & ſi à patruelibus mater excludatur, non ideo amita erit
excluſa,diuerſo enim iure ſuccedunt[e]. Lex ait, Iudici ſalarium non debeatur, niſi e Dec.cõſi.71.
poſt ſententiam,quid ſi per iudicem non ſtat quominus diffiniat? Et reſponſum eſt
ſalarium deberi[f]. Lex ait, Rem uenditam agnatus intra annum ius redimendi ha- f Rom.cõſ.85.
beat: quid ſi in ſolutum data ſit? Plerique deficere uerba legis dixerunt, relatúmque
extat pronũtiatum ſic fuiſſe[g]. Mihi durum hoc uidetur, propter rationem legis, & g Specu. tit. de emptione. §. nũc uidendũ.
quia uerba omnino non deficiunt: nam uenditionis appellatio, ad omnẽ alienatio-
nem ex lege XII. tabularum pertinet[h]. Lex ait, Maritus uxori in ultima uolunta- h l.ſtatuliberi à cæteris. in fi. de ſtatul.
te ultra quartam bonorum partem relinquere non poſſit, teſtator eam hæredẽ in-
ſtituit,cum clauſula,ſi teſtamentum non ualeret,ut donatione mortis cauſa debere-
tur, atq; ita ſtipulatus uxoris nomine erat notarius,cum teſtamentum irritũ fuiſſet,
Reſpondit Decius ualere donationem[i], quoniam donatio cauſa mortis proprie ul- i Dec.cõſ.196.
tima uoluntas non eſſet. Contrarium obtentum fuit,propter rationẽ legis,ne facile
ægrotantes mariti (quo potiſſimum tempore teſtari ſolent) blanditijs muliebribus

e ſeducantur,

ſeducantur,& lata ſignificatio uocis nõ repugnabat,alioquin paratiſſima eſſet fraus
legi.Lex ait,Mandatum teſtibus probari non poſſit,ſed ſolis publicis documentis: an ratificatio probabitur? Et Bald. poſſe credidit[k], quoniam lex illa correctoria & dura,ad hunc caſum trahi nõ debet. Quod & mihi uidetur,nam quamuis quo ad effectum ratificatio mãdato æquiparetur, non tamen quo ad probationis modum. Lex ait,Qui aliquẽ fuſcina ferrea percuſſerit,duplici pœna afficiatur, percuſſit quis tridente,uel capite ſecuris,quid ſtatuendum? Et Bald.[l] ſi iudici ſederit tale inſtrumẽtum æque grauem plagam infligere, ſimileq́ fuſcinæ eſſe, duplo puniendum recte reſpondit. Lex ait,Adulter ducentis aureis puniatur, an trahatur ad ſtupratorem? Et Salycetus ait,non trahi,quare eum grauiore iuris communis pœna plectendum, tametſi aliàs grauius ſtupro adulterium caſtigaretur[m]. Ego ſubſiſto,quoniã ſupra uidimus, in pœnarum ſimilitudine fieri extẽſionem, & craſſa mineruа adulterium & ſtuprum promiſcue accipiuntur[n]. Lex ait, De omnibus delictis pax fieri poſſit, excepto adulterio,homicidio,furto:quid in raptore? Et receptius eſt poſſe fieri,nam alia in raptore,alia in fure conſtituta uidemus[o]. Lex ait, Quoties litis æſtimatio uiginti librarum maior eſt,probationes per teſtes non admittãtur: quid ſi partim ex teſtibus,partim ex inſtrumentis quis probare uelit? Et receptum eſt hoc permittendum eſſe,ceſſat enim ſubornationis metus[p]. Lex ait, Mulier abſq́ duorum agnatorum autoritate ne contrahito:procurator mulieris contraxit,an quod ex ſe prohibita eſt,per alium poterit? Et reſponſum eſt poſſe,dum autoritas conſtitutioni mãdati ſaltem generaliter affuerit[q]. Lex ait, Qui in eccleſia aliquẽ percuſſerit, grauiſſime plectatur,percuſſit aliquis in cœmiterio,reſpõſum eſt legi locũ eſſe, quoniam æquiparata hæc ſunt iure ueteri[r]. Lex, Vicinus ædificanti prætorium uendere teneatur, cum in fauorem ædificantis facta ſit, non imponet aliquam neceſſitatem emptori[s]: tametſi aliàs emptor & uẽditor correlatiua,ut uocant,ſint. Lex, Mulier ſine liberis decedens teneatur triẽtem hæreditatis fratri relinquere:num & filio fratris? Et ſi ſolus extet,non puto,ſi adſit patruus,cum eo admittetur: Licet Alexander etiam ſi ſolus ſit,putet legi locũ eſſe[t]. Lex, Agnati quocunq́ gradu cognatis præferantur: extat conſanguineus, itémque frater uterinus: Reſponſum eſt uterinum non ſuccedere[u],qui proprie agnatus non eſt,licet iura agnationis ex lege Iuſtiniani conſequutus ſit:ceſſat enim in eo agnationis cõſeruandæ ratio, quæ ſola legiſlatorẽ mouit. Lex, Frater in patris ſucceſſione ſororem excludat:auus deceſſit ſolis nepte nepotéque relictis,quos ex duobus filijs ſuſtulerat:Reſponſum eſt,nepotem potiorẽ eſſe[x], tum ex ratione legis,tum quod appellatione patris,auus: appellatione fratris, etiam patruelis continetur: idq́ue lata ſignificatione acceptis uerbis.Lex,Frater defuncti excludat matrem,de fratre patruele non intelligetur, quia in eo non æque tanta eſt ratio, ſicut in germano[y]. Lex, Syngraphæ manu debitoris ſcriptæ,plena fides adhibeatur:quid ſi aliena manu ſcripta,ſed à debitore ſubſcripta ſit? Reſpõſum eſt,idem eſſe[z], quoniam paria hæc eſſe lex exiſtimat. Lex, Quiſquis contractum aliquem iniuerit:quid ſi diſtractum? Et receptum,idem eſſe[a], ſi eadem ratio ſit utroque in caſu. Lex præmium accuſatori decernit:quid in denuntiatore? & eidem quoq́ debebitur,fit enim extenſio fauore publicæ utilitatis,ne crimen impune ſit[b].Lex,Frater non poſſit propter æs ſibi debitum fratrem in carcerem trahere: quid ſi nomen alteri ceſſerit? Et uerius eſt ne ceſſionarium quidem poſſe[c],qui creditoris loco ſubſtitutus eſt,alioquin fraus legi paratiſſima eſſet. Lex, Maritus dotis ſibi datæ tertiã partem lucretur:quid ſi ſolum promiſſa ſit? Non extendetur[d],niſi generalitas rubricæ ipſius

k Bal. l. obſeruare. §. fi. q. xj. de off. pro.

l Bald. d. l. omnes pop.

m §. itẽ lex Iul. Inſtit. de pub. iud.

n d. l. inter cæteras.

o Inſt. ui. bo. ra. uerſ. ridiculũ.

p Bar. l. certi cõdi. §. quoniã. ſi cer. pet.

q l. apud. §. fin. ex quib. ca. in poſ. Alex. conſil. 189. in 7.

r Arch. 12. q. j. nulla.

s Bal. l. j. C. de com. ſer.

t Alexan. cõſi. 36. in 6.

u Bal. l. lege. C. de leg. hæred.

x Bal. l. ſcimus. 7. q. C. de ĩof.

y Alexan. cõſil. 89. in 6.

z l. ſi ita ſtip. §. chryſogonus.

a Iaſ. l. ſi unus. §. pactus ne. ff. de pac.

b l. 5. §. hi quoq́. ad Syll.

c l. ſi poſt diuortiũ. ſol. mat.

d Iaſ. l. j. col. ij. ſi cer. pet.

ipſius legis aliud ſuadeat,& ita Baldo uidetur[e]. Lex, Exiſtentibus fratribus defun-ſti,mater excludatur:quid ſi extent ſorores ex latere patris tantum? Et à matre eas excludi uerius eſt[f], nec ius commune hoc caſu correctum cẽſebitur, cum nec fratris appellatione ui uerbi contineatur ſoror,ſed per extenſionem tantum,quæ in corre-ctorijs locum non habet, præſertim cum non æqualis ratio ſubſit. Et hæc quidem exempla ſufficiant,cum alioquin quàm plurima alia potuiſſent adduci, ſed id mihi laborioſum magis,quàm utile lectori fuiſſet.Sed quid ſi alia lege caueatur,ne ſtatu-ta aliquam interpretationem gloſſamúe accipiant? Et Bartolus[g] credidit ſolum fri-uolam interpretationem reiectam cenſeri,cum uera interpretatio,quæ ex ratione le gis deſcẽdit,naturaliter ſit neceſſaria[h], autoritatéque ipſorum legiſlatorum fiat, cui non eſt ueriſimile uerbis illis derogari,alioquin abſurda,inepta, iniquaꝗ; quàm plu rima adoleſcerent[i]:nam & uidemus demandata iudici cauſa ut eam appellatione re mota cognoſcat,ſolum friuolas, calumnioſasqúe appellationes ſubmoueri[k].Quæ uerba Bartol.ut in ſe uera ſunt,crebrioréque calculo approbata,indigent tamẽ cla-riore expoſitione.Et in primis cum à uerbis legis recedendum nõ ſit,ſi lex tollat in-terpretationem, de extenſiua intelligetur, quatenus ui uerborum comprændi non poſſit. Vnde quod à contrario ſenſu deducitur excluſum uidebitur, quod Baldus ſenſit[l]:qua ratione etiam in ſubſtitutione expreſſa uulgari non continebitur pupilla ris,ex legis enim interpretatione,non ex uerborum figura ineſt[m],Cum uero gloſſas fieri prohibet, reſtrictiones uel augmentationem prohibere intelligitur, non autem eam expoſitionem qua uerbum aliquod obſcurum Grammatico more intelligibi-lius declaramus. Quintilianus tamen libro primo interpretationem linguæ ſecre-tioris γλώσσας dici à Græcis autor eſt.Dionyſius gloſſemmaticam dictionem eſſe ait, priſcam,obſcuriorem,circumloquutionibus conſtantem. Diomedes quoqꝫ genera loquutionum quinqꝫ facit,rationale,artificiale,hiſtoricum,gloſſemmaticum,cõmu ne.Quid ſi dicatur ad literam uerba intelligi debere? Et eodem modo fiet interpre-tatio,ne abſurdum ineptumqꝫ aliquid conſequatur,néue extẽſione ultra uerborum uim utamur:quapropter & tunc diſpoſitio in caſu ſimplici loquens, ad mixtũ non protrahetur[n],quod accipiendum,cum mixtum ex ui ſermonis nõ prouenit, quod ſuo loco explicabitur. Sed an tunc maſculinum concipiet fœmininum? Et Franc. Curt.reſpondit,tunc quoqꝫ concipere, indeqꝫ exiſtimat ſi lege municipali in hære-ditate fraterna agnati fœminis præponãtur,etiam in ſororis ſucceſſione potiores fo re,tametſi uerba ad literam intelligi debeant: cuius ſententiam ego tum probarem, cum ratio fauoris agnatorum in lege expreſſa eſt: tũc enim & iſte caſus ſub ratione eiuſqꝫ uerbis comprændi dicitur,ſicut ſpecies ſub genere[o],nec ui extenſionis produ citur:quod ſi ratio expreſſa non ſit,exiſtente ſupraſcripta lege aliud cenſerem:& ita Bal.[p] Cornæusqꝫ[q] reſponderunt,& frequentiore ſententia receptum eſt[r]. Quid ſi lex dicat ſtatutum præciſe intelligendum obſeruandumqꝫ? Et præciſe hic ſignificat ſine tectorio aliquo,& ſermonis inuolucro.Cicero ad Atticum lib. VIII. Nemi-ni cuius cauſam non reciperem tam humili,tam ſordido,tam præciſe negaui,ꝗ hic mihi planè ſine ulla exceptione præcidit.Videtur metaphora ab his ducta, quibus imperatur ut longis uerborum ambagibus finem imponant,ſuperfluaqꝫ amputẽt, & quod uulgò dicitur,ad punctum ueniant:unde & præciſe quandoqꝫ dicit̃,quod propter breuitatem obſcurum eſt.Cicero de nat.Deorum lib. II. Id,inquit,præci-ſe dicitur,ut ſi quis Athenienſium Rempub.dicat cõſilio regi,deſit illud Areopagi. Ad Herennium quoqꝫ lib. IIII. Præciſio eſt, cum dictis quibuſdam , reliquum

e Bal.ibi.
f Alexan.cõſil. 45.in 7.
g Bart.d.l.omnes pop.
h l.ij.§.his legibus.de ori.iu.
i l.ſed & ſi.§.quæſitum.de leg.iij.
k l.j.§.fi.à qb.app.
l Bal.d.l.ij.
m Bal.l.precib. C.de impub.
n Ange.l.ſi ita.de lib.& poſ.
o Pet.Cy.l.iura nõ in ſing. ꝫ.de ll.
p Bal.cõſ.460. in 5.
q Corn.14.ĩ 2.
r Ale.45.in 7.

quod cœptum eſt dici, relinquitur in audientium iudicium. Sed in caſu noſtro, ut dixi, aliter intelligitur, doctoresq; noſtri ita accipiunt, ut uelit lex præcidi, quæcunq; alia quæ illi diſpoſitioni officiant ambiguamq; reddant[s]: aitq; Bald. huiuſmodi uerbis quæcunq; gloſſemmata reijci, niſi quæ ex alijs legibus aſſumuntur. Legē tamen correctoriam, quæ extantibus filijs fœminam excludat, tum ad nepotem nō produci, quia nec præciſus hic intellectus[t], nec ex litera, ſed ἐν πλάτει eſt. Sed nunquid in ſtatutis argumēto à contrario ſenſu locus erit? Et quia hic tractatus & ipſe ad extenſionem pertinet, nō in his tantum, ſed generaliter attingēdus eſt. Videntur autē hoc nomine quatuor argumētorum genera contineri. Primum eſt, quod argumētum à ſpeciali dicimus, nam ſi lex aliquid ſpecialiter induci dicat, conſequēs eſt ut ius commune in cōtrarium ſit, & hoc caſu tale argumētum dicitur, non ex mentis coniectura, ſed ex ipſo contextu ſumi: unde ex lege Iulia[u], quæ damnatam adulterij dicere teſtimonium uetat, probatur regulariter mulieris teſtimonium recipi, tali igitur caſu putauerim etiam in correctorijs huic argumento locum eſſe, quia proprie ab extenſione non prouenit, cum lex, quæ ſpeciale eſſe dicat, ex ui illius uerbi negare in alijs cenſeatur: hácque in ſpecie eorum ſententiam probo, qui illud quod per huiuſmodi argumentum inducitur uerbis legis expreſſe comprændi exiſtimauerunt[x]. Alterum genus eſt quod ab incluſione unius dicitur: Lex enim unum includens, aliud à contrario ſenſu excludere uidetur[y], & uice uerſa[z]: hócque caſu tacite & per coniecturam uerius eſt ſenſum talem accipi[a], & ideo hac ſpecie non uteremur ad iuris antiqui correctionē, niſi cū aliàs lex ipſa municipalis eluſoria redderetur[b]. Aliud genus loci eſt, qui ab exceptione dicitur, uulgò enim aiunt ab exceptione regulam confirmari[c], nam quod in exceptione comprænſum nō eſt, ſequitur ſub ipſa regula contineri[d], & hoc caſu argumētum ex proprietate ſermonis deſcēdit, & ui uerbi: unde uidetur quacunq; in materia, etiam ſi correctoria ſit, aſſumēdum[e]: idq; aliqui probant. Sed ex aduerſo obſtat, quòd ſi lex ſacri ſodalitij eos fructibus ſacerdotiorum priuet, qui non reſident, præterq; ſi infirmi, uel in Pontif. Romani obſequio ſint, tamen non intelligetur eos priuaſſe, qui in Epiſcopi ſui obſequio ſint, cum nec hi iure communi priuentur[f]. Verum reſpondendum eſt, exceptionem hoc caſu regulam non confirmare, tum quia regula à iure communi interpretationem recipit, tum quia exceptio de Rom. Pontifici obſequentibus, ſatis oſtendit idem iuris obſeruandū in his, qui ſuo antiſtiti ſubſeruiūt, non enim minor eſt eccleſiæ utilitas. Poſtremus locus qui ἐμφατικωτέρως à contrario ſenſu dicitur, ſoletq; ex diſpoſitione generali accipi, quæ certa ratione aliquid inducit, ut ea deficiente, mens quoq; legis deficiat, & tale argumentum à coniectura uires ſumit[g], nō autem directò ex ui uerborum accipitur. Fortiſſimū autem ſemper eſt, quod ſic deducitur enthymema, dum tamen nō ſimpliciter à contrario ſenſu literæ ſit, ſed etiam rationis, ſeu mētis ipſius legis. Quapropter cum lex dicit, caſſa ſint omnia per Italiam aduerſus libertatem ſacerdotum conſtituta, non ſequitur, ergo extra Italiam obtineant[h]: cum Italiæ mentio non ideo ſit facta, ut prouinciæ excludantur. Sed quia frequētius id mali in Italia cōtingebat, in qua pleræq; Reſpublicæ nullis ſubiectæ principibus ſæpiſſime huiuſmodi Plebiſcita ſanciebant. Quod dicitur (inquit Hieronymus)[i] antequàm conuenirent, non ſequitur ut poſtea cōuenerint, ſed ſcriptura quod factum non ſit oſtēdit. Sic in Euangelio Matthæi, Et non cognouit eam, donec peperiſſet: nō ſequitur, poſtquàm peperiſſet, cognouiſſe: ſed quidam eſt loquendi modus, qui ab affectatione dicitur, credebant enim fore ut conuenirent, & ut eam cognoſceret. Galli, inquit

Vergilius

s Iaſ. d. l. omnes pop. col. pe.
t Bal. d. l. maximum.
u l. q teſtamēto. §. mulier. de teſta.
x Dom. c. ſ. prima diſt.
y l. cū maritus. C. de proc.
z l. cū prætor. de iudi.
a l. apud antiqu. C. de fur.
b gloſ. l. nulla. auth. diaconiſſam. C. de ep. & cle.
c l. nā quod. §. fi. de pen. leg.
d c. cum dilecta. de cōſ. uti.
e Alex. auth. ex teſtamēto. C. de coll.
f c. ad audientiam. de cler. non reſ.
g c. cum apoſtolica. de his quę fi.
h auth. caſſa. C. de ſac. ſanct. eccl.
i c. quod dicitur extra co.

Vergilius,per dumos aderant arcemq́ tenebant,id eſt credebãt fore ut iam iam tenerent. Pleraque ſunt huius rei in myſticis libris exẽpla,quæ libro aduerſus Heluidium ἀντιμαρίταρ collegit Hieronymus. Sic & nos plerumq́ loquimur, cũ dicimus, Iudices priuſquàm de cauſa cognoſcerent,reum condemnarunt:non ſequitur,ergo deinde cognouerunt: ſed ſumitur hic modus ex eo quod fieri debuit. Si cõuenerit, inquit Africanus[k],ut alius prætor quàm cuius iuriſdictio eſſet ius diceret, & priusquàm adiretur mutata uoluntas fuerit,nemo cõpellitur conuentioni ſtare: nõ enim ſequitur poſtq́ aditus ſit non licere utriq́ parti ab eius iudicio recedere. Sic cum teſtator iuſſiſſet fideicommiſſario caueri ſi filia non diuorteret, reſcripſerunt Seuerus & Antoninus[l],non uideri remiſſam cautionem in caſu diuortij,quia non eſt ueriſimile teſtatorem ad turpem hunc caſum attendiſſe, imò potius credendum eſt, illa ab eo adiecta uerba, quòd crederet filiam aliquo modo non diuerſuram, ut conditio uim cauſæ impulſiuæ reſpiciat.Ex qua ratione deducitur, huiuſmodi argumenta legitime non ſumi à contrario cauſæ impulſiuæ ſenſu, ſicut nec uerborum, quæ narratiua uocant, uel quæ modum,non autem conditionem,inducunt[m]. Itémque quoties pluribus rationibus,quas finales uocãt,aliquid inductum ſit[n]: aliqua enim deficiente, non tamen diſpoſitio mensq́ proferentis ceſſat[o]. Finge igitur, lex iubet quod minor XVIII. annis non poſſit abſq́ certa ſolennitate obligari,non cenſebitur ut poſt illud tempus uelit eum legitime obligari[p], ſed tantummodo prohibitio illius legis deficiet, & caſus ceu omiſſus ex diſpoſitione iuris communis limitabitur,talem enim eſſe mentem legiſlatoris credendum eſt,ne inducta ad prohibendũ permittere uideantur[q].Eodem modo finge,lex ait, nemo ex mutuo ultra quincuncem accipiat,non ſequitur permiſſas eſſe quincunces uſuras,quas conſtat lege Pontificum prohiberi:ſed ſimpliciter apparet, intra quincuncem nihil à lege municipij diſpoſitum. Ex his quoq́ conſequens eſt, qui unum dicit, licet à contrario ſenſu uideatur aliud excludere, ut propter mentem præſumptam nõ cenſeatur ea excludere,quæ ei quod dictum eſt connexa,acceſſoria,ſimilia ſunt[r]:cum ut argumentũ ualeat non ſolum à cõtrario uerborum ſenſu,ſed & mentis accipi debeat. Concludendum igitur,cum hic locus non ex uerbis,ſed ex cõiectura oriatur,regulariter in ſtatutis correctorijs non aſſumi,niſi his in caſibus,quibus ſupra in eis extẽſioni locum eſſe docuimus:ut cum aliàs diſpoſitio ſuperflua redderetur,uel eluſoria. Vnde cum lex municipalis ſic ſcripta eſt,nõ exiſtentibus maſculis,fœminæ ſuccedant, receptũ eſt eis exiſtentibus fœminas excludi[s]. Sic & lex,quod mulier filios non habẽs,poſſit de dote teſtari,à contrario ſenſu intelligitur,ut ſi habeat nõ poſſit,ne alioqui ſuperflua eſſet[t]. Aſſumetur tamen,quando non per extenſionem,ſed ex uerbis quoq́ aliquo modo compræenditur,ut in eo caſu dictum,qui à ſpeciali dicitur[u]: Itemq́ in eo quo ab exceptione regulam firmari docuimus[x]. Sed & quoties correctio legis nulla induceretur, non eſt dubium tali argumento locum eſſe[y], nam tunc regulariter ſupra oſtendimus permitti extenſionem,niſi eſſet expreſſim prohibita,ut quia cautũ uerba ad literam intelligi debere[z]:itemq́ niſi in pœnam legiſlator incideret, uel aliquid huiuſmodi odioſum,abſurdum,ineptum cõſequeretur: quæ omnia ſuperius declarata ſunt. Supraſcriptæ quæſtioni cohæret alia quoq́ regula, qua uulgò dicimus,contrariorum eandem eſſe diſciplinam[a]. Videndum igitur, quomodo intelligenda ſit,& an in legibus municipalibus locum ſibi uendicet. In qua re breuiter dicendum eſt,ubi eadem eſt ratio,ibi eandem eſſe contrariorum diſpoſitionem[b]: ubi diuerſa ſit ratio,diuerſam[c]: ubi contraria, contrariam[d]: tuncq́ eſſe regulæ locum,

k l. ſi cõuenerit. de iur. om. iud.

l l. ij. C. de cõd. inſt. ubi Cy.

m l. titio cẽtũ. in pri. ff. de cõd. & de.

n §. affinitatis inſt. de nup.

o l. j. §. ſexum. de poſtul.

p Bald. l. j. C. de inut. ſtip.

q l. legata inutiliter. de leg. j.

r Fely. c. nõnne. de præſump.

s Alexan. l. j. de off. eius.

t Anch. conſil. 213. pro iſto prin.

u Bal. l. obſerua re. §. proficiſci in iij. q.

x Bal. cõſi. 173. ĩ prouincia ĩ iij.

y Fely. d. c. ſignificaſti. de for. comp.

z gloſ. Cle. j. de uſur.

a gl. rubr. ff. de acqui. poſ.

b l. ab emptiõe. de pact.

c l. inter ſtip. §. ſacrã. d'uerb.

d l. & ſi cõtra. de uulg.

quæ in topicis traditur: id propoſitum in propoſito operari, quod in oppoſito oppoſitum[c]. Quapropter apparet hæc non ex ui uerborum, ſed ex ratione ipſa procedere: & ideo in caſibus quibus ſupra oſtenſum eſt à uerbis non recedi & extenſioni locum non eſſe, huic quoque regulæ nihil tribueretur. Hincq́ue eſt, quod ſi lex municipij ſororem excludit ab hæreditate fratris, non uidetur uice uerſa fratrem ſororis hæreditate priuaſſe[f]: ſicut uidemus, quod media iuris prudentia maſculos uolebat fœminis ſuccedere, & non ex aduerſo fœminas maribus: quoniam commodius uiſum erat, ſic iura conſtituere, ut plerumq́ue hæreditates ad maſculos confluerent, obtinuitq́ue diu hæc ſententia, donec per Iuſtinianum abrogata eſt. Sic S. Conſulto Tertulliano mater filio ſuccedebat, & non filij matri, donec deinde ex Orficiano ei quoq́ue prouiſum eſt. Vnde apparet quamuis æquum ſit ſucceſſiones eſſe reciprocas[g], non tamen hoc ſufficere ut extenſio fiat, niſi quatenus noua lege caueatur: nec enim id per regulam ueterem generaliter ſtatutum eſt, ut ſicut ego tibi, ita & tu mihi ſuccedas: ſed certis tantum caſibus[h], Vnde extenſioni, quam paſſiuam uocant, locus non eſt. Quapropter ex facto pronuntiatum ſcio, cum lex legitimatos prohiberet legitimis ſuccedere, non cenſeri uice uerſa uetitum filio legitimo, quominus ipſe ei qui natalibus reſtitutus eſſet, ſuccederet. Cæterum & è conuerſo, ſi lex fratrem ab hæreditate ſororis alienum eſſe uelit, non prohibetur ſoror fratris hæreditatem adire[i]: uerba enim legis obſeruanda ſunt: & qui eis non excluditur, iure communi potior erit: cum ſi quicquam indecens conſtitutum ſit, non ideo ad conſequentia ſit trahendum, ut aliud quoque inducatur. Sic & Paul. Caſtrenſis[k] legem qua ſoror ab hæreditate fratris reijcitur, reſpondit ea interpretatione non accipiendam, ut etiam ab hæreditate ſororis excludatur: quæ ſententia eſt uera, niſi in lege ratio conſeruandæ agnationis expreſſa ſit, quo caſu ſupra aduerſam huic Curtij[l] ſententiam probaui. Non tamen perpetuum eſt in lege municipali huic argumento ſedem non eſſe. Atqui in caſibus quibus extenſio fit, fortiſſimus hinc accipietur locus, quo fit ut in correlatiuis æquiparatisq́ue, etiã ſi de pœna agatur, non tamen tali cardine innixa ratio explodatur[m]. Cuius rei exempla quàm plurima Iaſon refert. Hinc eſt, quod ſi lege cautum ſit, ne teſtibus exceptio probari poſſit, nec actio quidem poterit[n]: cui enim damus actionem, multo magis exceptionem: & regula iuris antiqui eſt, in probationibus non plus actori fauendum: quàm reo. Hinc prohibitus à lege correctoria aliquem condemnare, cenſebitur prohibitus & abſoluere[o], niſi legis ratio ſit, quia ſuſpectam habeat iudicis ſæuitiam. Quapropter hæretice impietatis quæſitor, delatum ad ſe reum abſoluere poterit, condemnare ſolus non poterit[p]. Hinc ſi lex legatum probari per duos teſtes poſſe conſtituat, etiam ademptio legati hoc numero probabitur[q]: paribus enim paſſibus in iure ambulant datio, & ademptio[r]. Et hæc quidem ſufficiant. Cæterum cum extenſio etiam ex uarijs argumentorum generibus in iure noſtro fiat, erunt fortè qui hanc quoque partem à nobis attingi deſiderabunt. Sed hi uelim ſciant, à pleriſque tam ueteribus quàm recentioribus, adeò diligenter, etiam integris uoluminibus materiam hanc explicatam, ut minime noſtra opera quiſquam indigere poſſit: adde quod omnino hæc argumẽtandi ratio ad Iureconſultos non pertinet. Optimus erat legum interpres Trebatius, etiam priuſquam M. Tullius Topica eius nomini dicaret, qui enim iudicio naturali lepram à lepra (ut uulgò dicitur) diſcernere nequit, is legibus noſtris addictus, olei & ſomni iacturam facit. Spectant huiuſmodi ad dialecticos, quorum ars in contentione uerborum

consiſtit:

c l. fin. §. fi. de leg. iij.

f Bal. l. lege xij. C. de leg. hær.

g §. filiũ ĩ auth. quib. mo. na. ef. ſui.

h l. ſi ab eo. C. de leg. hære. l. cõmuniũ. C. de na. lib.

i Bal. l. teſtamẽtũ nõ ideo. C. de teſta.

k Paul. conſil. 340. hæreditas prædium. Dec. cõſi. 71. in fi.

l Curt. cõſil. 9.

m Iaſ. l. fi. C. de indi. uid. toll.

n Bald. c. j. de mut. petit.

o l. nemo qui. de reg. iur.

p gloſ. cle. j. de hære. uer. eos.

q Bal. l. fi. C. de fideicom.

r gl. l. cũ proponebatur. de lega. ij.

conſiſtit: Iureconſultum uero id ſolum decet, ut rationes legis conſideret, ubi ratio diſſimilis eſt, ibi argumentum eſſe inefficax ſciat: at ubi ſimilitudo rationis adeſt, etiam ſi alioquin res diuerſiſſimæ ſint, tamen ab una ad aliam procedemus. Quid magis inuicem pugnat quàm teſtatum eſſe, & inteſtatum? & tamen de uno caſu ad alium argumentamur[s]. Quid amplius diſſidet, quàm ſacerdos & aſinus? & tamen de uno ad alium Alexander Pontifex, ceu de ſimilibus argumentando, proceſſit. Quod Anto. Butr. annotauit[t]. Quid rurſus tam male cohæret quàm perplexitas, & uerendorum nerui, & tamen Grægorius ſimilia hæc exiſtimauit[u]. Ex ſimilitudine igitur rationis legum ſcientia porrò extendenda eſt, locorum argumentorúm ue ſedibus hiſce, qui ſe Logicos dicunt, derelictis.

s l. cauſa. C. ſi uul.
t c. fi. de treug.
u c. nerui teſtic. 33. diſt.

# ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBER TERTIVS.

SVPEREST nunc, ut ad actiones hominum deueniamus, & ſicut à nobis, quemadmodum legibus extenſio fieri poſſit, ſupra expoſitum eſt, ita in præſentia declaremus, quemadmodum contractus, & ultimæ morientium teſtationes ad caſum omiſſum per intrepretationem produci poſſint. Nec abſq; conſilio nobis uiſum eſt materiam hanc ſeparatim tradere, non quod inter contractus quoq; & ultimas uoluntates aliquæ non ſint differentiæ[a], ſed quod multo maiores ſimul hæc habeant cum legum interpretatione diſcordias. Quarum eſt cauſa, quod legis diſpoſitio ex ſola mente unumquenq; obliget, neq; enim legis mens aut ratio ideo minus pollet, quod uerbis non ſit expreſſa, cum non minus committat in legem, eiq; fraudem faciat, qui uerbis obtemperans rationem negligit[b], quàm qui utrumq; negligit: at in humanis actionibus ſola mens nihil proficit, niſi aliquo modo expreſſa proponatur[c]. Ad hæc rationem legis perſcrutari plerumq; facile eſt, ex eaq; argumentari conceſſum eſt: cum generaliter proditum ſit, id pro ſtatuto habendum, quod legislatores, ſi de eo caſu interrogati fuiſſent, ueriſimiliter conſtituiſſent[d]: quem ſenſum ἐκ τῆς ἐπιεικείας, id eſt ex bono & æquo accipi, Ariſtoteles Moralium V. autor eſt. At rationes hominum in ultimis uoluntatibus diſcernere difficile eſt, in contractibus longe difficilius, cum ſemper debendi reus negaturus ſit ne productio fiat[e], creditor propter utilitatem ſit affirmaturus: meritò igitur fatendum eſt, interpretationes huiuſmodi facilius in uerbis legum fieri. Quod non paucis quoque in ſpe-

a Iaſo. l. quæ de leg. ff. de le. j.
b c. fin. de reg. iur. in 6.
c l. qdã cũ filiũ. de hære. inſt.
d l. tale. §. fi. de pact. in gl.
e l. an inutilis. de acceptil.

ciebus exempli cauſa demonſtrabo. In edicto prætoris[f], cum de actione fiunt uerba, & de pœnali, & de qualibet alia intelligitur: at cum quis in iudicijs actionem intendit, de ſpeciali tantum accipitur[g]. In lege cum diœceſis fit mētio, & de ciuitatis, & de agri adminiſtratione intelligitur[h]: at in hominis diſpoſitione, extra ciuitatem tantum diœceſis eſt[i]. In lege ſingularis, quam ἀοριστικὴν, id eſt indefinitam uocāt, ſemper uniuerſali æquipollet[k]: in diſpoſitione hominum non item. Lex de curatore loquens, etiam in tutore locum ſibi uendicat[l]: at ſi teſtator curatorem dare ſe impuberi dixerit, nihil agit, nec tutor datus intelligitur[m]. Sic quoties lex filij mentionem facit, non eſt dubium & nepotem contineri, cum teſtator filijs tutores dat, nepotibus conſuluiſſe non uidetur[n]. Si lex uniuerſali termino etiam geminato utatur, ut quicunqꝫ, quiſquis, ad idoneos regulariter reſtringitur: at in cōtractibus aliud eſt[o]. Vnde qui ſibi & quibuſcunqꝫ hæredibus feudum, quod uocāt, ſtipulatur, etiam de extraneis & aliàs incapacibus egiſſe præſumitur, idqꝫ receptius eſt. Quotiens tamen uoluntas in obſcuro non eſt, nulla conſtitui differētia debet, quin ſicut uerba legum generaliter quatenus ratio ſuadet, intelligūtur: ita & hominum diſpoſitiones, regulasqꝫ illas obſeruemus, quibus traditum eſt, de placitis hominum, ad legum ſcita argumentum ualere[p], ſicut de contractibus ad ultimas uoluntates, & uice mutua de hiſce uoluntatibus ad contractus[q]: cumqꝫ inter hos aliqua differētia ſit, leges municipales ultimis uoluntatibus potius quàm contractibus accedere[r]. IGITVR ut ad rem deueniamus, puto quinqꝫ axiomatis, ſeu concluſionibus materiā hanc omnē extricari poſſe. Prima eſt, Prouiſio, qua quid pure diſpoſitū eſt, in uno caſu facta, ad aliū non producitur. Quapropter ſi alij fundū, alij uſumfructū eiuſdē fundi teſtator legauerit, uſusfructus cōmunicabitur: quia fundi appellatione etiā uſusfructus continetur[s], nec error teſtatoris faciet, ut alij ſolus uſusfructus detur, niſi aliter uerba cōceperit. Sic & teſtator qui tutores filijs dedit, de eo nō intellexiſſe cēſebitur, quē habere ſe ignorabat, tametſi ueriſimile ſit ei quoqꝫ ſi ſciuiſſet daturū[t]. Sic cū dotem pater daret, ſi in alterū caſum uel diuortij uel mortis ſtipulatus ſit, in alterū in quem non pepigit, mulieris actionē eſſe reſponſum eſt[u]. Et cōcluſionis ratio illa eſt, quòd in dubio ſtandū eſt uerbis, nec uidetur quis aliud ſenſiſſe, q̃ quod uerbis expreſſit. Non obſeruatur prædictū axioma quatuor caſibus. Primus eſt, cū id quod omiſſum eſt uirtute expreſſi intelligi pōt, uel ex natura actus[x], uel ex antecedēte, cōſequentéue[y] neceſſario, uel propter cōnexitatem[z], uel quia inuicē ſe reſpiciant[a], uel quia per argumētū à cōtrario ſenſu id ſuadeatur[b], uel quia prouiſum in ſimplicibus eſſet, & de caſu mixto agatur[c], uel quia teſtator plus expreſſerit, nam & de eo quod eſt minus utiqꝫ ueriſimile eſt prouiſum[d]. Quod & quādoqꝫ uice uerſa accipit̄, & ex minori per cōiecturā ad id quod maius eſt perducimur. Sanè & quædā propter fauorē ultimarum uoluntatum pro cōſequentibus ſeu connexis habentur, quæ in cōtractibus ſeparata cēſentur. Ecce, Qui uēdit fundū, iter, ſeu uiam ad eū præſtare nō tenetur, niſi expreſſim ita cōuentū ſit[e], & tamē hæres fundū à teſtatore dare iuſſus, uiam quoqꝫ ad eū præſtabit[f]. Qui mādat numerū Canonicorū coherceri, quia reditus diminuti proponātur, nō cenſetur id mādaſſe, ut auctis facultatibus augeatur[g], quod tamē in ultimis uolūtatibus cōtra eſt[h]. His nō abſimile quod in diſpoſitione legis Bar. ſcripſit, in cauſa læſæ maieſtatis, famoſi, itemqꝫ alij teſtes reprobi admittūtur. Qui igit̄ eo crimine legatū accuſat, quia ſucceſſorē nō admiſerit, hoc ipſum hiſce teſtibus probare poterit. Quod ſi negetur eum legitimū ſucceſſorē eſſe, non poterit, nec huiuſmodi conſequētia adminicula idem priuilegij habebūt[i]. Secūdus caſus

eſt, quādo

f l.j.§.qđ aūt. de alea.
g Bar.l. hoc legatum. de lega.iij.
h l.j.C.de pri. car.
i c. rodulfus.de reſcr.
k Bar.l.ſi pluribus.de leg.ij.
l glo. auth.minoris. C. qui da.tut.
m l.tutores.§.j. de adm.tut.
n l.quod ſi nep. de teſt.tut.
o Bal.l.j.C.ſin. cen.Iaſ.l.j.§.nūtiatio.uerſ. iij.de op.no.
p l.nō impoſſibile.de pac.
q d.l.quæ de legato.
r gl.l.j.C.de his quib.ut ind.
s l. ſi alij.de uſuf.leg.
t l.ſi qs ita.§.ſi quis cū. de teſta.tut.
u l. ſi cū dotem ſol.ma.
x l.ſi nō fuerit. pro ſoc.
y l.illud.de acq. hære.
z l. lucius. §. paulus.de ad. tut.
a l.alij.de adi. leg.
b l.aliquādo. de cond. et dem.
c l. ſi ita.de lib. & poſt.
d l. qui quartū. de leg.j.
e l.in uēdēdo.de cōtrah.emp.
f l.binas.de ſer. urb.præd.
g c.fin.de uerb. ſig.
h l.fi.§. fin. de leg.iij.
i Bar.l. in quæſtionibus. ad l.iul.mai.

eſt,quãdo uerißimilis mens teſtatoris eſt,ut idẽ ſit in caſu omiſſo.Quod in eo reſpõ-
ſum eſt,qui uterũ filiæ prægnãtis inſtituit, cum ſe inſcio ruri albeſcẽte cœlo iã enixa
eſſet,erit enim infans ex eo teſtamẽto hæres[k].Sic & qui poſthumum inſtituit,quem
credebat in lucem ſe mortuo uenturũ,eo quoq; caſu inſtituiſſe cenſebitur,quo ſe ui-
uo naſcatur[l].Sed tamẽ hoc ita intelligendũ,ut procedat, cũ de eadẽ perſona agitur,
idẽ enim ille nepos eſt,ſiue iã natus,ſiue poſt naſcetur,ſiue uiuo, ſiue mortuo teſtato
re.At ſi alia perſona ſit,caſus pro omiſſo habebitur, cũ enim teſtator de ea nõ cogi-
tauerit nec diſpoſuerit,ſaluis regulis iuris nõ poſſumus aliter cõſtituere[m], cum pre-
ſumpta teſtatoris mens, niſi in aliquã diſpoſitionem trãſierit, nõ obſeruetur[n], nam
actus hominũ ultra eorũ præſentem cogitationẽ nõ operãtur[o]:& receptũ eſt,teſtã-
tiũ uoluntatẽ ex eo interpretationẽ accipere, quod ipſi opinabãtur, nõ ex eo quod
ex ſe uerũ ſit[p],maxime cũ regulariter ulla perſona extrinſecus aſſumi nõ ſoleat[q]:nã
etiam in ſubſtitutione uulgari nunq; uidemus omiſſum uerbis caſum ex mẽte com
prændi,cũ ſubſtituti perſona uariatur[r]:mãdatũ quoq; ad aliã perſonã non produ-
citur,tametſi idẽ effectus conſequi inde poſſit[s].Nec me quicq; mouet quod à Seue-
ro Imp.conſtitutũ eſt,poſthumum teſtamẽto matris præteritum,quæ in puerperio
repentina morte deceſſit, coniectura mentis maternæ cũ fratribus cenſeri inſtitutũ,
nec eo caſu teſtamẽtum ceu inofficioſum expugnari poſſe[t]: Quia arbitror propter
iuſtã impedimẽti cauſam,& quia nullũ filijs damnum inde oritur, atq; etiam odio
querelæ ita conſtitutum.Minus quoq; moueor Papiniani reſponſo[u],quo pactionẽ
dotis mihi uel fratri hæredi meo reſtituendæ, non prodeſſe fratri reſpõdit, ſi hæres
non ſit, ſed filijs potius meis,quos poſtea ſuſceperam,hæredesq; ſcripſeram: nã ibi
mentio fratris demõſtratiue addita erat,cũ crederet ſtipulator fore,ut is eſſet hæres,
unde ſuſceptis poſtea filijs ipſi agunt:quia pacti uerbis non excludũtur, cum hære-
des ſint. Non ergo is caſus poteſt omnino omiſſus dici:& licet Accurſius ex eo re-
ſponſo generaliter cenſeat,id pro ſtatuto habendum, quod uerißimiliter conſtitutũ
fuiſſet, ſi de eo quæſitum foret, ut demus uerum eſſe in legibus quarum mens ſola
obligat[x],in actionibus certe hominum aliud eſt, & ex hic tractatis diſtinguendum.
Quo fit,ut etiam recentiorum quorundam ſententiam probare non poſſim, men-
tem teſtatoris obſeruari arbitrantium,etiã ſi aduerſus uerba faciundũ ſit[y]. Si enim
id ſequeremur, ſola mens abſq; ullis uerborum adminiculis ſufficeret, quod ſupra
falſum eſſe oſtendi. Ad mentem igitur attendimus, non quãdo aduerſatur uerbis,
ſed quãdo præter uerba eſt,cũ ſcilicet caſus omiſſus eſt,non quãdo aduerſus.Quod
& ex ea communiter recepta ſententia deprændi poteſt, qua traditur in ea cõditio-
ne,ſi Titius deceſſerit ſine filijs, non cenſeri filios aliquo modo ex teſtamento uoca-
tos[z],cum quæ in conditione ſunt,ad diſpoſitionem non referantur: nã etiam ſi ali-
qua cõiectura adſit,ut quia huiuſmodi filij grauati à teſtatore fuerint, uel interdicta
illis alienatio,non tamen à uerbis recedimus,& ſolum in conditione poſitos arbitra
mur: huiuſmodiq; q̃plurimas coniecturas in Socyni reſponſis confutatas cernere
eſt,quæ in præſentia referre operæ pretium nõ eſt.Poſſet tamẽ tam euidẽs coniectu
ra mẽtis allegari,ut ad caſum quoq; omiſſum diſpoſitio teſtatoris merito producẽ-
da uideretur. Quo argumẽto in ſubſtitutione uniuerſali, caſu quo nullus filiorũ te-
ſtatoris ſit ſuperſtes,reſpõdit Alex.ſubſtitutũ etiã à fœminis legatarijs excludi pro-
pter quaſdam coniecturas. Tertius eſt,quãdo caſus non omnino omiſſus eſt,tunc
enim ex mẽte fiet extenſio. Cuius rei exẽplum eſt, qñ teſtator in ſimplicibus diſpo-
ſuit,non em̃ mixtũ caſum omnino omiſiſſe credit,qua de re infra quinto axiomate
diffuſius

k *l. titius. §. fin. de lib. et poſt.*
l *l. fin. C. de poſt. hære.*
m *d. l. ſi quis ita. §. ſi quis cũ.*
n *d. l. q̃dã cũ f.*
o *l. non omnis. ſi cer. pe.*
p *l. quo loco. §. j. de hære. ĩſt.*
q *l. ſi ita ſtip. §. chryſogo. de uerb.*
r *l. ſi paterfam. impube. ubi Imo. de uulg.*
s *l. mandaſti. de neg. geſt.*
t *l. iij. C. de inoff. teſt.*
u *d. l. tale. §. fi.*
x *l. nominis. §. j. j. eo.*
y *l. hæredes. §. cũ ita. ad treb. l. publius. §. fin. de condi. & de.*
z *gl. in. l. lucius. de hær. inſt.*
*Cur. cõſi. 45. Cor. cõſi. 118. ij. Socy. conſil. 126. iij.*
*Alexã. conſil. 17. 7.*

diffuſius agetur. Sed & ſi ſub uerbis aliquo modo contineri poteſt, pro omiſſo nõ erit, quod in ea ſpecie à Decio reſponſum eſt, cum teſtator Titio ſubſtituiſſet, & eius filijs deficientibus ſeu decedentibus, licet enim non dicatur decedere qui non natus eſt, dicitur tamen ἐν πλάτει & craſſa minerua, deficere. Sed hoc uix mihi perſuaderi poteſt, ut deficere dicatur, quod nunquã incœperit[a]. Et ideo uerius arbitror, nullo modo ex uerbis, ſed ex coniectura mentis ſolũ intelligi. Cæterũ & caſus ille omiſſus non cenſebitur, qui ex uerbis ſaltem improprie acceptis comprændi poteſt[b]. Idem quoties teſtator unicum caſum expreſſiſſet, ueriſimiliter credens alium non euenturum, alioquin illum etiam expreſſurus, is pro omiſſo non habebitur[c]. Quod & in cõditionibus procedit, ꝗuis ſpecialiter & ad unguem obſeruari debeant. Idem opinarer quoties id eſſet expreſſum quod frequentius ſolet euenire, ut non cẽſeatur rarius contingentem caſum excluſiſſe in quo eadem ratio idemq́ effectus ſit[d]. Idem quando id expreſſiſſet, cui aliquid ex conſuetudine ſoleat accedere, nam de eo quod ex ſequela eſt, actum quoq́ interpretabimur[e]. Quapropter cum negotiator Titio mandaſſet ut mutuo centum ſola acciperet, reſponſum eſt ſub uſuris accipi poſſe, quod nõ ſoleant negotiatores inuenire qui alia conditione mutuare pecuniam uelint[f]. Quartus eſt, cum caſus omiſſus eſt ſimilis expreſſo, & eũdem effectum habet, fit enim ad eum extẽſio. Quapropter ſi mãdauero ut pro Titio fideiubeas, & tu nõ fideiuſſeris, ſed creditori mãdaueris, uel aliter egeris ꝗ quod mãdatum ſit, nihilominus tenebor[g]. Vnde & Iaſon cum diligenter ſeruãdos mandati fines docuiſſet, ab eiusq́ forma non recedendum, ſubdidit tamen, poſſe plenius uberiusq́ adimpleri: poſſe formæ ſuperficiem negligi, dum effectus ſeruetur: poſſe quod mandatum nõ eſt, ſed madato uicinum, expediri[h]. Itemq́ quod cõnexum, quod antecedens, quod cõſequens, quod acceſſorium, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, quæ latius apud eũ legenda relinquimus. Hinc prohibita à teſtatore alienatione, omnis modus uetitus cenſetur, unde aliquo caſu dominiũ transferri poſſit[i]: conceſſaq́ exequutori facultate uendendi, ut creditoribus ſatisfiat: poterit & in ſolutum dari, & pignori opponi, cæteraq́ fieri, unde huiuſmodi cauſa ſatisfactionis obſeruetur[k]. Qua ratiõe in quæſtione facti obtẽtum uidi. Rom. Pontifex præpoſito cuidam conceſſerat, ut ex eccleſiæ immobilibus bonis uſq́ ad quingẽtos aureos alienaret: is cenſus quoſdam uendiderat, reſponſum fuit, ꝗuis huiuſmodi iura appellatione bonorum immobilium ſtricto ſermone non cõtineantur[l], tamen propter effectus ſimilitudinem, nõ eſſe dubitandum, quin alienatio fieri potuerit. Quãdoq́ tamen etiam ſi idem effectus ſuadeat, non fit huiuſmodi extenſio: ut cum Prætor tutoribus permittit uendere, ſi illi obligent, nihil agunt[m]: ſi enim uoluiſſet prætor ut eis obligare liceret, non recte partibus ſuis functus diceretur, qui uenditionem conceſſiſſet, meritò decreti forma ſeruanda fuit. In materia quoq́ ſtricta in qua à uerbis non recedamus, quales ſunt gratiæ ad beneficia, quæ propter ambitionem ſacerdotum reſtringuntur, non accipietur huiuſmodi interpretatio[n]. Sed & extenſio non fiet ad caſum principis diſpenſatione indultũ, tum quia de tali teſtatorem cogitaſſe nõ eſt ueriſimile[o], tum quia idẽ omnino effectus inde non prouenit[p]. Qui enim aliquid filio prohibet anteq́ legitimam ætatẽ habuerit, de eo qui ueniam ætatis impetrarit non intelligitur, non enim princeps reſcripto ſuo maturitatẽ cõſilij illi dare poteſt[q]. Hinc quoq́ illud inductũ quidã arbitrãtur, ut ſi pro tutore fideiuſſero, isq́ nõ adminiſtrauerit, tametſi adhuc iſte cõueniri poſſit, ego tamẽ non poſſim, ipſe enim conuenietur, tanq́ ſocij qui adminiſtrauit fideiuſſor[r], at ego pro eo ſolũ promiſiſſe cenſeor, quod propria obligatione,

Dec.cõſ.227.
a l.titio uſusfr. de cõd.& de.
b l.diuus.de uſu & hab.
c l.mulier ĩ pri. ad treb.
d gl.auth.caſſa. C.d'ſac.eccl.
e l.cuicunq́.§. pen. de inſtit.
f Rom. l.iij.§. iurari. de iureiu.
g l.fin.§.fin. mand. Iaſ.l.ſi ꝓcurator. C. de proc.
h l.iã tamẽ.§.j. iud.ſol.
i Bar.l.in quorũ.de pig.
k Barto.l.alio col.iij.de ali. leg.
l l.à diuo.§.in uenditione.de re iud.
m l.ſi pupillorũ.§.ſi prætor. de reb.eo.
n c.ſuſceptũ. de reſc.in 6.
o l.apud iul.§. fi.de leg.j.
p l.fi.C.de his qui uen.ætã.
q l.j.de min.
r l.fin.C.ſi tut. non geſ.

tione,non quod aliena debeat:cum ergo idem effectus non ſit, ad hunc caſum fide-iuſſio mea non protrahetur [s]. Quo exemplo cum miles in procinctu ſocietatem prædæ de hoſtibus faciendæ cum Titio contraxiſſet, dixi, in hanc cauſam id non protrahendum, quod is ab alio ſocio conſequuturus erat, ſed id ſolum, quod ipſe manu,uirtute bellica cæpiſſet:nam & ſolet dici [t], Socius ſocij mei,mihi ſocius non eſt. SECVNDVM axioma in hoc tractatu eſt, prouiſio conditionalis in unum caſum, non trahitur ad omiſſum, qui expreſſo diſſimilis ſit [u]. Quapropter pater dotem ſibi reddi in caſum mortis filiæ ſtipulatus,in caſum diuortij integram filiæ actionem reliquiſſe cenſebitur: & uice uerſa, ſi in caſum diuortij ſibi ſtipulatus ſit, filiæ hæredes in caſum mortis dotē repetent: caſus enim hi diſſimiles ſunt,cum qui ſibi diuortio ſequuto paciſcitur, mulierem retrahat, ne facile aut ipſa diuortat, aut marito diuortendi cauſam præſtet. Qui uero in caſum mortis ſtipulatur,mulieri facultatem relinquit, ut eadem dote, poſſit iterum nubere. Nec obſtat quod extraneus dotem ſibi reddi in caſu facti matrimonij, & quoquo modo ſoluti, ſtipulatus in eum quoq; caſum aget, quo matrimonium à principio nō ualuerit [x], & ſic factum non ſit,nam hoc ex mente inductum eſt,conſtabat enim de errore extranei matrimonium ualere exiſtimātis,unde datum ob cauſam, ea non ſequuta, condici debuit.Confirmatur axioma illud eo quoq; reſponſo [x], quo traditum eſt, poſthumum ſuum hæredem commodiſſime inſtitui, ſiue uiuo me, ſiue mortuo natus ſit: quia ſi alteruter caſus omiſſus fuerit,eo qui omiſſus ſit, natus rumpet teſtamētū: ex mēte enim teſtatoris apparet,hoſce caſus eum pro diuerſis habuiſſe, ut qui fortè cuperet uel uidere ſibi hæredē, uel ſuppoſititiū partum poſt mortē uereretur, uel alia ſimili cauſa. Quod ſi appareret conditionē ſe mortuo appoſitam, quia exiſtimaret ſe tūc moriturum,cū prter ſpem ſuperuixerit,aliud ex Iuſtiniani ſanctione eſſet [y]. Pro eadē ſententia etiā illud inducitur, quòd fideicōmiſſum alicui relictum, ſi hæres ſine liberis deceſſerit,adoptionis cōmento nō extinguitur [z], non enim naturalis & adoptitius hoc caſu uidētur ſimiles,quia cū conditio à teſtatore appoſita ex incerto euentu pendeat,non debet in poteſtate hæredis eſſe,adoptando ſibi filios fideicommiſſariū eludere [a]. Quapropter exiſtimauerunt quidā,ſi filij ante iam adoptati fuiſſent,tūc conditionē pro defecta haberi [b]: deficit enim hoc caſu ratio, ſolentq; in iure adoptiui pari in cauſa cū iuſtis filijs eſſe [c]: & id non nominis ſolum reſpectu [d] (nā & ipſi filij ſunt)ſed etiam effectus [e]. Quam ſententiam defendi poſſe opinor cum teſtator huius rei conſcius erat,ſcilicet hæredi filios adoptiuos eſſe. Idemq; certius affirmandum,cū uerba conditionis de filijs legitimis tantum concepta ſunt:qua tamen in re aliter Decio [f] uiſum eſt.Sanè operæ pretium eſt S. conſultū referre ad has adoptiones pertinens.P.Mario L. Aſinio COSS.tempore Neronis factū, quod hiſce uerbis Corn. Tacitus lib. XV. refert:Percrebuerat ea tēpeſtate prauiſſimus mos, cum propinquis comitijs aut ſorte prouinciarum pleriq; orbi fictis adoptionibus adſciſcerēt filios,præturasq; aut prouincias inter patres ſortiti,ſtatim emitterēt manu quos adoptauerāt. Qui magna cum inuidia Senatū adeunt, ibi naturæ munus, labores educandi aduerſus fraudem & artes & breuitatem adoptionis enumerant: ſatis pretij eſſe orbis,quod multa ſecuritate nullis oneribus,gratiā,honores, cuncta prompta & obuia haberent:ſibi promiſſa legum diu expectata in ludibrium uerti: Quando quis ſine ſolicitudine parēs, ſine luctu orbus, longa patrum uota repente adæquaret.Factum ex eo S. cōſultū:ne ſimulata adoptio in ulla parte muneris publici iuuaret,ac ne uſurpādis quidem hæreditatibus prodeſſet. Quibus uerbis ſatis oſtenditur

s l.iij. §. illud. rempup.ſal.
t l.nam & ff. pro ſoc.
u l.ſi cū dotem. ſol. mat.
x l.ſi extraneus. de cōd.ob.ca.
x l.cōmodiſſ.
y l. fin. C. de poſth. hære.
z l. fideicōmiſſum.de cōd.
a l. nec ei.§.j. de adopt.
b Ray.d.§. & quid ſi tantū.
c l.nec in ea.de adul.
d l.j.in fi.de bo. dam.
e l.ſi te parens. C. de ſuis. & leg.
f Dec.398.

oſtẽditur,quantam differẽtiam antiqui inter iuſtos filios,& adoptiuos cõſtituerint. Hincq; conſequenter deducitur, an grauatus ſi ſine filijs deceſſerit,ſi filios legitimatos,hoc eſt natalibus beneficio principis reſtitutos,relinquat,reſtituere teneatur? Et crebrior ſentẽtia eſt cõditionem defeciſſe, ſiue per ſubſequens matrimoniũ, ſiue per reſcriptum legitimati fuerint. Quod etiam in ea ſpecie receptum eſt, cum conditionis uerba ſunt,ſi ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerint.Lex enim hoſce iuſtis filijs æquiparat,nihilq; à legitimis legitimatos differre iubet, nec hi inuicem diſſimiles à legitimis & naturalibus cẽſentur[g];cum non ex ſola legis imagine, ſed etiam ex origine naturæ filij ſint[h]. Sed quid ſi uerba conditionis concepta ſint, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſe legitime natis? uel ex legitimo matrimonio procreatis? Tunc enim non eſt dubium per reſcriptum legitimatos excludi. Quid ſi per ſubſequens matrimonium?& iſte uidetur caſus diſſimilis, cum teſtator tempore originis uoluerit legitimos naſci,qualitas enim adiecta uerbo,ſecundum uerbi tempus regitur[i], & hac ratione ita Ant.But.decidit,& reſpondit in quæſtione facti Bald.Alex.q;[k], nam & idem(inquit ille) in feudo traditum eſt, quod aliquis ſibi & filijs legitime deſcendentibus ſtipulatus eſſet,nam legitimati per ſubſequẽs matrimonium, legitime deſcendere non dicuntur:idq; Baldus[l] probauit. Accedit quòd & ex conſuetudine, quæ hæreditatem primogenito defert,non admittetur naturalis maior natu,in iuſti filij poſtea nati damnum,quàmuis deinde per ſubſequentes nuptias legitima iura conſequutus proponatur[m].Sunt tamen qui in contrariã ſentẽtiam tranſierint[n]: quia hi qui ſequutis nuptijs legitimi fiunt,inſtar iuſtorũ filiorum habentur, lexq; huiuſmodi pro omnino ſimilibus habet, nec crebriore calculo recepta uidetur ea ſententia[o], ut accepto feudo pro ſe & legitime deſcendentibus tales reijciantur,imò pleriq; omnes admitti cenſuerunt. Ego hac in re ſic arbitror diſtinguendum: Aut enim loquimur in naturali,qui per matrimonium ſubſequens legitimatus ſit,& uerius eſt non deficere conditionem:quia lex præſumit legitime natum, ex actu enim ſubſequuto præſumit uſq; à principio affectu maritali concubinam cognitam[p], quæ præſumptio ueritati innititur[q], & in hoc à fictione diſtat, quòd ea aduerſus ueritatem eſt[r]: meritò igitur ex illis uerbis nõ exiſtimabitur tãq; illegitime natus ſummoueri. Aut loquimur in ſpurio, & ſi fideicommiſſum ab aſcendente factum ſit, idem iuris putarem,idq; paternæ pietatis coniectura[s]. Nec me mouet ꝙ legitime natus non dicatur,qualitasq; uerbi repugnet: quia reſpõdeo ſatis eſſe, ſi ex interpretatione legis ſuſtineatur:lex enim pro legitime nato habet, interpretatioq; huiuſmodi fauore filiorum capienda eſt[t]. Sicut etiam uidemus eorum fauore disiunctam pro coniuncta, & uice uerſa coniunctam pro ſeparata, aduerſus propriam ſermonis uim accipi[u]: nam & licet qualitas adiuncta uerbo, ad uerbi tempus referatur, fauore tamen deſcendentium aliud quandoq; obſeruari ſcimus[x].Nam & reſcriptum Rom.pontificis cum impuberi inquit ſuccederent,ſi abſq; liberis moreretur[y], eam interpretationem non habet, ut uerbum ſuccederent, ſecundum dictionem impuberi reſtringatur[z],Aut loquimur in fideicommiſſo quod ab extraneo relictum eſt,& tunc probabilior eſt Alexandri ſententia: hic enim ex fictione legis ſolum legitime natus dicitur[a],unde ad hunc caſum diſpoſitio teſtatoris produci non debet[b],cum proprietas uerborum repugnet,à qua ut recedamus non eſt ulla cauſa.Aliud tamẽ eſſet in feudo: propter fauorabilem enim principalis beneficij naturam promptius eſt ut etiã huiuſmodi admittantur[c],præſertim cum in re dubia non erret qui aduerſus fiſcum iudicat.In diſpoſitiõe quoq; legis, quæ legitime natos ſolum ad dignitatem admittit,idem

g §.illud.§.reliqui. qb. mo. nat.eff.ſui.
h Alex.ij.in.j.
i l. in delictis. §.ſi extraneus.de nox.
k Bal.367.in 5. Alex. cõſi.5. in 7.
l Bal.c. naturales.ſi de feud. fu.
m Io.And. reg. ſine culpa.
n Imol. c. innotuit.Dec.155.
o c.tanta.q fil. ſint leg.
p l.cũ quis uer. nec enim. C. de ſec.nup.
q l.fi.de prob.
r l.filio q m.de lib.& poſt.
s l.generaliter. §.cũ autẽ.C. de inſt.et ſub.
t §.ſed hoc præſenti.in auth. de ſanc.epiſ.
u arg.d.l. generaliter ĩ prin.
x c.fi.xxij.q.ij. §.item opp.
y c.Raynutius. de teſta.
z Bart.l. centurio.ij.q.iij. mẽbri.prin.
a d.c.tanta.
b d.l.fin. C. de his qui uen.
c c.j. §. pen. qb. mo.feu. am.

tit, idem reſpondendum eſt, ut hi admittantur, quos lex pro legitime natis habet:[d] fit enim latior interpretatio, ut ſupra diximus. Et ideo cum ex lege ordinis non niſi legitimo matrimonio nati in collegium admitterentur, reſponſum eſt, hos quoque ſubſequutis nuptijs legitimorũ iuri reſtitutos recipiendos eſſe, debet enim ea in lege benignior fieri interpretatio,[e] niſi cũ ſtatuto cautum eſſet, ut uerba ad literam intelligerentur, id enim non ex litera, ſed ex fictione legis eſt. Aduerſus ſecũdum hoc principale axioma quatuor exempla plurimum urgent: uidetur enim cõditionem in uno caſu, ad diſſimilem quoq; produci debere: nam pupillaris expreſſa ſubſtitutio ad uulgarem tacitam trahitur, & è contrario, uulgaris expreſſa ad tacitam pupillarem[f], & tamen hi caſus omnino diſſimiles ſunt, cum tẽpore, tum modo, tum etiã effectu[g]. Sed communiter in hoc deuentum eſt, ut dicamus haſce ſubſtitutiones, natura ſui conditionem habere: non enim aliud eſt ſubſtitutio, quàm conditionalis inſtitutio. Expreſſio igitur unius cõditionis aliam non excludit, quoniam lex præſumit ſi de alia cogitatum fuiſſet, eam quoq; teſtatorẽ æque expreſſurũ fuiſſe. Quòd enim pupillaris cõtineat uulgarem, eſt ipſius teſtatoris fauor: quòd uulgaris pupillarem, pupilli utilitatẽ reſpicit. Meritò igitur utriusq; fauore, & propter paterni pupillarisq; teſtamenti coniunctionem, hæc interpretatio admiſſa eſt. Rurſus obſtat conditio ſi intra decem menſes proximos mortis meæ naſcetur, illi eſt diſſimilis, ſi me uiuo naſcetur, & tamen ad hanc producitur[h]. Sed ex his quæ ſupra retuli ſatis conſtat, fieri hanc extenſionem, quia teſtator ſe tunc moriturum credebat: unde ſi præter ſpem ſuperuixit, non ideo rumpitur teſtamentum[i]. Rurſus inſtari poteſt: conditio ſi nubere noluerit, ab ea plurimum differt, ſi nubere nõ potuerit: nolle enim & nõ poſſe, perquam diſſimilia ſunt[k]: & tamẽ in ſubſtitutionibus, conditio, ſi hæres eſſe noluerit, intelligitur, uel non potuerit: & uice uerſa[l]. Sed reſpondendum eſt, hos caſus ex præſumpta teſtatoris uoluntate abſimiles nõ eſſe. Cum enim de ſubſtitutione uulgari agatur, per quã ipſi teſtatori ſucceditur, & ſic de eius fauore tractetur, uerisimile eſt, quod de altero expreſſit, ad alterũ quoq;, cum eadẽ ſubſit ratio, trahi uoluiſſe. Quapropter ſi appareat teſtatorẽ non ad teſtamẽti ſui fauorẽ attendiſſe, ſed ad hæredis pœnã, aliud dicendũ eſſet: ut in hac ſpecie, Titium inſtituit, & ſi Titius eiusq; filij nollent nomẽ & gentilia teſtatoris inſignia deferre, ſubſtituit Caium: & Titius liberos nullos ſuſcepit, unde non potuerunt nomen & inſignia deferri, nũquid ſubſtitutus admittatur? Et Socynus[m] reſpondit, ſubſtitutioni locum non eſſe, quoniã is caſus diſſimilis ſit, & de pœna agatur, Quæ tamen deciſio penes me dubia eſt, cũ ex natura cõditionis appareat, fauorẽ ſuum, ſiue ſuæ familiæ in animaduerſione teſtatoris fuiſſe, & ideo nomen & ſtemmata geri uoluerit: quòd ſi in hoc Titium cũ liberis decedentem grauauit, quantomagis caſu quo ſine liberis decederet? Et ex his in alia quoq; quæſtione quid ſentiendum ſit diſcerni poteſt: Teſtator inſtituit uẽtrem uxoris, & ſi maſculus naſcatᷣ & in pupillari ætate decederet, ſubſtituit Semproniũ, ſi naſcãtur fœminæ, inſtituit eas in CCCC. aureis, uẽter nihil peperit, nũquid ſubſtitutus admittetur? Ex facto conſultus Alex.[n] reſpõdit, ſubſtitutũ nõ admitti, & hũc caſum omiſſum cenſeri, cũ altero caſu naſcentium fœminarũ Sempronio nihil reliquerit[o]. Ego hac in re uereor ne ſententia eius uera nõ ſit: pupillaris enim illa ſubſtitutio uulgarem continet[p], unde nõ nato maſculo, potuit teſtamentũ à ſecundo gradu, id eſt à ſubſtitutione uires aſſumere[q]. Et ideo hic caſus nõ uidetur omiſſus eſſe: accedit defuncti mens qui fœminis ſolum CCCC. reliquit, quoniã reliquum hæreditatis ad ſubſtitutum pertinere uoluit, & licet particularis inſtitutio, ſi alius hæres

f non

d *c. innotuit. de elect.*
e *Bald. conſil. 183. ij.*
f *l. iã hoc iure. de uulg.*
g *l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos.*
h *l. fin. C. de poſth. hære.*
i *Bart. l. gallus in princi.*
k *d. l. pater ſeuerinã. d'cõd.*
l *d. §. & quid ſi tantũ. l. fin. C. de inſti. & ſubſti.*
m *Socy. conſi. 258.*
n *conſi. 188. ij.*
o *l. ſi ita ſcript. de lib. & poſ.*
p *l. pe. de uent. inſp.*
q *l. iij. §. fin. de lib. & poſth.*

non ſit ſcriptus, legis diſpoſitione ad ius uniuerſale trahatur, cum tamen uniuerſalis ſubſtitutus hic adeſſet,ipſe admitti debuit,& fœminis præferri:[r] receptumq́; Baldi autoritate eſt,etiam qui ex tacita uulgari ſubſtitutione uocatus eſt,in re certa inſtituto præferendum[s]. Sed iterum tandē obijcitur:Communiter recepta eſt ſententia,ſi quis filio impubere hærede ſcripto pupillariter Titium ſubſtituit, & ſi Titius quandocunq; ſine liberis decedat, Titio ipſi Sempronium, mortuo Titio uiuente pupillo,Semproniū pupillo hæredem fore[t]:ex qua apparet,Sempronij ſubſtitutionem factam Titio,& ſub cōditione deficientium liberorū,ad caſum penitus diſſimilem trahi,tum reſpectu perſonæ,quia pupillo ipſi ſucceditur, tum reſpectu cōditionum,quia etiā ſi Titius cum liberis deceſſerit, nihilominus erit ſubſtitutioni locus[u]. Sed reſpondendū eſt,hunc caſum non omnino eſſe expreſſo diſſimilem: hæc enim uerba,quandocūq; deceſſerit ſine liberis,uerborū cōpendio uulgarē quoq; ſubſtitutionē continēt:unde Titio prædecedēte,caput illud ſi hęres nō erit,dicitur eueniſſe, meritò ſubſtitutus ceu hoc caſu uocatus admittitur. Verū igitur non eſt,ex perſona diſſimilitudinē ullam eſſe.Ex conditione quoq; diſſimilitudo nō eſt:quia cum ſecūdus gradus morte Titij peremptus ſit,& conditiones in illo adiectæ perierunt,perindeq́; eſt,ac ſi Sempronium ſolū pupillo teſtator ſubſtituiſſet[x], nec ulla cōditionis illius ratio habetur. Quod & hac ratione confirmari poteſt,appoſuit enim teſtator illam conditionem in Titij fauorem[y], ut ab inteſtato ſe derelictam hæreditatē accipere filij poſſent:unde ſi hæres non ſit,quia ante pupillum moriatur,deficit ratio fauoris,nec hoc prodeſſe hæredi legitimo debet,cui manifeſta teſtatoris uoluntas ſubſtitutū prætulit[z].Et licet regula ſit,Conditione defecta,ſubſtitutum excludi[a],tamē non procedit,quando aliàs teſtator etiam fuiſſet relicturus[b]: at in propoſita ſpecie, conditio illa ſolius Titij fauorē reſpiciebat,de quo amplius non quæritur,cum ſatis ſit hæreditatem cū inſtituti cui ſucceditur oneribus ad Sempronium peruenire,non autem cum Titij oneribus, qui de medio ſublatus eſt. Et ideo in quæſtione facti cū quis hæredi quandocunq; ſine filijs fato fungeretur Titium ſubſtituiſſet,isq́; hæres uiuo teſtatore liberis ſuperſtitibus deceſſiſſet,dixi ſubſtitutum admittendum, nec legitimo prodeſſe conditionis in caduco gradu defectum, tametſi hac in re poſt Oldradum[c] aliter Socynus reſpōderit[d]. TERTIVM huius tractatus axioma eſt: Conditio neceſſaria:ſiue actum ipſum,ſiue effectum reſpiciat,ad caſum ſimilē porrigitur:tuncq́; non refert,quid ex æquipollentibus fiat. Quapropter cum mater filijs ſuis legaſſet, ſi morte patris iuris ſui effecti fuiſſent,diuus Marcus cum emancipati eſſent legatū deberi iudicauit[e], ea enim conditio effectui actus neceſſaria erat, nempe ut illis legatum acquireretur, nihilq́; ad patrem pertineret[f]. Quod & uiceuerſa in ea ſpecie reſponſum eſt, cū mater ſub cōditione emancipationis reliquiſſet, uel etiam donaſſet,nam & filijs morte patris ſui iuris effectis debebitur[g], effectum enim ſolum mater reſpexiſſe creditur. Vnde etiam ſolet dici,non de itinere, ſed de meta curandum[h].Sed tamen hiſce aduerſatur Vlp.reſponſum, ſi cui ita relictū ſit, ſi morte patris ſui iuris effectus fuerit,& emancipatione ſui iuris effectus fuerit, non uideri defeciſſe conditionem[i], ſed & cum mors patri contingat, quaſi extante conditione, ad fideicommiſſum admittitur. Quibus uerbis apparet,non ſolum emancipato deberi fideicommiſſum,ſed mortem patris nihilominus expectandam,uideturq́; hæc fortiſſima eſſe ἀντινομία, ut Accur.Barto. q́; non citra cauillum diſſoluere eam potuerint. Mihi ea ſententia placet, in quam iuiſſe multos uideo, ut Vlpiani reſponſum intelligatur,cum ab extraneo ſub ea conditione relictum eſt, is enim ui-

detur

r l. filius à patre.eo.tit.
s Bal.l.fi.q.33.C.de hær.iſt.
t Bart.l.quamdiu.ij.de acq.hære.
u Paul.de Caſt.cōſi.152.præſens dub.uidetur formari.in j.in nouiſs.
x l.cohæredi. in prin.de uulg.
y Bar.l.illis libertis.de cōd.
z l. publius.§.fi.eo.tit.
a l.in teſtamēto.eo.tit.
b glo.l.j.C.de inſtit.
c Oldr.conſi.241.
d Socy.77.in fi.iij.
e l.mulier.ad Treb.
f l.ſi mater.C.de inſtit.
g l.fi.C.de don.quæ ſub.
h Bar.l.cū ſeruus.de uerb.
i l.fideicō.§.ſi cui ita.de lega.iij.

detur odio patris hanc adieciſſe conditionem, ne quicquam omnino in eum peruenire poſſit: unde expectanda erit mors, nec à uerbis recedendum. In matre uero alia interpretatio aſſumitur, quæ ſub tali cõditione legaſſe magis creditur, ut liberis ſuis conſuleret, quàm quòd patrem odio haberet. Aduerſatur rurſus reſpõſo ſuo Pomponius[k], mihi ſæpe (ut ille inquit) uocandus ad partes, pater enim ne præteritione teſtamentum rumpatur, neceſſario poſthumum inſtituere debet: ea inſtitutio duplicem conditionem continet, ſi ſe uiuo, uel ſe mortuo naſcatur: & tamen alterius horum caſuum expreſſio ad alterum nõ trahitur, nec cum Bart. ſentiendum eſt, talem conditionem uoluntariam appellante, quia ſimpliciter potuit inſtitui: nam & in ſententia diui Marci[l], potuit mater ſimpliciter filijs legare, & in conſilio Galli Aquilij, potuit teſtator ſimpliciter inſtituere, & tamen caſus mortis ad deportationẽ emancipationemq́ producitur. Igitur ut pugnantia ſubmoueamus, ſciendum eſt, omnẽ hanc materiam à coniectura mentis teſtatoris uim & robur accipere[m]. Et ideo ubi probabilis huiuſmodi coniectura eſt, ad caſum omiſſum fit extenſio, ſiue uoluntaria, ſiue neceſſaria ſit conditio: promptius tamẽ in neceſſaria ſumitur hæc præſumptio, quòd in ea ſolum effectum reſpiciamus. Vnde in hoc Pomponij reſponſo, cũ non ſatis conſtat, quæ mens patrisfam. eſſet, à uerbis non debuit recedi, qui fortè alterum caſum expreſſit, quia magis hoc animo ſuo ſedebat, ut ſuperius oſtendi: nam ſi propter neceſſitatẽ inſtitutionis motus fuiſſet, quid oportuit alterũ caſum omittere? & dum anxie moroſus eſt, alterum exprimere? cum ſatis illi fuiſſet, ſi ſimpliciter eum qui naſcetur inſtituiſſet? Iure igitur qui alterum dixit, de altero potius negaſſe cenſebitur[n]. Quod & in ea ſpecie cenſendum, cum teſtator ſic uerba cõcepit: Si quis filius mihi poſt mortem filij mei impuberis naſcetur[o]: indicatur enim mens patris nolentis hunc cum filio iam nato ſimul admitti, unde conditio ad eum caſum non producitur, ſed potius tabulæ teſtamenti præteritione rumpuntur. Cuius rei alia quoq́ exempla afferri poſſent[p], niſi prædicta ſat, ſuperq́ eſſe arbitrarer. Sed quid ſi limitatiua, ut ita dicam, dictione uſus ſit teſtator? exempli cauſa: Si filij mihi naſcẽtur, hæredes ſunto, & ſi ſine liberis deceſſerint, tunc Sempronius hæres eſto: nemine nato, reſponſum eſt, ſubſtitutum non admitti, propter dictionem tunc, quæ ita reſtringit, ut ad caſum omiſſum productio fieri nequeat, & ita hanc uocem pleriq́ reſponſis ſuis declararunt, Anch. Socynus: Decius[q], & ſi qui alij. Nam & uulgaris ſubſtitutio, cui taxatiua dictio adiecta proponatur, pupillarem in ſe nullam habet, ut ferè receptius eſt[r]. Sed nobis dubia uidetur horum ſententia, cum Galli Aquilij uerba ſic concepta ſint: Qui nepos me mortuo intra X. menſes naſcetur, tunc &c. tamen in eis fit extenſio, & ad caſus omiſſos & ad tempora. Item uulgaris ſubſtitutio hac formula concipitur: Si Titius hæres non erit, tunc Seius eſto[s]: & tamen pupillarem in ſe habet. Alij[t] non hanc uim illi dictioni attribuunt, ſed geminationi, ut cum dictum eſt, tunc & eo caſu. Sed & hæc opinio ueriſimilis nõ eſt: Quis enim credat dictis iuribus locum non futurum, ſi præter aduerbium illud temporis, adiectum quoq́ fuiſſet eo caſu? Mihi certe non fit ueriſimile: cum enim teſtator eo caſu dicit, per argumentum à contrario ſenſu uidetur cæteros caſus excludere: quod argumentum ex coniectura ſumitur, & ideo in primis coniectura ſpectanda eſt, quia una præſumptio aliam tollit[u]. Et ex his illa decidi cõtrouerſia poteſt: Teſtator uentrem uxoris inſtituit, ſi maſculum pareret, eiq́ Seium ſubſtituit, & ſi fœminam uel neminem, Ptochotrophiũ: uxor in puerperio cæſo uentre, extractoq́ fœtu maſculo deceſſit, qui etiam aliquantulum ſuperuixit: Queritur, an Seius admitti poſſit?

k d. l. cõmodiſſ.
l d. l. mulier.
m l. in conditionibus. de cõd. & dem.
n l. maritus. de proc.
o l. ſi pater filiũ. de uulg.
p l. ſi ita quis. de uulg.
q Dec. 332. Socy. 258.
r Alex. l. quãuis C. de impub.
s l. j. de uulg.
t Dec. cõſ. 315.
u l. diuus. de in int. reſt.

Et uidebatur pleriſq; excludendũ,non enim maſculũ peperit, cui cæſo uẽtre infans extractus eſt[x].Sed tamen cum hæc conditio,ſi maſculũ pepererit,neceſſaria ſit,propius eſt effectum conſiderari,& ſubſtitutioni locũ eſſe:idq; crebriore calculo approbatum eſt[y]. Rurſus & illa uetus quæſtio definiri poteſt: Teſtator uxori uſumfructum reliquit,ſi uidua permanſerit,& poſt eius mortem Titio: uxor ſecũdo nupſit, diſceptatur inter Titium & hæredẽ,utrius, donec uxor morietur, uſusfructus eſſe debeat:& frequentior ea uidetur ſententia[z],ut ſtatim Titius uſumfructum habeat, ut cõditio mortis etiam ad ſecundas nuptias porrigatur, cum huiuſmodi dilatio in fauorem uxoris adiecta,hæredi prodeſſe non debeat[a]: unde ſi ad ſecundas nuptias properauerit,legatario locum faciet. Sed hæc me deciſio dubium ancipitemq; reddit:cum enim teſtator in conditione poſuerit,ſi uidua permaneret,ſatis id cogitaſſe uidetur,potuiſſe eam ſecundo nubere: unde cum Titium nõ niſi poſt eius mortem uocauerit,manifeſte apparet,in caſum nuptiarũ uoluiſſe interim excludi:ſicut aliàs quoq; traditum eſt,cum teſtator in cõditione filios maſculos ſcripſiſſet,ſi deinde in alia ſubſtitutione filiorũ ſimplicem mentionem faciat, non cenſeri de maſculis tantum egiſſe[b]:cum enim eorũ rationem ſemel duxerit,ſi de maſculis quoq; alio in loco ſenſiſſet,utiq; & tunc expreſſiſſet[c]. Nam & diui Marci ſententia non tam cõmunem ſententiam adiuuat,q̃ proſternit expugnatq;:In ea enim mater mortis caſum expreſſerat,quia nõ crediderat fore ut pater eos emãciparet[d]:ſi igit credidiſſet id futurũ,caſus pro omiſſo haberetur. At in hac quæſtione, cogitauit teſtator eam ſecundo nupturã,igitur omiſſus eſt caſus:hincq; apparet, nõ ſolius uxoris cauſa dilationem adiectam,ſed hæredis quoq;,cuius utilitati in caſu omiſſo proſpexit[e].Quapropter nõ temere arbitror hoc caſu à uerbis recedendum, adhærẽdumq; regulæ, qua proditũ eſt,pœnam priuationis à teſtatore iuſſam, ad hæredẽ potius q̃ ad eum cuius fauore indicitur pertinere[f]. Communẽ igitur in hac quæſtione ſententiam minime ſequẽdam cenſerem,cum uxor ipſa iuuenis eſſet,& quam ueriſimiliter potuit teſtator credere aliũ thorum appetituram. Sed & ſi in legato diceretur, poſt mortem uxoris,tunc & eo caſu Titio uſumfructũ,clarius eſſet,propter uim geminatiõis, interim illi non deberi[g]: Quod & ferè receptius eſt. Sed quid ẽ conuerſo ſtatuẽdum? Reliquit uxori uſumfructũ,ſi uidua permaneret,& ſi alias nuptias celebraret,Titio: non celebrauit,ſed perijt,Titius ne admittetur? Et admitti futilibus quibuſdam rationibus Socynus reſpondit[h],ſed idẽ alibi alia ſentit:puto enim uerius eſſe, eum nõ admitti:cũ non euenerit cõditio,unde meritò hæredi remanebit, diſſimilis enim eſt nuptiarũ mortiſq; caſus. QVARTA principalis regula eſt: Conditionẽ ſpontaneam præciſe & ad unguem ſeruari,nec ad ſimiles caſus extẽdi debere. Vnde cõditio,ſi ſeruo dederit[i],ad dominum nõ prorogabitur:& conditio,ut hæredi detur, non eã interpretationem accipiet,ut fideicõmiſſarijs dari poſſit:debet enim factum ipſum obſeruari,ut ſi quis incapaci dare iuſſus ſit,det, licet nũmos accipientis nõ faciat[k].Et cõditio ſi deceſſerit ſine liberis,non deficit,ſi liberos ſuperſtites relinquat,licet mox decedãt,uel ſuccedere nolint,aut nõ poſſint[l]:ſeruatur enim conditio uti ad literã ſcripta eſt,nec fit extẽſio.Cui etiã rei illud accedit,quod ex ea actus indiuiduus redditur[m],alioqui nõ diceretur in ſpecie obſeruata. Non procedit axioma hoc,quãdo actus per omnia ex diſpoſitione legis exæquatur, ſubrogaturq; illi quẽ teſtator expreſſit.Quapropter cõditio de hærede, in bonorũ poſſeſſore locum tenet[n], quoniam is & nomine & effectu hæres exiſtimatur.Eadem etiam in eo,cui Prætor contra tabulas bonorũ poſſeſſionem dedit,obſeruabitur[o].Item in hærede quoq; hære-

dis,

x l.anniculus.§.fi.j.eo.
y Alexã.l. quod dicitur.de lib. & poſt.
z d.l.mulier.
a l.à filia.l. alũno. ad Treb.
b Iaſ.l. qui filiabus.de leg.j.
c l.j. §. ſinautẽ ad def. C. de cad.toll.
d d.l.mulier. uerſ.quæ qa.
e l.uxori uſumfruct.uillæ.de uſufr.leg.
f l.uxorẽ.§.hæres.de leg.iij.
g d.l.uxori.
h Socy.conſil. 30.in 3.
i l.q hæredi &.§.j.de cõdi.
k l.Mæuius.e.t.
l l.filiusfa.§.cũ quis.de leg.j.
m l.cui fundus. de condi.
n l.in cõditionibus.§ patronus.eo.tit.
o l.is qui.§.fin. de leg.præſt.

dis,nam & is hæres cenſetur[p]. Sed & in eo cui libertatis cauſa bona ex diui Marci cõſtitutione adijciuntur,idem reſpõſum eſt[q].Sic conditioni, ut pupillo detur ſatiſfaciet,qui tutori dederit,quoniã is pro pupillo accipit[r], imò cautius ei ſoluitur. Sic illa uerba,ſi centum ſoluerit,accipiuntur uel compenſauerit: Qui enim compenſat, ſoluit,id eſt liberat[s].Adde quod cui compenſatur iuſte contradicere nõ poſſet, cum per eum ſtet quominus ſoluatur:dicet enim debitor,ſi mihi ſoluiſſes,& ego tibi conditionem adimpleſſem[t].Sic & eadem cõditio per acceptilationem obſeruatur,quoniam acceptilatio diſpoſitione legis ſolutio eſt[u]:Quæ tamẽ omnia intelligẽda ſunt, niſi alia mens ſit teſtatoris,ut quia inter caſum expreſſum & eum qui à lege ſubrogatur aliqua ſit differentia,quæ ueriſimiliter teſtatorem retrahat, ut ea in quæſtione ſupra à nobis dictũ eſt,cũ Titio relinquitur ſi hæres ſine filijs legitime natis deceſſerit,nã legitimatus per ſequens matrimoniũ defectum cõditionis nõ inducet.Quod & in ea cõditione cõſtitutum eſt,ſi legitimæ ætatis erit, ut qui ueniã ætatis impetrauerit nihilominus excludatur[x]. Rurſus nõ procedit regula, quando conditio iure adimpleri nõ poteſt, idq; teſtatorem nõ præteribat, ſufficiet enim ſi de facto ſeruetur[y].Quapropter qui filiæ furioſæ fideicõmiſit,ſi ſine liberis decederet, de filijs etiã naturalibus intellexiſſe creditur : cũ furioſa mulier matrimoniũ cõtrahere nequeat, nec filios legitimos habere[z]. Sic qui hæreditariũ ſeruum iuſſus eſt manumittere, & deinde hæres eſſe,ſatis eſt ſi de facto manumittat[a]: de iure enĩ quomodo poteſt, cũ adhuc hæres non ſit? Sic ſi pater ſacerdotis fideicõmittat, ſi deceſſerit abſq; filijs,de naturalibus & legitimis intelligi nõ poterit,cum uxores ducere lege Pontificia ſacerdotes prohibeãtur:& ideo de adoptiuis intelligetur[b],uel ſi monachus ſit,de ipſa eccleſia[c].Nam & illud receptum eſt, ſi pro ſacris celebrãdis centũ teſtator myſtis reliquerit,nec propter diras,abominationesq; Pontificis celebrare illi poſſint, in aliud honeſtæ deprecationis genus erogationẽ cõuertendam[d]. Non procedit tandẽ regula,cum ex coniectura aliqua deprændi poteſt,non modũ, ſed finem ipſum in teſtatoris animaduerſione fuiſſe:tũc enim ſpontalis cõditio à neceſſaria nõ differet. Vnde cõditio,ſi tutela per pubertatem,ſeu per XIIII. annos finiatur,etiã eueniſſe cẽſebitur,ſi morte tutoris finita fuerit[e]:idq; ex coniectura mẽtis teſtatoris.Sic & cõditio,ſi cẽtum Arethuſæ dederis,per aliũ adimpleri põt[f],ſicut & faciendi cõditio,niſi cũ perſonæ electa ſit induſtria.Eódẽ pertinet & illa conditio, ſi me mortuo poſthumus naſcatur,nam ſi teſtator eam adiecit, quòd crederet ſe illa ægritudine moriturũ,nihil oberit,quo minus & qui ſe uiuo naſcetur hæres ſit[g].Cui nõ abſimile,in cõditione,ſi quis prior diem ſuũ ſine filijs obierit,quã receptum eſt,etiam extẽdi, cum poſterior abſq; prole decedat[h].Quarũ definitionũ illa eſt ratio,quod in conditionibus potiſſimũ defunctorum mens ſpectãda ſit.Igitur cũ caſus ueniet,diligenter animaduertẽdum eſt,quæ fuerit teſtatoris ſentẽtia, ut ex ea ad caſum omiſſum uel progrediamur,uel intra cãcellos uerborum conſiſtamus.Decipimur tamen plerũq;,ut Baldus inquit[i],dum ſcrupuloſe nimis & anxie coniecturis ceu exploratis rebus utimur:Quod ut manifeſtius fiat,aliquibus etiã quæſtionibus oſtenſuri ſumus. In primis igit̃ dubitari cõſueuit, an æque in directis ſubſtitutionibus atq; in fideicõmiſſis ad caſum omiſſum fiat extẽſio? Et Pontanus[k] in fideicõmiſſis quidem fieri cenſuit, quod in eis ſola teſtatoris mẽs obſeruetur,in ſubſtitutiõibus uero nõ idẽ eſſe, quòd hæ expreſſis uerbis concipi debeãt[l].Quapropter(inquit) uidemus ſi pluribus hæredibus ſcriptis aliquis poſt mortem omniũ directò ſubſtitutus ſit,non uidentur inuicem hæredes ſubſtituti[m], & tamen in fideicõmiſſo poſt mortẽ omniũ relicto aliud

p *l.paterfam.de uulg.*
q *l.iij.§.ſub cõdit.de fid.lib.*
r *l.ſi fundus.de condi.*
s *l.ſi peculiũ.§.j.l.ſtatuliberi §.j.d' ſtatuli.*
t *l.iij.uerſi.unde.de ſtat.*
u *l.Iulianus.de condi.*
x *l.fin.C.de his qui uen.*
y *l.ex facto.§.ſi quis rog.ij.ad Treb.*
z *l.hæredibus.§.fi.ad Tre.*
a *l.mulier.§.j.de cõd.inſt.*
b *l.ſi qs poſth.de lib.& poſ.*
c *§.ſed hoc præſenti.de ſanct.epiſc.* Capr.cõſ.20.
d *l.legatum.de uſufr.leg.*
e *l.liberto.§.fi.de an.leg.*
f *l.arethuſa.de ſtat.ho.*
g *d.l.fin.C.de poſ.hær.*
h *l.hæredes.§.cũ ita.ad Tre.*
i Bald.l.precibus.C.de impub.
k Roma.d.l.ſi cum dotẽ.
l *l.iubemus.C.de teſta.*
m *l.uel ſingulis.de uulg.*

eſt[n]. In quam ſentẽtiam Dy. Paulusq́; Caſtr. conceſſit. Idem & Socy. quodam reſpõſo[o] cenſuit, hoc potiſſimum argumẽto uſus, q̃ hæredi, cuius nomen incõſulto deletum eſt, Prætor bonorum poſſeſſionẽ non decernit, quia ex coniectura tantum conſtat eum hæredem[p]. In aduerſam penitus ſententiam alij iuere[q], potiusq́; adiuuandam extẽſione directam ſubſtitutionem, q̃ obliquam cenſuerũt: fauorabilior enim directa eſt[r], meritò benignius accipi debet. Nam & Bartolus facilius extendi ad caſum omiſſum conditionem in perſona inſtituti credidit, q̃ in ſubſtitutionibus extẽdatur[s]. Sed has ego opiniones à ueritate longe lateq́; abeſſe arbitror: cum enim omnis ultima uoluntas à mente teſtatoris pendeat, non uidetur inter hos caſus probabilis eſſe differẽtia, ſolumq́; id erit obſeruandum, an mens illa aliquo modo ex uerbis accipi poſſit[t], confutãturq́; maxime ex prædictis axiomatis, quibus apparet nõ recipi cõmuniter huiuſmodi diſtinctionẽ. Quin etiã ueterum probatiſſimi nominatim eam repudiauerũt, ut Bal. Alexã. Aret. Iaſ.[u] Nec uerum eſt in fideicõmiſſo poſt mortẽ relicto cenſeri hæredes inuicẽ ſubſtitutos, niſi nõ ſolum poſt omniũ mortẽ, ſed etiã in tota hæreditate ſubſtitutũ ſit: nõ enim poſſet tota hæreditas per eum qui ultimus moriatur reſtitui, niſi ad eũ peruenerit: perueniſſe autẽ nõ potuit, niſi inuicem factam ſubſtitutionem proponamus. Nulla igitur inter ſubſtitutionẽ fideicommiſſumq́; hoc caſu eſt differẽtia. Nec me mouet, quod ex coniectura Prætor bonorũ poſſeſſionẽ hæredi ſcripto, cuius nomẽ inconſulto deletum eſt, nõ decernit: quia ſatis eſt ei iure ciuili prouiſum eſſe[x]: cõiecturamq́; in hoc ſufficere, prætorij enim edicti uerba huic nõ conueniebãt, quibus ei, qui ſcriptus eſt, bonorũ poſſeſſio datur: at hic ſcriptus nõ dicitur, cũ nomẽ eius deletum ſit. Secũdo quæritur, an ſubſtitutus poſthumo caſu quo ille moriatur, cẽſeatur etiã ſubſtitutus, ſi nõ naſcatur? Et in uulgari ſubſtitutione crebrior eſt ſentẽtia, huiuſmodi quoq; caſu uocatũ cenſeri[y]. Si igitur teſtator filiũ, qui ſibi naſcetur hæredem inſtituit, & ſi hæres erit, & impubes deceſſerit, Caium ſubſtituit, nõ nato filio Caius admittetur[z], idq́; ex ueriſimili mente inductũ eſt. In ſubſtitutione uero fideicõmiſſaria idem quoq; Socynus reſpõdit, cũ nulla ratio differentiæ afferri poſſit[a], Quod enim teſtatorẽ mouit, ut caſu quo adita hæreditate filius decederet ſubſtitutũ cæteris præferret, idem & mouere ueriſimiliter debuit, ſi filius nõ naſceretur: nam, ut inquit Decius[b], quod poſtea re cœpta permittitur, à principio quoq; permittendũ eſt. In quã ſententiã & nos quoq; tranſeundũ putamus. Imò etiã ſi filius naſcatur, & hæres eſſe nolit, adhuc ſubſtitutioni locũ eſſe arbitramur, eadẽ enim ſemper ratio mẽtis ſubeſt. Audẽtius reſpõdit Põtanus, ſubſtitutionẽ ſi filius in rerum natura nõ eſſet, ad caſum quoq; producendã quo uiueret, & impubes decederet[c]. Tertio dubitatũ, Teſtator inſtituit uario modo poſthumos tã maſculos q̃ fœminas, deinde poſthumis, ſi omnes in pupillari ætate moreretur, Amitam ſubſtituit, unus tantũ poſthumus natus & impubes mortuus eſt, an ad Amitã pertinebit hæreditas, an ad matrẽ quæ filio inteſtato legitima eſt hæres? Et Oldr. reſpõdit[d], amitam excludi, cum in caſum plurium naſcẽtium ſubſtituta ſit, unde uno tantum in lucem ædito, caſus pro omiſſo eſt: quod maxime fauore matris ſtatuendum eſt, ne à luctuoſa filij hæreditate reijciatur, cum æquum non ſit tacita cõiectura eam priuari, & in hãc ſententiã plerìq; tranſiuere. Sed uerior eſt aduerſantium opinio[e], ex Pauli reſpõſo, qui his uerbis, cæteri omnes filij filiæq; meæ exhæredes ſunto, recte unicum filiũ exhæredatũ ſcribit[f]. Nã etſi nullus natus eſſet, prædicto caſu receptius eſt[g] ſubſtitutæ amitæ locũ futurũ, idq́; etiã in matris damnum, dum omnino tacita nõ eſſet uulgaris ſubſtitutio, quanto magis unico nato, &

ante

n *l. titia. §. ſcio libertis. de lega. ij.*
o *Socy. conſil. 140. in. j.*
p *l. j. ſi tab. teſt. ext.*
q *Corn. conſil. 320. in 4.*
r *c. ſi pater. de teſta.*
s *Bar. l. gallus. in prin.*
t *l. j. §. ſin autẽ. de hær. inſt.*
u *d. l. uel ſingulis.*
x *l. j. §. ſed ſi legi. de his quæ in teſt.*
y *Ray. in tract. ſubſtit.*
z *l. ſi. C. de iſti. Curt. cõſ. 55.*
a *Socy. conſil. 52. col. 6.*
b *Dec. 227.*
c *Rom. cõſil. 6. Mod. d. l. j. de uulg.*
d *Old. cõſ. 142.*
e *Aret. l. placet de lib. & poſ. Ray. d. §. & quid ſi tantũ.*
f *l. titius. in pri. de lib. & poſ.*
g *Bar. d. l. j. col. antepe. uer. 5.*

ante pubertatem mortuo,excludi non debet:ex mente enim teſtatoris apparet, ma tri ipſi prædilectam fuiſſe amitã[h].Quod & in ea ſpecie à me reſponſum eſt,cũ in inſtitutione teſtator ſe unũ uel plures qui naſcẽtur inſtituere dixiſſet:quàmuis enim in ſubſtitutione ſubijciatur, & caſu quo omnes moriãtur, intelligetur tamen unus uel plures ſecundũ inſtitutionis formã à qua declarationẽ ſubſtitutio accipit[i]. Quarto hæſitatũ eſt,cũ teſtator iuſſiſſet,ſi filij abſq; maſculis morerẽtur,relictis fœminis,hæreditatẽ ſuã in partes tres diuidi,ex quibus una fœminis daretur,duæ Titio & Sempronio,& contigiſſet ut hi filij abſq; maſculis fœminiſque decederẽt, num ſubſtitutioni locus eſſet? Et Decius reſpõdit[k] nõ eſſe,quia deficit cõditio, cum nec fœminas quidẽ ſuperſtites filij reliquerint.At alij aliter crediderũt[l],propter mentẽ teſtatoris: in quã ſententiã & ego pedibus eo.Si enim uoluit teſtator Titium Semproniumq;, etiã in neptũ ſuarũ damnũ admitti, quanto magis eis nõ natis & omni hoc damno ceſſante? Nam & Angelus[m] nõ diſſimili quæſtione cũ omiſſum eſſe hunc caſum ui uerborũ præfatus eſſet, nõ tamen ſe audere aduerſus ſubſtitutos iudiciũ ferre dixit, Quoniã recti conſciẽtia abſterreretur, ne cõtra uoluntatẽ defuncti reſpondeat, quæ in cõditionibus primas partes ſuſtinet. Quinto in hac quoq; ſpecie nõ parũ altercatũ fuit, Teſtator maſculos qui ſibi naſcerent inſtituit,& ſi ſine filijs decederẽt, uxorẽ uulgariter,pupillariter,per fideicõmiſſum ſubſtituit: Si uero nõ naſcerent maſculi,ſed fœminæ, inſtituit uxorẽ,fœminis dotem cõſtituit: Cum nec mares nec fœminæ nati eſſent,reſpõdit Ancharanus,ſubſtitutioni locũ nõ eſſe,uxoremq; excludi[n], quoniã hic caſus omiſſus eſſet.Et quia teſtator caſu naſcẽtium filiorum noluit à luctuoſa eorũ hæreditate matrem excludi,quæ ratio eis non natis,deficit:in quã ſentẽtiam & Fulg.tranſijt[o],quia cum inſtitueret paterfamilias uxorẽ, dotemq; fœminis relinqueret,ueriſimiliter credidit fore, ut ex perſona matris ſua quoq; hæreditas tãdem ad ipſas deuolueretur. Quid ſi teſtator uxorem excitare uoluit ad ſobolis procreationem? nã & conſtat eas ex fœcũditate magis amari, atq; ita recentioribus pleriſq; placuit:mihi hæc ſentẽtia omnino menti teſtatoris aduerſari uiſa eſt, & non parum uerbis. Qui cum uulgariter uxorem ſubſtituerit ſatis eam uidetur potiorem feciſſe, etiam nemine nato:& cum eam uocauerit,etiam excluſis filiabus, quãto magis hoc caſu uocaſſe cenſendus eſt? & quæ ſupra pro Ancharani ſententia inducuntur adeò leuia ſunt,ut ex ſe ipſis ceu folia farfari quod Plautus inquit difflari poſſint. Sexto dubitatũ fuit,Pater filium iuſſit ſi ſine liberis & inteſtatus decederet fundũ Sempronianum Titio dare,hunc fundũ uxori legauerat, filio ſub certa conditione reſtituendum,interim mortuus eſt ſine liberis filius, condito teſtamẽto,num legatum Titio debeatur? Et Socynus deberi reſpondit[p]: Quoniam eam conditionem pater appoſuit:quòd uolebat ut filius de eo prędio poſſet diſponere,quod ubi nõ faceret,quia nollet aut non poſſet,conditio debuit poſſe per æquipollens adimpleri : hoc autem caſu nõ poterat de eo prædio diſponere,quia adhuc ad matrẽ pertinebat, diciturq; is inteſtatus,qui quo ad rem de qua agitur teſtatus non eſt[q]. Sed hæc ſententia ſanè quàm futilis mihi uidetur, cum coniunctim ſub geminis cõditionibus fundus ſit legatus,& altera (nempe quod inteſtatus non deceſſit) defecerit,clarum eſt legatũ nõ deberi[r]:Nec quicquã facit quod de illo fundo teſtari non potuit,quia debuit intelligi fuiſſe legatum caſu quo ad eum perueniſſet, id eſt conditio qua ſibi à iure reſtituẽdus erat iam eueniſſet,unde cum ante eius euentum deceſſerit,euaneſcit legatũ, idq; alij recte probant[s]. Septimo quæritur,pater filium inſtituit,& ſi is ſacerdos efficeretur,iuſſit ut poſt mortem Seio hæreditatem reſtitueret,non eſt initiatus,ſed ſine li-

h Bar.d.§.cum ita.in fi.

i l.j.C.de ĩpub.

k Dec.cõſi.89.

l Ray.& Lãc. d.§.& q d ſi.

m Ang.cõſi.93. in fi.

n Ancha.conſi. 356.

o Fulg.cõſ.49.

p Socy.cõſ.92. in 3.

q §.quod autẽ. de leg.ag.ſuc.

r l.ſi hæredi pl. de cõdi. inſt.

s Ray.d.§.& quid ſi tantũ.

beris deceſſit,an locus erit fideicommiſſo? Alexander reſpondit[t],hæreditatem Seio reſtituendam,quoniam uidetur teſtator ſacerdotij cõditionem appoſuiſſe, propter filiorum defectum,unde ſatis eſt ex æquipollẽti adimpletam. Iaſon cõtra, cum hæc conditio ſpontanea ſit,ergo præciſe obſeruanda,aliàs defeciſſe uidetur. Quid enim ſi liberis ſuperſtitibus ante ſacerdotium ſuſceptis deceſſiſſet, nónne uerba expreſſe Seium admittũt? Mihi hæc Iaſonis ſentẽtia uero propior uidetur,ne facile,cũ ratio in obſcuro ſit,à uerbis recedamus. Poſſent tamen tot coniecturæ mentis adferri, ut Alexãdri opinio præualeret,nec refert cõditionẽ eſſe uoluntariam,quia tum quoq; ex coniectura ad caſum omiſſum protenditur, ut ſupra docui. Octauo quæſtionis fuit: Teſtator fratrẽ hæredẽ inſtituit, & ſi ſe uiuo moreretur, uulgariter & per fideicõmiſſum præfectos ptochotrophij ſubſtituit, deinde mortuus eſt uiuo quidẽ fratre,ſed abſente qui huius rei inſcius relictis liberis & ipſe deceſſit,petebãt à filio hæreditatẽ qui ptochotrophium curabant. Et Fulg. pro eis reſpondit, quoniam illa cõditio,ſi ſe uiuo moreretur,extẽdi ad eum quoq; caſum debuit,quo ſe mortuo ante aditam hæreditatem decederet: Quod & Iaſon probauit[u]. Sed hæc opinio ſanè q̃ ridicula eſt,uulgaris enim illa ſubſtitutio,ſi hæres nõ erit,intelligitur,uel alium hæredẽ nõ fecerit: unde cum in filium frater iſte ius adeundi tranſmiſerit, nõ uideo cur præfecti excludẽdi non ſint,manifeſta enim eſt differentia,ſi uiuo teſtatore decedit,nihil habet quod tranſmittat, meritò præfecti erunt potiores, ſi mortuo teſtatore, tranſmittet. Quid ergo illi aduerſus uerba mentemq; defuncti ſatagunt? Senſere cõmuniter id doctores[x],dum prædicto caſu admitti ſubſtitutum tradiderunt,quãdo frater hæreditatẽ repudiaſſet: tũc enim caſus nõ omnino diſſimiles ſunt,nimirũ innuẽtes,ſi repudiatum non ſit,aliud iuris eſſe. QVINTVM principale axioma eſt, Diſpoſitum in caſibus ſimplicibus, ad mixtũ quoq; porrigitur. In qua re ſciẽdum eſt,tripliciter mixtum id ſolere diſtingui: aut enim in caſu ſimplici diſpoſitũ eſt, cui alia qualitas annexa proponitur: aut in caſu mixto,ſed ſeparabili: aut in mixto inſeparabili,de omnibus igitur uidendũ. Et primo caſu uera eſt regula, diſpoſitũ in caſu ſimplici,in eo quoq; locum habere,cui qualitas addita eſt. Vnde quod de ſenatore ſtatuitur,in eo quoq; ſenatore intelligitur, qui ſe plebeio in adoptionem dedit[y], non enim ideo deſijt ſenator eſſe. Et ſeruis lecticarijs legatis, is qui & lecticarius & coquus eſt debetur[z]: & ſi lege municipali cautum ſit,ut macellarij ſint immunes,is quoq; qui & macellarius & piſcator ſit immunis habebitur[a],& ſi qua ſimilia. Non procedit tamen hæc cõcluſio, quoties qualitas illa ſimplici diſpoſitioni repugnat[b]. Quapropter his quæ uxoris cauſa parata ſunt legatis,ea non continebuntur, quæ patrisfamiliæ promiſcuo quoq; uſu erant[c]. Cum enim maritus principalior ſit,uidetur potius pro uſu ſuo paraſſe,uxoremq; in ſequelã admiſiſſe, nec ſecerni poteſt quid principaliter uxori in eis parauerit,meritò qualitas hæc naturam ſimplicis legati immutat. Sic & conſtitutio Rom. Pontificis,quæ iubet parochiarũ rectores intra annum ſacerdotij gradu inſigniri,alioquin ipſo iure ipſos priuat[d],in rectore cui dignitas adſit,ut quia collegiatæ,ut uocant,eccleſiæ ſit æditiuus,locũ nõ habet: tum quia non ita facile dignitate quiſquam priuãdus ſit,tum quia qualitas addita eſt dignior: unde uix eſt ut iuxta alterius ſimplicis naturam regatur,idq; præſertim cum de pœna agitur. Sic lex Iulia, quæ adulterij crimen quinquennij præſcriptione ſubmoueri ſinit[e],ad adulteriũ,cui inceſtus iungat,non protrahit,qualitas enim illa aggrauat. Hincq; decidi aliquæ quæſtiões poſſunt. Lege municipij mulier abſq; agnati cõſenſu cõtrahere prohibet,num & donare cauſa mortis? Et ꝓhiberi quibuſdã uiſum eſt,

t Alex. conſil. 100. in 4.
u l. cum proponas. C. de hær. inſt.
x Alex. l. j. in 4. col. uerſ. ſcd'o mõ. de uulg.
y l. per adoptionẽ. de adop.
z l. ſeruis urba. §. pe. de le. 3.
a Bal. l. omniũ. Inſt. de act.
b l. cũ ex oratione. §. fin. de exec. tut.
c l. hoc legatũ. de leg. 3.
d c. ſtatutum. de elect. in 6.
e l. uim paſſam. §. præſcripta. de adult.

ſum eſt[f], q̄a huiuſmodi actus dũ fit, formam cõtractus habet, licet poſtq̄ inductus eſt, ultimas potius uolũtates imitet̃[g]. Ipſe in cõtrariã eo partẽ, & Rom. Socynũ, Iaſonemq̄ ſequor: hæc enim qualitas, cauſa mortis, rationẽ contractus immutat: lex em̃ agnati cõſenſum requiſiuit, ne fragilitate ſexus dolis obnoxia eſſet mulier: quæ ratio in hoc cõtractu deficit, qui ex ſimplici uoluntate reuocat̃, & ambulatorius eſt[h]. Quod & in adulto uidemus, cui curator datus ſit, is em̃ ſine curatore nõ contrahet, & tamen non minus cauſa mortis donare prohibet̃, q̃ teſtari, uel codicillos facere[i]. Poſſet ergo prior ſententia ſubſtineri, quando mulier ex lege non ſolum contrahere prohibetur, ſed etiam teſtamentum facere, quo caſu plerique loquũtur. LEX prohibet fundos aliquo cõtractu extraneis alienari, hæres iuſſu teſtatoris extraneo uendidit, an in legem commiſit? Et cum iſte propter iuſſum teſtatoris alienet, propius eſt ut lex de ſimplici loquens, ad hunc caſum non trahatur: hæc enim qualitas, nempe iuſſus teſtatoris, repugnat[k]. LEX concedit priuilegia ſcholaribus, quid in ſcholaſticis ciuibus? Et non uidetur, quia hi amore ſcientiæ non fiunt exules, quæ conſtitutionis Fœderici ratio eſt[l]. Sed tamen in alijs legibus municipalibus, uel aliquorum ordinum humanius eſt arbitrari, priuilegia huiuſmodi fauore ſtudiorum indulgeri, & ideo ciuibus quoq̄ non deneganda. Rurſus quæritur, Comes Palatinus cui illegitimos natalibus reſtituere ius eſt, quendam pleniſſime reſtituit, ab alio citra ſpem ſucceſſionis legitimatum, num id potuerit? Socynus negat[n], quoniam illegitimos reſtituere poterat, is illegitimus ſimpliciter non erat, licet quantum ad hæreditatem patris capeſſendam attineret, pro illegitimo eſſet. Ipſe cõtraria ſentio, cum hæc qualitas diſpoſitionem ſimplicem non mutet, ſed adiuuet potius. Qui em̃ legitimum quo ad perſonam, & quo ad ſucceſſionem facere poteſt, etiam illum quãtum ad bona reſtituere poterit, qui iam quãtum ad perſonam attinet reſtitutus eſt. In ſecundo caſu cum mixta ſunt ſeparabilia, unumquodque ſua natura, ſuoq̄ iure regitur[o]. Quapropter ſi in cõtractu innominato adſit donatio, quatenus donatũ erit, non reuocabitur, quod ſupra eſt, poterit ex pœnitentia ſecundum contractus innominati naturam aboleri[p]. Et ſi ita facta ſit exhæredatio, ſi filius natus natáue erit, exhæres eſto, utriſq̄ natis non rumpitur teſtamentum, quia uterq̄ ſeparatim exhæredatum ſe reperit[q]. Quo fit ut appareat hæc etiam in ſtricta atque odioſa materia obſeruari[r], proprie enim hoc caſu ſub ſimplicibus mixtus continetur[s]. Et ex his conſequens eſt, quod ſi domum quis uẽdiderit modico pretio, ut quod dimidiã iuſtæ æſtimationis non attingeret, quatenus pretium conuentum eſt cenſeatur uenditio, quatenus ſupra pretium ualet, ſit donatio[t], ſi tamẽ actum hoc ſit, & ita frequẽtius receptum eſt: cum enim ſeparationem hæc materia recipiat, utrumq̄ de ſe cenſendum eſt, tametſi alij cõtra[u]. Sic ſi quis plurium artium magiſter ſit, ſub eius artis iudice conuenietur, ob quam in ius uocatur, ad cauſamq̄ actionis attẽdemus[x]. Sic & in hac quæſtione diſcernẽdum eſt, uendo tibi domum acceptis centum aureis, & etiam uinea, quæ alijs centum aureis æſtimatur, quem contractum hunc arbitrabimur? Baldus omnino eſſet uenditionem[y], Romanus omnino eſſe innominatũ contractum cenſuerunt[z]. Ego duos eſſe contractus magis arbitror, & domum partim uenditam, partim permutatam eſſe: quod ſi diſparis ſit ualoris res & pretium, quod maius erit obſeruabimus[a]. Quapropter cum ex conſuetudine dominis directis in permutationibus laudationis pretium non ſoluatur, in uenditionibus ſoluatur, in prædicto caſu non niſi dimidium laudatiui pendetur, quod ſi pars permutata maior ſit, nihil præſtabitur[b], quod & in iure prælationis recipiendum uidetur, cum

& partem

f *Ancha. conſi. 384.*
g *glo. l. j. de dote prælег.*
h *l. ſed interim. §. j. de donat. inter uir.*
i *Bal. l. j. de tut. & cura.*
k *Alexã. l. ſi dignũ. ad. l. fal.*
l *Auth. habita. C. ne fil. pro pat. Bal. Sali. ibi.*
m *l. j. C. de aſſeſ.*
n *Inter conſilia Curt. 18.*
o *l. ſi uiua. in fi. C. de bo. mat.*
p *l. ariſto. de donat.*
q *l. ſi ita. de iniuſto rup.*
r *Corn. cõſi. 66. in. j.*
s *l. ſi ſtatuliber. §. fi. de ſtat.*
t *l. ſi ſpõſus. §. circa. de don. inter uir.*
u *Andr. Sic. l. ij. de uerb. ob.*
x *l. j. §. fi. de tribu.*
y *Bal. in proh. feudo. col. iiij.*
z *Rom. d. l. ariſto.*
a *Bart. d. l. ariſto.*
b *Guid. pap. q. 92. in fin.*

& partem tantum potuiſſet incola uendere,nec ideo dominus in toto iuſte petijſſet
ſe præferri. In tertio caſu cum mixtum ſeparari non poteſt,Primo uidendum eſt,
an proprie ſub ſimplicibus contineatur? Et receptum eſt non contineri[c],ſed ex ſen-
tentia legis tantum ineſſe,non tamen expreſſis ſimplicibus penitus omiſſum hunc
caſum Bartolus cẽſet:indeq́; eſt,quod in fauorabilibus procedet axioma,ut ſub ſim
plicibus de mixto quoq; actum humanitate ſuggerẽte exiſtimemus[d].Quapropter
cũ pater libros legales filio,ſi doctor iuris ciuilis fieret, legauiſſet, & Philoſophicos
ſi in Philoſophia,& utrumq; gradum filius aſſumpſiſſet,utrumq; legatum cõſequi
debere Baldus reſpõdit[e].Sic & Alex. cum lege municipali iuriſdictio in actionibus
in perſonam uni iudici tribueretur, in actiõibus in rem alteri, utrumque de mixtis
poſſe cognoſcere reſpõdit[f],quoniam hic de fauore ordinariæ iuriſdictionis agitur.
Quod tamẽ intellige, niſi huiuſmodi actio in altero præualeat[g].Si tamẽ appareret
nõ niſi in caſibus ſimplicibus uoluiſſe teſtatorem prouidere,mixtumq́; pro omiſſo
haberi,tunc aliud obſeruandum eſſet,cuius rei exemplum apud Bartolum eſt[h]. In
odioſis uero crebrius receptum eſt,ſub ſimplicibus mixtum non contineri, quæ ta-
men ſententia perquàm dubia eſt, cum in exhæredatione contineri ſupra docueri-
mus[i].Nam & legata ſtricte accipiũtur,& tamẽ in eis regula procedit[k].Sic & priui-
legia,quãuis à iure cõmuni deflectant,tamen in eis quoq; regula obſeruabitur[l]. Sic
& edictũ prætoris infamia notans qui binas nuptias uel bina ſponſalia cõtraxerit,
quamuis pœnale,tamẽ ad caſum mixtũ porrigitur[m].Sic in contractibus,ſi uaccam
prægnantẽ tibi uendam,pacto ſi uitulũ pariat, ſit meus, ſi uitulam, ſit tuus, utroq;
nato,ſuũ quilibet habebit[n].Quid cenſendum? & cum mixtum ſeparationẽ recipit,
uel ſimplici annexa eſt qualitas nõ repugnãs,quia tunc proprie ſub ſimplicibus cõ
tinetur nõ dubitauerim in odioſis quoq; regulã procedere. Quapropter & in præ-
dictæ exhæredationis exemplo,& in uaccæ uenditione non puto dubitandum, ex
ui uerborũ caſum mixtum aliquo modo contineri. Sed cum mixtum inſeparabile
eſt,quia ex ſentẽtia legis ſolum ſub ſimplicibus cõtinetur,putarẽ uerius eſſe in odio
ſis non contineri,& crebriorẽ ſententiam ſequerer. Ita tamẽ ut quibus in caſibus ſu-
pra docui in pœnalibus fieri extenſionẽ, in his quoq; caſibus ſimplices ad mixtum
trahantur,& ex his quàm plures quæſtiones finiri poſſunt.Et in primis illa,qua du
bitari conſueuit,an in contractu, quem feudi uulgò appellamus, caſus mixtus ſub
ſimplicibus comprændatur? & Pont.nõ comprændi credidit,cum in contractibus
eius quod omiſſum eſt nulla ratio habeatur[o].Sed in hoc ego diſſentio, feuda enim
beneficia ſunt,unde latam fauorabilemq́; interpretationem accipere debẽt,quapro-
pter in eis appellatione filiorum etiam nepotes continẽtur[p]. Vnde & traditum eſt,
naturam bonæfidei hũc contractum ſeruare[q].Quod maxime admittẽdum, ſi cum
principe initus ſit,omnes enim eius cõtractus propter perſonæ qualitatẽ,in qua bo
nam fidẽ exuberare oportet,bonæ fidei exiſtimãtur[r]. Secũdo dubitatur,an in cõ-
promiſſo cui adiecta ſit pœna,diſpoſitũ in ſimplicibus, ad mixtũ caſum produca-
tur? & Cornæus[s] reſpõdit,non produci:quod tam uerum arbitror, cum ueriſimile
non eſt de caſu mixto à partibus cogitatum. Tertio,an ſi iudex terminum conceſſe
rit cauſa omnium exceptionum dilatoriarum, hæ quoq; comprændantur, quæ li-
cet negotium perimant,tamen interim pro dilatorijs opponuntur[t]? Et aliqui non
comprændi dixerunt, quoniam exceptiones hæ mixtam naturam habent, ideoq;
in materia iudiciorũ,quæ ſtricte accipitur,ſub ſimplicibus contineri nõ debent,qua
tamen in re amplius ipſe quærendum reor. Quarto,an conſuetudo feudalis, qua
maſculi

c l.qd ergo. §. ait.de infa.
d l. ſi ita ſcriptũ.de lib.& poſ.
e Bald.l.fi.C. com.de leg.
f Alex.l.gallus §.ille caſus.
g Segn.cõſ.48.
h Bart.in.l.cum auus.de cond. & dem.
i d.l.ſi ita facta.
k l.titiæ textores.de leg.j.
l l.ij. §.amplius.de exc.tu.
m d.l.quid ergo.
n Bar.l.ſi extraneus.de cond. ob.cau.
o l.quicquid. de uerb.obli.
p cap.j. §. & ſi cliẽtulus.de ali.feu.
q c.j.de bñf.fr.
r Bald. de pace conſt.uerſi.ſi qua uero.
s Corn. conſil. 63.in 2.
t c. paſtoralis. de excep.

maſculi in beneficiarijs illis poſſeſſionibus fœminis præferuntur, in Hermaphrodito locum habeat? Et ſi maſculino ſexu magis incaleſcat, certum eſt conſuetudini locum eſſe[u], at cum planè dubium eſt, utro ſexu ſit potior, reſpōdit Bal. beneficio excludi[x], quòd huiuſmodi cōſuetudo ſtricte accipi debeat. Nec eſt uerisſimile id actū, ut huiuſmodi naturæ ludibria ad ea beneficia admittantur, quæ non niſi nobilibus & ſtrenuis uiris ſolebant indulgeri. Quinto, lex erat, in cauſis motis uel mouendis ſportulæ prius deponantur, quid in cauſa appellationis, quæ mixtam quodammodo naturam habet? non enim cum principali eadem eſt, nec tamē penitus diuerſa[y]. Et Alexander ex facto interrogatus, locum non eſſe legi reſpondit[z], quoniam plebiſcitū id à iuris cōmunis orbita recedit, & ſtricte accipi debet, meritò caſus mixtus non cōtinebitur. Sed ego in primis ad rationem legis attendendum opinor, quæ ſi utroq; caſu eadē ſubſit, fiet extenſio, quod ſupra à nobis traditū eſt. Sexto, lex municipij in cauſis ciuilibus actionem trium menſium ſpatio eximi iubet, in criminalibus duorum termino concludit, quid in actione mixta, quæ ciuilem ſimul capitalemq; controuerſiam contineat? Et Angelus non comprændi ea lege reſpōdit[a], & ideo non niſi ultra triennij metas ſecundū ueterem iuris ſanctionē perimi[b]. Septimo, lex de iudicio ciuili & criminali uerba facit, num in eo iudicio obſeruabitꝛ, quo pœna partim fiſco, partim actori exſolui debet? Et cum tale iudicium ſit mixtum, non comprændi hunc caſum Alexander ſcripſit[c], ſi tamen maior ea ſit pœna quæ fiſco debetur, magis eſt ut criminale potius exiſtimē, ſicut quæ priuato, ciuile erit[d].

Octauo. Comes Palatinus eos qui ex adulterio nati ſunt natalibus reſtituere poteſt, itemq; eos qui ex inceſtu ſunt geniti: quid de eo qui utroq; uitio laborat? Et cū hic de principis beneficio tractetur, materiaq; ſit fauore digna, cēſuerūt pleriq; eum qui adulterio inceſtoq; partu natus ſit, nihilominus legitimū fieri poſſe[e], at alij contra. Qui enim utroq; næuo maculoſus ſit, odioſior cēſeri debet. Cui ergo quod minus eſt conceditur, id cōceſſum nō intelligetur quod plus eſt[f]. Sed ego primā ſententiam, quæ receptior eſt, ſequor. Si enim quis plures filios, quorū aliqui ex adulterio, aliqui ex inceſtu procreati eſſent, ſuſtuliſſet, utiq; omnes hac Comitis indulgētia natalibus reſtitui curare poſſet[g]; & tamē dubium nō eſt, magis deliquiſſe ob delicti iterationē in his omnibus patrem, quàm qui in uno tantū peccauerit. Quapropter ſi delictum parentū reſpiciamus, caſus mixtus minor eſt expreſſis, ſi ad filios ipſos attendamus, cū eorum reſpectu cōceſſio ſit fauorabilis (miſericordia enim digni ſunt, qui alieno laborant uitio[h]) dicendū eſt ad hunc quoq; cōceſſionē extendendā, quia in fauorabilibus fit extēſio, etiam ſi æque tanta ratio nō ſubſit[i]. Nono dubitatur, quoties in aliquo actu duæ qualitates inuicem cōtrariæ concurrunt, conſtat potētiorem attendi[k], quæ nam igitur qualitas ualidior exiſtimabitur? Et in primis quæ dignior erit. Vnde ſi in eadem cauſa ſacerdos ſecularisq; litigent, beneficio initiati etiā profanus fruetur[l]. Sic ſi maior XXV. annis cōmunem cum minore cauſam habeat, & ipſe minoris priuilegio utetur[m]. Sic cum Romanus Pontifex extraordinarium æruſcationis munus quibuſcūq; adminiſtratoribus indixiſſet, non cōprændi Cardinales eius purpuratos reſpōſum eſt[n]: talis enim qualitas, tanq; dignior, cæterorum adminiſtratorum nomendatione eos eximit: qua de re poſſent q̄plurima exēpla adduci, quæ paſſim apud recētiores collecta reperiūtur.[o] Potētior quoq; ea cauſa exiſtimāda eſt, quæ benignior ſit: quaobrem ſi pupillo legatū ſit ea cōditione, ut decē quæ hæredi naturaliter debebat ſolueret, eámque pecuniā hæres acceperit, potius iure obligationis datam, quàm cōditionis adimplendæ cauſa creditur, quia id beni-

u l. quæritur. de ſtat. ho.
x Bald. conſil. 257. in 3.
y Cy. l. inuitus. q. xj. C. de pc.
z Alc. cōſi. 96. in 2.
a Ang. cōſ. 257.
b l. properādū. C. de iudi.
c Alex. in rubr. C. de iudi.
d c. tuæ. de pe.
e Bart. d. l. ij. de uerb.
f l. cui pacto. de ſer. exp.
g l. iij. C. de epi. aud.
h l. lege. C. de nat. lib.
i c. ſi. de. Sym.
k c. per hoc. de hæret. in 6.
l d. l. quæritur.
l. præcipimus. §. hoc eodem. C. de app.
m l. ſi cōem. ff. quem. ſer. a.
n Rom. conſil. 498.
o Fely. c. ſecundo. de iude.

id benignius eſt[p], tum ut legatarij integra legata ex uoluntate defuncti conſequantur,tum ut uideatur pupillus bona fide omne quod debebat reſtituiſſe. Nec me mouet quòd in lege Aquilia,ſi Elephantes uel Cameli occiſi fuerint, fit condemnatio tanquàm iumentis occiſis, cum tamen mixtum ſit genus, natura enim eorum fera eſt. Quæ feritas ſi reſpiceretur,legis Aquiliæ locus non erat[q]; nam id inductum credibile eſt,ut domino Elephantis uel Cameli damnum reſarciatur, quod certe benignius eſt,ne impune in re aliena damnum detur. Rurſus potẽtior ea eſt cauſa, quæ iure cõmuni iuuatur, q̃ꝫ quæ iure ſpeciali uel commentitio ſuſtinetur. Quapropter miles in dubio uoluiſſe ſecundum ius cõmune teſtari magis creditur,quàm militari priuilegio uti[r]. Hinc eſt, quòd ſi lex municipij non permittit aduerſus doctorẽ inquiri,aduerſus uero militem concedit:ſi quis idem & doctor & miles ſit,qui crimine promiſcuo deliquerit,ea reſpicietur qualitas, quæ iuri communi magis accedet[s]. Cauſa quoqꝫ naturalis fortuitæ & extrinſecus accidenti quoties contrarij inuicem effectus erunt præualebit[t],niſi tamẽ aliud ex ſubiecto argumento appareat,ut cum frater miles alium fratrem militem hæredem inſtituit, ex cauſa militiæ,& aucto ob cõtubernium amore reliquiſſe potius creditur,quàm iure ſanguinis, caſtrenſeqꝫ peculium exiſtimabitur[u]:quod arbitror fauore militiæ conſtitutũ. Specialis quoqꝫ cauſa potentior generali exiſtimanda eſt[x], ſicut & cauſa prohibitiua permiſſiuã ſuperat[y],& qualitas quæ nocet magis in animaduerſione eſt,quàm quæ proſit[z]. Vnde ſi ordinis lege cautum ſit,ut nullus doctor poſſit ſcholaſticorum rector eſſe, qui Philoſophiæ doctor ſit,medicinæ uero auditor,legis prohibitione ex Baldi[a] reſpõſo continebitur. Sed & hæc & huiuſmodi ab alijs diffuſius tradita in præſentia non ulterius pertractanda duxi. Et hæc quidem quod ad extenſionem attinet ſatis ſunt. Supereſt ut pauca illi affinia attingamus. Et regula eſt generalis,quod ut agimus nõ ualet,ſaltem eo modo ualere quo facere poſſumus: ea ſub ſe quaſdam ſpecies continet,qualis illa, Si diſpoſitioni impoſſibile aliquid per conditionem addatur,omnia uitiantur[b],ſi per modum, modus reijcitur, diſpoſitio ſubſtinetur. Rurſus alia: qui actus proprie intellectis uerbis non ualet,ex improprietate ſubſtinebitur. Item alia, In ambiguis ea ſemper fit interpretatio,ut actus ualeat potius quàm pereat. Rurſus quarta, Actus nullus,nullius effectus eſt, niſi quòd ex eo quoqꝫ mens teſtatoris declaratur[c],ex qua quandoqꝫ eandem uim habet,atqꝫ ſi ualidus eſſet, ut quando conditionem de facto impleri ſufficit[d], quod ſupra attigimus. Idem in pœnis, quando quis ita ex actu nullo inquietatur,ac ſi ualidus eſſet[e]. Quod & in criminibus quoqꝫ receptum eſt,cum enim iure fieri nequeant, ſequitur ut ſi quis de facto committat, legitimis pœnis ſubijciatur[f]. Sed an actus nullus nomen ſaltem ſeruet? Et non uidetur. Quapropter ſtipulatio nulla,proprie ſtipulatio non eſt[g]: teſtamẽtum nullum, non eſt teſtamentum: ſententia nulla,non eſt ſententia. Sic in citatione, in inſtrumẽto,in ceſſione. Quod procedere Baldus cẽſuit in actibus iuris[h], aliàs actus facti etiã proprie nomen ſeruant,tametſi perperam fiant[i]. Sed quid in contractibus iurisgentium? hi enim facti ſunt: Et uidetur uenditionem nullam, poſſe uenditionem appellari[k]; ſicut & matrimonium nullũ,matrimonium dicitur[l]; quod & in diuortio receptum eſt. Sed cum à iure ciuili fomentum recipiant,uerius reor,non niſi improprie & demõſtrationis cuiuſdam cauſa ſic appellari. His accedit, quòd paria exiſtimantur,non habere,& inutilem habere[m]. Quapropter idem eſſe Accurſius ſcripſit, ſiue mulier maritum non habeat,ſiue habeat quidem,uerum inutilem[n]: ſed hoc ex effectu accipitur,quãtum enim ad uerba attinet,certum eſt maritum habere. Sed de his

ſpeciebus

p l. ſi pupillus. ad le.fal.
q l.ij.in fi.ad l. aquil.
r l.nam ſi.de in iuſt.rup.
s Bald.l.ſi quis dec.C.de fal.
t Bar.l.qui habet.de tut.
u l. cũ allegas. C.de caſt.pe.
x l.ſeruis urba. §.fi.de le.iij.
y l.Sabinus. ff. com. diui.
z l.ſi qs in gratiam.§. fi. ad Syll.
a Bald.in prob. decr. iij.col.
b l.impoßibilis. de uerb.
c l.fi. de reb.e.
d l. mulier.§.j. de cõd.inſt.
e l.ubi. C. de tranſ.
f l.nemo martyres.C.de ſac. ſanc.eccl.
g l.j. §.ſed ſi mihi.de uerb.
h Bal.l.iij.de teſta.tut.
i d.l.mulier.
k l.Labeo.ĩ uer. emerit.j.
l l.qd' Seruius. de cõd.ob ca.
m c.j. de præſc.
n glo.l.fi.C.de plag.

ſpeciebus ſatis eſt. Nunc iſtam principalem declaremus, in qua à Bart. eiuſq; in hoc crebriore calculo recepta ſententia neceſſario recedendum mihi uideo, quòd omnes caſus non compræenderit, & etiam non omnino uera ratione innitatur. Igitur ſciendum, nō generaliter hic nos quærere, utrum actus nullus aliquem effectum pariat, quod ſupra declarauimus, nec de quocūq; effectu nos loqui, ſed de eo tantum, qui actui attentato cōfinis eſt, qualis eſt pactio ſtipulationi, codicilli teſtamēto, fideicommiſſum ſubſtitutioni, actus uiæ, & ſi qua huiuſmodi affinitate quadā iunguntur. In his ergo affirmādum, actum qui ea forma & modo quo agitur nō ualet, in eum qui poſſibilis ſit modū ſubſtineri, ſi modo teſtatoris uel contrahentium uolūtas eiuſmodi præſumatur: nā & hoc credere humanius eſt, & ex eo ſuadetur, quòd ſemper id interpretatione agēdum, ne irriti omnino & eluſorij ſint cōtractus. Quod maxime abſq; dubio procedit, cum expreſſum eſt per partes, mentis ipſorū eſſe, ut omni meliori modo quo poſſunt actus ualeat[o]. Quæ clauſula ſi in tabulis addita ſit, teſtamētum præteritione filij nullū, ſaltem iure codicillorū ſubſtinebitur, & ſi pater filio certam rem reliquerit, propter hanc clauſulam iure inſtitutionis reliquiſſe cenſebitur[p].

Non tamē tanti effectus eſt ut actum ſuſtineat in caſum à partibus nō cogitatum, ut quia deinde inſperatò euenit[q], uel perquā raro accidere ſoleret, nec ſola generalitas uerborum ſufficeret, ſi mens ueriſimiliter ab eo caſu abfuit[r]. Quod in ea ſpecie receptum eſt, cū teſtator ſi nō ualebit teſtamentum iuſſit iure codicillorū obſeruari, præterito enim poſthumo rumpetur, nec in uim quidē fideicōmiſſi poterit ſuſtineri, nō enim ueriſimiliter id uoluit teſtator[s]: poſſunt tamen id agere partes, ut etiā in caſum non prouiſum ualeat, ut cum aliquis ex cauſa quacūq; etiam incognita liberatur[t]; quod tamē adhuc temperatur, ne dolū remiſſum facile credamus[u], & hæc quidem cum mens partiū clara eſt. Cæterum etiā in dubijs, ut prædixi, potius credendū eſt, uoluiſſe partes actum nō omnino inutilē facere, & ideo pro regula affirmandū eſt, huiuſmodi quod geritur prout fieri poteſt ſuſtineri. Quæ regula tunc nō procedit, cum alicuius diſponētium mens aduerſatur: ueluti cū apparet quem uoluiſſe teſtamentū facere, nō enim ſi irritum ſit interpretabimur ſaltē iure codicillorū defendi[x]. Id ea ratiōe nititur, quòd nō uidetur teſtator, qui de toto uoluit diſponere, id egiſſe, ut diuiſa in partes re aliter atq; aliter cēſeatur, qui hæres ex teſtamento eſt ſolidum cōſequitur, qui ex codicillis, partem iure fideicommiſſi, cū aliam partem legitimus hæres directe ex S. C. Trebelliano retineat: quæ diuiſio cum diuerſa ſit ab eo quod teſtator egerat, non arbitrabimur id ſenſiſſe, ut actus in hunc modum ſuſtineatur.

Qua ratione & libertas directa ſeruo alieno in teſtamēto data in uim fideicommiſſi non firmabitur[y]: trāſiret enim in penitus diuerſam ſpeciem, cum per directam ſoli ſeruo prouideatur, per fideicōmiſſariam etiā hæredi propter ius patronatus, quod quidē in bonis teſtatoris nec uere eſt, nec produci quidem poteſt[z], unde & ad extraneos hæredes nō tranſit, quòd ſi in bonis teſtatoris eſſet, nō ita diuerſa ſpecies exiſtimaretur. Qua ratione ſubſtitutio directa, in fideicōmiſſariā quādoq; flectitur: nēpe quoties à principio ceu directa ualere non potuit[a]: ſi enim potuiſſet, quia actus non dicitur irritus qui ualere potuit, non fiet hæc interpretatio[b]. In contractibus quoq; quum aliquē nobis obligamus, regula nō procedet: cum enim non niſi ex utriuſq; partis cōſenſu contractus uim accipiant, nō eſt ueriſimile eum qui obligatur, in alia ſpecie cōſenſurum[c]: quinimo credendū eſt, qui inutiliter ſe obligat, delectari actum inutilem ſe facere, nec creditorē admoniturum[d]. Quapropter dominus pro ſeruo inutiliter fideiubens, quaſi iuſſerit nō obligatur[e]: ſic fideiuſſor eo tēpore datus: quo

g in pe

o l. j. de iure codic.

p Alexā. conſi. 112. in 3.

q Ro. cōſ. 294. Fel. c. cū ſup. de offi. dele.

r l. fiſtulas. §. frumēta. de cōtrah. emp.

s Socy. conſil. 93. in 4.

t Alex. cōſi. 11. in. ij. col. pe.

u l. tres fratres. de pac.

x l. nō codicillū. C. de teſta.

y l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. j.

z Bart. l. j. col. iij. de leg. j.

a l. Scæuola. ad Treb.

b l. uerbis. de uulg.

c l. j. §. ſi qs ita. de uerb. ob.

d l. an inutilis. de accep.

e l. j. §. deniq;. quod iuſſu.

in peculio nihil eſt,niſi ſic acceptus ſit,ut in futurum tempus,quo in peculiõ aliquid erit,obligaretur,fruſtra acceptus cenſebitur[f]. Sic inutiliter tranſigens , non uidetur uoluiſſe ex pacto obligari, quis enim credat aduerſario, qui cum litigatum eſt, uoluiſſe quenquam donare[g]? Cæterum & ubi lex pro forma aliquid requirit, ea non ſeruata, omnino actus perimitur. Vnde ſtipulatio cuius forma ſeruata non ſit, nec in uim pacti quidẽ ualebit[h]: fauore tamen liberationis receptũ eſt, ut ſi acceptilatio inutilis fuit,tacita pactione id actũ uideatur,ne petatur quod Paulus ſcripſit[i]:Non quòd ea tacitũ pactum in ſe habeat (cũ enim acceptilatio cauſa liberatiõis fiat, uinculum obligationis nullũ debet inducere) ſed ex quadã æquitate naturali,qua quis obligatur non petere[k]: & ita ego ſentio,licet alij aliter. Et hæc omnia quidem ex coniectura mentis inducũtur, quæ tempore initi actus fuiſſe præſumitur. Sed quid ſi caſus aliquis deinde ſuperueniat,quem ſi partes euenturum credidiſſent,aliud cõſtituiſſent? Et in hoc breuiter diſtinguendum eſt,cum quæritur, an uoluntas intelligatur rebus ſic ſtantibus:Aut in his loquimur quæ ex unius arbitrio pẽdent, & tũc ſi res incidat in eum caſum in quem ueriſimile ſit eum aliter diſpoſiturũ,mutata uoluntas intelligitur[l]. Qua ratione ſi pater filio tutorem dederit,iſq; improbus factus fuerit,nõ ſequetur magiſtratus iudicium teſtatoris[m],quẽ uerifimile eſt ſi hoc præuidiſſet[n],tutorẽ non fuiſſe huiuſmodi filio daturum. Quo exẽplo & procurator conſtitutus,ſi prodigus,negligens,ſtupidus fiat,reuocatus cenſebitur[o]. Sic legatũ ex inimicitia deinde cõtracta,uel per alienationem reuocatur[p]. Sic teſtamentum natiuitate liberorũ[q]. Sic cum teſtator alienationem fauore pupilli prohibuiſſet,deindeq; cõſtitiſſet pupillo eam expedire,reſpondit Aret. iudicis autoritate uenditionem concedendam[r]. Sic cũ teſtator iuſſiſſet,ne in fundo inſtitutus eo amplius quicq; peteret, cenſuit Bart. ius accreſcẽdi ſublatum non uideri[s]. Sic priuilegia monachis conceſſa, propter exuberantem eorũ numerum reuocantur[t]. Hinc ex facto cũ quidam unicũ filium hæredem ſcripſiſſet, & conſanguineæ puellæ pro dote centum legaſſet,quæ ſumma tempore teſtamenti propter amplas eius facultates minima uideri poterat, deinde ad paupertatem redactus,eodem teſtamẽto deceſſiſſet,legatum arbitrio iudicis moderandum pleriſq; uiſum eſt,ne plus filio extranea puella conſequatur. Aut in cõtractibus loquimur,qui ex duorũ uoluntate interpretationẽ recipiunt, & tunc non intelligetur rebus ſic ſtantibus tantũ facta promiſſio,nec alterius uoluntas mutata quicq; innouabit[u]. Quod tamẽ perpetuum non eſt. Quid enim ſi prior contractus ex errore proceſſiſſet[x]? quid ſi ex fiducia[y]? quid ſi aliqua cauſa hoc ſuaderet,de qua à partibus nihil cogitatum fuiſſet? ut ſi promiſerim tibi gladiũ reſtituere,deinde furens petas[z]. Quapropter & in ſcholaſtico reſponſum eſt,quãuis in aliqua Academia lauream doctoratus,ut uocant,accipere etiam ſub iuriſiurandi religione promiſerit,nihilominus ſi in aliud Gymnaſium tranſeat,& ibi examine facto approbetur,nõ cenſeri periurum[a]. Sed & cõditiones quæ tacite ex natura cõtractus inſunt, ſemper intelliguntur. Si igitur tibi domum locauero,& habere licere promiſero, intelligetur rebus ſic ſe habẽtibus,& penſione interim recepta[b]. Sed & cum lex ex noua cauſa reſciſſionem contractus inducit, uel reuocatoriam actionem concedit, apparet rebus ſic ſe habentibus promiſſum tantũmodo fuiſſe, ut cum quis donat, deinde liberos ſuſcipit,reſcinditur ex Conſtantini reſcripto contractus[c]. Cæterum & quando tacitum pro expreſſo habendum ſit,eodem ferè modo diſtinguitur: in his enim quæ unius ex ſententia conficiuntur,non eſt dubium haberi[d],in contractibus uero non haberi,ſi ab altero tantum id actum ſit[e],ſi ab utroq;, ſecus eſt: tunc enim

idem

f l. eo tpe. uer. ſi. ſed fideiuſſ. de pecul.
g l. ſuus. C. de re pu. hære.
h l. j. §. eũ qui. de cõſt. pec.
i l. ſi unus. §. ſi acceptilatio. de pact.
k Bar. l. ubi. C. de tranſ.
l l. Paulo. §. j. de leg. iij.
m l. mæuia. §. fi. de an. leg.
n l. i cõfirmãdo. de conf. tut.
o l. cum quis. de ſol.
p l. rem legatã.
q auth. ex cauſa.
r Aret. cõſ. 22.
s Bar. l. quoties §. ſi duo. in fi. de hære. inſti.
t c. ſuggeſtum. de dec.
u l. ſicut. C. de act. l. lucius. de euic.
x Barto. l. fi. §. idẽ quæſijt. de condi. ind.
y l. fi. C. de non num. pec.
z 22. q. ij. ne qs.
a Imol. c. inter p. de ren.
b l. quæro. loc.
c l. ſi unquã. C. de reuo. do.
d l. inter ueſtẽ. de aur. & ar.
e l. ſi repetendi. C. de cond. ob cau.

ídem eſt quod in ultimis uolũtatibus diximus, niſi actus in forma peccauerit[f]: cum enim forma ex neceſſitate legis requiratur, uoluntas partium in nulla animaduerſione[g] eſt: idem cum hæc uoluntas probari non poteſt. Sumitur autem probatio ex natura rei: ut quia quod omiſſum eſt ex natura rei, in eum cõtractum accederet[h]: ſumitur & ex cõſuetudine, quæ in actionibus humanis potiſſimã uim habet[i]: ſumitur & ex præfatiõibus, huiuſmodiq; alijs cõiecturis legitimis, quas omnes referre præſentis inſtituti nõ eſt[k]. Sed nunquid tacita hæc diſpoſitio ex lege inducta, an potius ab homine cenſebitur? Et diſcernẽdos tres caſus arbitror: Primus, quoties lex aliquid à partibus actũ præſumit, nec huic partes ipſæ renũtiare poſſunt[m], tũc huiuſmodi legis diſpoſitio, nõ autem hominis cenſebitur. Quapropter ius accreſcendi tametſi ex tacita quoq; teſtatoris mente proueniat, tamen ex legis diſpoſitione magis procedere exiſtimatur[n]: non enim poteſt quis partim teſtatus, partim inteſtatus mori. Sic Bar. in actione tutelæ, diem ex diſpoſitione legis ineſſe, non autem ex hominis credidit[o]: Quoniam ſi partes agerent ut ante diem ea actio oriretur, utiq; fruſtra agerent[p]. Sic idẽ tradidit, procuratorem ad agendum legali diſpoſitione, ad defendendum quoq; cõſtitutum cenſeri: ut enim id faciat, à lege ipſa etiam præter domini uoluntatem adigitur[q]. Sic receptũ eſt, tempus quod à lege iudicatis confeſſiſue indulgetur, tametſi in ſentẽtia iudicis ſit expreſſum[r], pro legali tamẽ dilatatione accipi, cũ in arbitrio iudicis nõ ſit, qualem terminum conſtituat[s]. Nam & generaliter idẽ Bartolus definiuit, illam obligationem à lege deſcendere, cum præter uerisimilem contrahentium uolũtatem inducitur. Quæ enim ex præſumpta uolũtate oritur, hominis obligatio, nõ legis eſt[t]. Nec obeſt ſi quis dixerit, nónne legibus uolũtatem ſuam regere quilibet creditur[u]? Reſpondeo, uerum id eſſe, in his quæ libero partium arbitrio relicta ſunt, alioquin non ſponte facere, ſed legis iuſſu partes creduntur[x]. Quapropter legi Falcidiæ aduerſus uoluntatem teſtatoris locum eſſe ſcriptum eſt[y]: nec enim facere potuit teſtator, quo minus ea lex locum in teſtamento ſuo haberet. Secundus caſus eſt, cũ lex aliquid præſumit cui partes renũtiare poſſunt, & tũc huiuſmodi diſpoſitio hominis nõ legis dicitur: ut quod in mutuo æque bonũ reddatur: in promiſſione dandi Chartagini, tempus quo illuc iri commode poſſit, & ſi qua ſimilia. Senſit hoc & Bartolus[z], dum alias eſſe conditiones tacitas ſcripſit, quæ ex lege deſcẽdunt, alias quæ ex natura rei, alias quæ ex præſumpta uoluntate. Quapropter cum lex Municipalis conſanguineos de controuerſijs compromittere iuberet, ſi compromiſſum fuerit, neceſſario id dicetur factum, nõ ſponte, cum huic legi per alterum renuntiari nequeat: Licet Salycetus & Alexãder hac in re aliter ſenſerint[a]. Ex hoc quoq; conſequens eſt, ut contractui depoſiti clauſula dolum malum abeſſe legis diſpoſitione ineſſe credatur, non ſponte contrahentis[b]: non enim illi renuntiari poteſt, cum dolus malus in futurum remitti nequeat[c]. Tertius caſus eſt, quoties lex abſq; partium reſpectu aliquid inducit, & tunc quoq; diſpoſitio cenſebitur legalis[d]. Qua ratione id quod intereſt, recte pœnam legalem appellauerimus[e], inducitur enim in obligationibus faciendi, ut quanti ea res eſt ſoluendo, debitor liberetur, tametſi de hoc nihil actum ſit. Et hæc ſcitu utilia ſunt, tum quòd mitius cũ lege agitur quàm cum homine, tum etiam quòd diſpoſitioni legis cõtra faciens inſolidum condemnatur, diſpoſitioni uero hominis, pro hæreditarijs portionibus tantum[f]. Poſſent & aliæ differentiæ referri, quas in præſentia recenſere nihil attinet. Poſtremò uidendum eſt, quoniam ſuperius dictum à nobis fuit, non ſolum diſpoſitiones hominum à legalibus differre, ſed inter ipſas quoq; humanas actiones plerũq; non

f *l.j.de uer.obl.*
g *l.iubemus.C. de teſta.*
h *d.l.quæro.*
i *l.quod ſi nolit §.qa aſsidua. de ædil.edi.*
k *d. l. ſi ſeruus pluriũ.§.fi.*
m *l.ſi paterfam. ĩ pri.de adop.*
n *l.ſi in teſtõ.in fi.de uulg.*
o Bart.l.ita ſtipula.j.q.
p *l.cerdonẽ. de oper. lib.*
q Bar.l.non ſolum. de proc.
r *l.4.§.cõdẽnatus. de re iud.*
s *l.ij.eo.tit.*
t Bar.l.ſtip.nõ diuid.q.8.
u *l.quidã cum f. de uerb.*
x *l.iiij.de regu. iur.*
y *l.titia.ad l. fal.*
z Bar.l.quæ extrinſecus. de cõd.& dem.
a *in.l.ſi quis maior.C.de trãſ.*
b Paul.Aret.§. Cato.5.opp.
c *l.iuriſg.§.penul.de pac.*
d Bart.d.l.ſtipulationes.q.8.
e *l.cũ ſtipu.ſi à* Proculo.e.ti.
f *l.in depoſiti. ff.dep.*

parum intereſſe,cur aliud conſtitutũ in ultimis uoluntatibus,aliud in contractibus non raro reperiamus? Exponendum itaq;, quomodo certius hæc quoq; diſcerni queant. Et regulariter ſolet affirmari eodẽ iure ultima morientiũ mãdata, uiuẽtiũq; contractus accipiẽda eſſe,deq; altero ad alterũ,ceu ad ſimilẽ rẽ,interpretatione procedendũ[g],niſi tamẽ diuerſa in his ratio afferat:ea diuerſitas quinq; ut plurimũ cauſis ſolet oriri.Prima,quod in teſtamentis fauorabilior interpretatio,q̃ in contractibus fiat[h]: hinc eſt quod inſtitutis teſtamento filijs, etiã fœminas admitti indubitati iuris eſt:cum tamen, ſi quis pro ſe & filijs emphyteoſim recipiat, maſculos tantum admitti ferè receptius ſit.Eodẽ modo,inſtitutis filijs, dubium nõ eſt nepotes quoq; contineri, cum in cõtractibus contra reſponſum ſit[k]. Sic à legato quod filijs relictũ ſit,monachi nõ excludentur,in quorũ album nomina filij dederint[l]: cum in contractibus huiuſmodi interpretatio minime accipienda uideatur[m]. Sic ſi fidei filio commiſſum ſit,coniectura paternæ pietatis plus dictum,minus ſcriptũ creditur, conditioq; ſi ſine filijs deceſſerit,extrinſecus ſumitur[n]:quod in cõtractu locũ ſibi nõ uendicat.Sic legata domo,aditum quoq; deberi reſpõſum eſt[o] : at uendita,uel familiæ herciſcundæ iudicio diuiſa,non deberi[p]. Sic conditio impoſſibilis ultimas uoluntates non uitiat,ſed ipſa rejcitur[q],cum tamẽ contractus ratos eſſe nõ ſinat[r]. Secunda cauſa eſt,quia ultimæ uoluntates prõptius executioni mittuntur, pluribus enim actionibus in his ſuccurritur,nunc rei uendicatione, nunc pigneratitia ob hypothecam[s],quandoq; & officio iudicis, quod perſecutionẽ uocant.Sed & interdicto plerumq; ſuccurritur poſſeſſionis adipiſcendæ cauſa[t]:quam ob cauſam, & edictũ diui Hadriani olim in uſu erat[u]:quæ omnia in contractibus aliter ſe habent,ex his enim ordinaria actione experiendũ eſt,nullaq; executio prſtatur[x].Eadẽ ratione & illud dicimus,ultimas uoluntates poſtq̃ dies ceſſerit in pendenti eſſe nõ poſſe, cũ in contractibus aliud ſit iuris[y]:unde & illud receptius eſt, legatariũ,qui partem ab altero hærede petierit,non cenſeri ius crediti diuiſiſſe[z], cum in cõtractibus conſtet diuiſionem fieri[a],facilius enim hoc modo teſtatoris uoluntas exitũ habebit[b],nec ſuſpendetur quatenus alius coheres non ſoluat. Sic & ſi tibi ſeruũ arbitratu Seij legauero,eo intra annũ non eligente,nihilominus legatum debebitur, nec ulterius erit expectandum[c], cum in contractibus à perſona non recedatur, longiorq; præſtetur dilatio[d], cui rei conſequens eſt,quod cautioni Mutianæ in contractibus locum non eſſe uulgò traditum eſt[e],cum & debitor in diem ex cauſa legati cauere debeat cum dies uenerit ſe ſoluturum[f]quod in contractibus admiſſum non eſt, niſi magna ex cauſa[g].

Tertia cauſa,quod ultimæ uoluntates ab unius tantum, nempe teſtatoris,iudicio pendent, contractus non niſi omnium contrahentium cõſenſu perficiuntur, in illis igitur ſola defuncti mens in animauerſione eſt:quapropter ſi bona ſua alienari prohibuerit,ex cauſa tamen dotis diſtrahi poterunt[h]: quoniã ueriſimile nõ eſt, uoluiſſe eum à ſe deſcendentes fœminas indotatas agere,quod in prohibitione, quæ in contractu addita ſit, non procedit[i]. Eadem ratione ultima uoluntas poſterior, tametſi non omnino perfecta,priorẽ extinguit[k],cum aliud ſit in cõtractibus[l],ex actu enim inutili uoluntas tamẽ proſpici poteſt,quod in legatis ſolum ſufficit[m]. Item annuum legatum iuris interpretatione plura legata,plures obligationes continet,at ſi annuũ quid dari nobis ſtipulemur,una erit obligatio[n]. Cuius rei ea uidetur ratio, quòd in legatis uoluntatem ſpectamus,quæ præſtationem pluries fieri decreuit,meritò plura ſunt legata:in ſtipulationibus ad formam uerborum attendimus, quæ unica eſt.

Quarta cauſa originẽ à præcedẽti ducit,ea eſt, quod in ultimis uolũtatibus pœnitentiæ,

g l. ita ſtipu. de uerb. obli.
h l. in teſta. de reg. iur.
i l. j. j. co.
k Bart. j. l. liberorũ. Saly. l. ij. C. de iure emph.
l auth. niſi. C. ad Treb.
m Specu. tit. de loc. uerſ. 120.
n l. cũ acutiſſ. C. de fid. ubi Bal. in fi.
o l. teſtatrix. ſi ſer. uend.
p l. in uẽdẽdo. de cõtrah. emp.
q l. j. d'cõd. inſt.
r l impoſſibilis. de uer.
s l. fi. C. com. de leg.
t l. fin. C. de ed. diui Had.
u l. fi. C. quo. bo.
x l. minor cui fid. de min.
y l. receptum com. præ.
z l. ſi ex toto. §. j. de leg. j.
a l. ſi creditores C. de pact.
b l. uel negare. ff. quẽ. teſ. ap.
c l. fi. §. ſed et ſi qs. C. com. de leg.
d l. ſi arbitratu. de uer. obl.
e l. mutianæ. de cõd. & demõ.
f l. inter. l. ſeq. qui ſat. cog.
g l. in omnibus. de iudi.
h auth. res quæ. C. ad. l. fal.
i l. nulla. C. de iur. dot.
k l. legatum ſub cõd. §. fin. de adi. leg.
l l. j. de nouat.
m l. fin. de reb. cred
n l. ſi ſtichũ. §. j. de uerb. ob.

tentiæ,reuocationiq́ locus eſt,cum in contractibus quod factum eſt, infectũ, quod ratum,irritum,altero diſſentiente,fieri non poſſit[o]. Hinc ſi libertus de ſe benemerentem amicum donatione aliqua remunerauerit,nõ fiet cauſa patrono,ut in ſui fraudem id factũ conqueratur[p],cum ſi cauſa mortis dederit,ſecus ſit[q]:quod enim huiuſmodi alienatio ex nutu eius reuocari poſſit facillime fraudis coniecturam tũc accipimus. Sic adoleſcẽs cui curator datus ſit,abſq; eius autoritate cõtrahere non poteſt[r], cum tamen teſtari,legare,cauſa mortis donare poſſit[s]:nec enim hic ullũ ſubeſt periculũ ne damnoſe agat,cum arbitratu ſuo omnia reuocandi ius illi ſit[t]. Quapropter ſi municipali plebiſcito cautũ ſit,ne abſq; agnati cõſenſu mulier contrahat, id tamẽ ualebit,quod donatione cauſa mortis tradiderit,nõ enim legis ratio,ne mulier decipiatur,locũ hoc caſu ſibi uendicat,cum pœnitere poſſit[u]:quo exẽplo & illud quoq; reſponſum fuit,cum conſuetudine quadã peregrinorum facultates quacũq; eorum ultima uolũtate reiecta,ad principem pertinerent, ſi donationis nomine quicq; ab his alienatum eſſet,nõ uideri fraudem fiſco factam[x]: quod eo magis recipiendũ eſt, quoniam illud in confeſſo ſit, diſpoſitionẽ ſtricti iuris in ultima uoluntate inductã, ad contractus minime producendam eſſe[y],nec è conuerſo. Quinta cauſa eſt,quia contractus etiam ex ſummi iuris rigore effectum habent,quòd de re ſua quemlibet diſponere poſſe iuſtum eſt,at ultimæ uolũtates indulgentia ſolum quadam diſpenſationeq́ legis ſuſtinẽtur[z],cum in id tempus earũ effectus cõferatur, quo quis mortuus eſt,nec res amplius ſua eſt:quo fit ut ſuprema hæc iudicia ceu ſpecialius quoddam auxilium à legibus cõſecuta,legum ipſarum naturã magis ꝙ contractum imitentur[a]; quapropter & in legatis,& in legũ iuſſionibus,ſi quicq; factum non ſit addita pœna,ſtatim fieri debet,ne in pœnam incidamus[b]:cũ in contractibus nõ prius pœnæ locus ſit,ꝙ declaratum fuerit amplius fieri non poſſe[c]. Inde quoq; eſt, quòd prohibita à teſtatore alienatione, non magis dominium transferri non poteſt, ꝙ ſi lex expreſſim uetaret[d],cũ tamen in contractu prohibitio eam tranſlationem nõ impediat, ſed in id quod intereſt agendum ſit[e]. Cæterum & cõtraria ratione inſtitutũ eſt,ut anteꝙ ultimæ uolũtates legis fomento conualuerint,contractibus ipſis imbecilliores cẽſeantur:quapropter ante conditionis euentum, in eis tranſmiſſioni locus non eſt[f],cũ ſtipulatio cõditionalis nihilominus ad hæredes tranſeat[g] firmius enim unicuiq; acquiſitũ id cenſetur, quod propria ope conſecutus eſt, ꝙ quod alieno beneficio adipiſcitur[h]:unde alimẽtis mihi ex cõtractu debitis, poſſum ex ſentẽtia mea tranſigere:cum ſi poſtremo alicuius elogio debeantur, abſq; prætoris decreto non poſſim[i]:qua ratione ſunt qui putent,in ambiguo diſiunctiuæ obligatiõis caſu ad legatariũ electionem ſpectare[k],cũ in contractibus ad debitorẽ ipſum pertineat[l]:differentiæq́ rationẽ eſſe, quòd hæredis hac in re dãnum in animaduerſione nõ eſt,qui & de lucro agit,& alieno facto fortunatus eſt, ut cui contigerit (quod Poëta ille ait) Res nõ parta labore,ſed relicta:cui tamen rationi illud obeſſe uidetur,quod traditũ eſt,ſi manumiſſus à domino ſuperſtite ſeruus fuerit,peculiũ illi cõceſſum cẽſeri: ſed ſi teſtamento ab hærede libertas ei legata ſit,nõ cenſeri: quod argumentũ tripliciter bene ſanè diſſoluit Accurſius[m]. Ego etiã illud dici poſſe arbitror, ideo ita cõſtitutũ, ne dominus quicq; illi ulterius impendendi cauſam haberet, ſed peculiũ illi pro alimentis ſufficeret. Siquidẽ & apud Plautũ Epidicus ait,Nouo liberto opus eſt quod pappet. Cui reſpõdet ſenex,Soccos,tunicam,palliũ tibi dabo,præbebo cibum. Sed an potius id inductũ credamus? quoniã qui hæredi ſeruũ relinquit neceſſario relinquit,at in neceſſitatibus nõ ita fit liberalitatis & munificẽtiæ larga interpretatio[n],nã

o *l. ſicut. C. de acti.*
p *l. uiuus. ſi quid in fr. pat.*
q *l. j. §. j. eo. tit.*
r *l. ſi curatorẽ. C. de in int. reſt.*
s *l. aurelio. §. caius. de lib. leg.*
t *l. ſed interim. §. j. de don. inter uir.*
u *Iaſ. l. ij. de lega. j.*
x *d. l. uiuus.*
y *l. nõ dubium. C. de teſta.*
z *l. j. C. de ſac. ſanc. eccle.*
a *§. diſponat. ĩ auth. de nupt.*
b *gloſ. l. j. C. de his qb. ut ind.*
c *d. l. ita ſtip.*
d *l. marcellus. §. res quæ. ad Trebel.*
e *l. ea lege. de cõd. ob cau.*
f *l. j. §. ſin autẽ ſub. C. de cad. tol.*
g *§. ex conditionali. inſt. de uerb. obl.*
h *gl. l. j. C. ſi ad uer. uend.*
i *l. cũ hi. §. plane. de tranſ.*
k *l. Lucio. de leg. ij.*
l *l. plerumq;. in fi. de iur. do.*
m *l. j. C. de pec. eius qui lib.*
n *l. rem legatã. de adim. leg.*

& traditum eſt alienationes quæ teſtamentis fiunt, non ita facile in fraudem cuiuſq; factas uideri, quoniam neceſſario fiant[o] : uulgò enim dicitur, ſuperſtitis eſt mancipium, & morientium ſedes uiui occupant, nec niſi nudos orcus recipit.

o l. ex hoc edicto. de ali. iud. mut. l. reos. de ſolut.

# ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBER QVARTVS.

CVM SVPERIORIBVS libris à nobis de quadruplici uerborum ſignificatione non indiligēter ſit ſcriptum, ſupereſt ut de figuris & tropis aliqua ſubijciamus: quæ cum mixtæ cuiuſdam ſint naturæ, operæ pretium uiſum fuit in hūc locum eas reſeruare, quòd ſat commode nō uidebantur poſſe ſupradictæ diſtinctioni coniungi: nam figurarum quædam ſolum ornatum reſpiciunt, & hæ ad proprietatem ipſam pertinent, imò elegantiorem, & magis perſpicuam orationem, q̄ ex ipſa proprietate deprompta uerba, faciunt: ut meritò Fab. Quintil. ſcripſerit, Quæ bene translata ſint, etiam propria dici ſolere. Quædam ad improprietatē penitus pertinēt, & in uitium orationis inclinant, qualis eſt earum maxima pars, aliæ ab uſu prudentium autoritatem ſumunt, nonnullæ ferè nihil à uerbis mutuantur, ſed ex interpretatione uim omnem accipiunt, ueluti ut plurimum ſunt Parœmiæ. Meritò igitur in ultimum librum recipiendum hunc tractatum cenſui, præſertim cum ſic quoq; gratiorem me rem facturū hiſce opinarer, qui iuris ſcrupuloſitatibus offenſi, in amœniora ſtudia diuertere deſiderant: his enim hic libellus magis arridebit, qui non pauca ex humanioribus ſtudijs contineat, quantaq; ueterum Iureconſultorum in eis diligentia fuerit, declaret. Velim tamē hi ſciant, me non omnino ex Grammaticorum, aut Rhetorum declaratiōibus, ſed craſſiore Minerua, quod noſtratibus doctoribus magis placere depræhendi, huiuſmodi ſchemata & tropos interpretari: & ſicut apud Ennium Neoptolemus Philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe ſed paucis, nam omnino haud placere: ſic & ipſi mihi uideo cum Rhetoribus aliquantiſper conuerſandum eſſe, omnino haud placet: quòd ſi ipſi in hoc argumento à Grammaticorum traditionibus receſſerunt, æquo animo ferre debent, ſi Iureconſultus eos & ipſe non omnino ſequar, ſed aliqua conſultò innouanda duxerim, quæ huic noſtræ profeſſioni magis conducere exiſtimaui. Ex his igitur lōge frequētiſſima eſt quam μεταφοραν id eſt Trāslationem uocant, ſine qua nec quotidianus quidem ſermo cōſiſteret: cum propter uocabulorum anguſtiam ſimilibus plerūq; uti cogamur, uel quia proprium deficiat, uel quia translatū proprio elegantius ſit: ut cū Iureconſulti adulterinam monetam, adulterinam ſcientiā uocant, & adulterari rationes dicunt, id eſt, cōturbari, uel falſò deſcribi[a]. Sic ambulatoriam uolūtatem actionē, legis poteſtatem, ſtipulationē dicimus: ſic uiā aperire, ſic calcem pro fine, cunabula pro initijs plerūq; reperire eſt: hinc anfractus litium antiquare, id eſt extinguere: hinc defloratæ ſpecies, eucleatum ius, fræni temperies, nuda conuentio: ſic in promptu dicimus, ad manum, in pendenti, prima facie, laquei legum: ſic inhiare commodis, quod à lupis translatum eſt: ſic Rempub. florere, dotem & donationem propter nuptias, æquis paſſibus ambulare, tem

a l. j. in fi. de ſer. corr.

re[b],tempora largiri,cauſam capitalem,quæ ad ſtatum pertinet dicimus,& ſi qua ſimilia,quæ nuſquam in quocunq; autorum genere non occurrunt. Ab hac non multum diſtat quæ κατάχρησις, id eſt abuſio dicitur,cū omiſſo proprio & peculiari nomine,aliud apponimus, ut cum lex Iulia adulteriū ſtuprum appellauit, generaliſſimo nomine uſa,cum ſpeciale crimen inſequeretur, meritò Paulus lex inquit Iulia ſtuprum & adulterium (non promiſcue, ut habent uulgati codices) ſed καταχρηστικωτέρως appellat φθοράν. qua figura etiam parricidam dicimus,qui matrem interfecit. Sic & Caius inter geſtum & factum,inquit, καταχρηστικῶς nihil intereſt. Sunt qui generaliter catachreſin definiāt,quæ nomē ſuum proximo accommodet. Metaphoræ quoq; affines ſunt parœmiæ,de quibus ERASMVS ROTERODAMVS locupletiſſimum, & immortalitate dignum opus iam diu ædidit,in quo ſolus uidetur mihi ueteres omnes ſuperaſſe: is eam ſic definiuit: Parœmia eſt celebre dictum, ſcita quapiam nouitate inſigne. Sunt autem in iure id genus quàmplurima adagia,quorum inſigniora uir ille diligentiſſimus perq; elegāter explicauit: qualia ſunt, Glauci & Diomedis permutatio: Nec omnia,nec paſſim, nec ab omnibus: Non ſoli Atridæ uxores amant: Pecunia abſq; peculio fragilis: Officere luminibus: Cum ſacco adire: Manu longa, manu breui: Actum ne agas: Leonina ſocietas: Illotis manibus: Longe lateq;: Sarcta tecta: Ruta cæſa. Cæterum quædā & nos ab eo,fortè conſultò,prætermiſſa annotauimus: quæ quamuis non ita forſan elegantia ſint,non tamen eiuſmodi uiſa fuerunt,ut ſilentio omittenda duceremus. Ea ſunt: HERCVLIS CLYPEVS: in hexaſtico, quod Iuſtinianus ipſis Digeſtis præpoſuit, οἷα τις ἡρακλῆι παναίολον ἀσπίδα τεύξας. dicitur autem de re pulcherrima, & uarijs ornamentis inſigni: ab Heſiodo ſumptum, in opere cuius titulus ἀσπίς. DVPONDII IVVENES: ſtudijs tantum initiati, in procemio, à dupondio nummo, quaſi duobus aſſibus æſtimarentur, ſeu à pondere dupondio, quod & ſtater dicitur, & πεντάδραχμον, ſunt enim adhuc modici ualoris, nos pupillos uulgò dicimus, Eódem pertinent, LYTAE ET PROLYTAE: quo nomine uocantur poſtquam perfecti,abſolutiq; in ea diſciplina fuerint. Sic eodem loco edictum perpetuum,ſparſim,& quaſi PER SATYRAM collectum dicitur, prouerbiali ſchemate, à Satyra lance ex uarijs ferculis nullo ordine collatis compoſita. Vnde & Salluſtius in Iugurtino, Quaſi per Satyram ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur: id eſt non ſeruato ordine,ut ſeniores prius ſententiam rogarentur,ſed uti ipſi Imperatori libuiſſet. Eódem pertinet quod Sabinus à Pomponio[c] Cato ſui tēporis dictus eſt. Sic SATVRNINVM recentiores quidam uice uerſa uulgò dicunt,qui phantaſticas, abſurdaſue opiniones in iure ciuili ſectatur[d]: ab huius nominis Saturnino,quem Vlpianus notat. πρὸς ἔπος, id eſt ad uerbū, prouerbialiter Vlpianus[e] dixit,de his, qui cōgruenter interrogationi ſibi factæ reſpondent, quod à nobis in Diſpunctionibus diffuſius explicatum eſt. Id Cicero RESPONDERE AD ROGATVM dixit,in oratione pro L. Flacco: Nunq; nobis ad rogatum reſpōdent, ſemper accuſatori pluſq; ad rogatum. EREMODICIVM Iuriſconſulti appellant,quoties in iudicijs abſente altera parte ius dicitur. Vnde qui facile,& citra contradicentem uictoria potiuntur,eremodicio potiores dici poſſunt. Lucianus etiam ad calumniatores tranſtulit. Demoſthenes ſeparatim ἐρήμην δίκην appellat. In periuros quoque prouerbiale eſt dictum,Vlpiano autore, προπετῶς μὴ ὄμνυε, temere ne iura[f]: quod illis ſuperindici ſolebat, cum fuſtium uel flagellorum ictibus ſubijcerentur. DVBIVS EVENTVS LITIS ex Scæuola[g] dici ſolet,

b l.fi.C.de don. an.nup.

c l.ij.de orig. iur.

d l.j.de ſenat. Bal.l.j.C.de ſac.ſanc.eccl.

e l.de ætate.§. quod autē. de inter.

f l.ſi diuo.in fi. de iureiur.

g l. quod debe tur.de pec.

ſolet,apudq́ꝫ nos ferè prouerbij loco uſurpatur, apertiſſimamq́ꝫ habet ſignificatio-
*h l.pen.de teſti.* nem. PROBATIONES DE DOMO[h] uocantur nõ tam ſuſpectæ quòd
domeſtici teſtes non recipiantur,q̃ꝫ confeſſiones,& ipſius accuſati rationes, cũ quis
proprio ore conuincitur,& ſuo,quod dicitur,gladio iugulatur:quo ſenſu & Græcũ
adagium accipi poteſt ὄικοθεν ὁ μάρτυς. VESPERTILIONEM appellari in
*i l.ſi ita quis.de euict.* iure[i] apparet eum,qui ne creditoribus ſatisfaciat latitet,& ueſpere tãtum exeat , uel
rationes conturbauerit:opinor ex Aeſopi fabula,qua inter cætera proditur ueſper-
tilionem cum mergo ſocietatem nauticam contraxiſſe,& ſummerſa naui, cũ uterq́ꝫ
decoxiſſet,ueſpertilionem non niſi noctu,metu creditorum uagari,mergũ frequen
ter in undas ſe demittere , mercimonia amiſſa perquirentem:ut proculdubio male
ſentiant qui ueſpillonẽ,uel uerſipellem pro ueſpertilione legunt. Traditur & quã
*k l.ſi iactum.de act.emp.* doq́ꝫ IACTVS RETIS[k] pro re dubia, & mera ſpe,qua plerumq́ꝫ homines
decipiũtur. A MANV quoq́ꝫ uariæ parœmiæ deduci uidẽtur,ut cum dicimus,
de manu in manum,& per manus tradi,& ad manum nõ habere,& extra manum
dimiſiſſe,& manus iniectionem retinuiſſe. Emiſſam quoque manum Modeſtinus
*l l. q̇dã.de ꝓb.* dixit[l], pro cautiõe manu facta. Dicitur & manus pro arte,unde & manus pretium
Caio[m]. DOMVM quoq́ꝫ ſuam unicuiq́ꝫ tutiſſimum refugiũ Caius[n] ſcripſit,ex
*m l.mulieris.ſ.e.* *n l.pleriq́ꝫ.de in ius uoc.* notiſſima teſtudinis opinor fabula, ὄικος φίλος ὄικος ἄριστος. OMNEM fortunam
in ſinu meo habui[o],prouerbialiter etiam dixiſſe uidetur Scæuola,non ſolũ eo ſenſu
*o l.qui teſtamẽtũ.de prob.* quo in manu,id eſt poteſtate habere dicimus,ſed etiam ut occultam, & ſibi ſoli cre-
ditam rẽ oſtenderet:unde & in ſinu gaudere Ciceroni III. Thuſculanarum: q̃ꝫuis
& alio ſenſu alibi accipiatur. ERRONEM quoq́ꝫ,frequenter uagãtem,& rebus
nugatorijs tempora cõſumentem ex Vlpiano[p] dicere poſſumus, metaphora ab er-
*p l.quis ſit.§.erronem.de ædi.ed.* ronibus ſeruis ducta. Ouidius in Epiſtola Sapphus, Nec uos erronẽ tellure admit-
tite noſtrum. Cui non multum abſimilis eſt,& miles qui EMANSOR dicitur,
hoc eſt,ut Modeſtinus interpretatur,qui diu uagatus,ad caſtra reuertitur. FELI-
*q l.cõtinuus.de uerb.obl.* CI DIPLOMATE uti dicuntur[q],qui omnia præpropere agunt:ab his ducto
prouerbio, qui curſu publico per diſpoſitos equos omni tẽpeſtate cõtempta, nocte
*r C.de cur.pub. lib.xij.* dieq́ꝫ iter agunt:quod abſq́ꝫ principis diplomate(tractatoriam recẽtiores Cæſares[r]
appellant) facere minime conceſſum erat , cuius rei præter Iureconſultos Plinius
quoq́ꝫ ad Traianum , & Cornelius Tac.meminerunt. Εν πλάτει quoq́ꝫ frequenter
Iureconſulti[s] dicunt,eo ſenſu quo nos,largo modo,ſolemus dicere, ueteres non ad
*s l.in ſumma.§.itẽ lab.de aq.plu.* liquidum appellabant , id latius à nobis Diſpunctionum libro II. tractatum eſt.
Cui ſignificatione nõ abſimile eſt,quod Vlpianus[t] παχυμερέστερον dixit,id eſt craſſius
*t l.quã tuberonis.de pecul.* & pingui Minerua:quo ſenſu & Aulus Gel.lib. XIIII. cap.I. utitur. PEDEM
*u l.apud.de fid.lib.* IN FOVEA HABERE, id eſt in periculo mortis eſſe.Pomponius[u] dixit his
uerbis:Ego diſcendi cupiditate,quam ſolam uiuendi rationem optimã in octauum
& ſeptuageſimum annum ætatis duxi,memor ſum eius ſententiæ,quam dixiſſe fer
tur Iulianus, & ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere quædam
uellem. COLOR QVAESITVS dicitur[x],cũ id quod uere agimus,ſimula-
*x l.ſed Iul.ff.ad Mac.* tione aliqua obtegimus,ſiue fraudãdæ legis gratia,ſiue alia ex cauſa id fiat: ſolentq́ꝫ
hoc loquendi modo Iureconſulti plerũq́ꝫ uti,metaphora,ut opinor, à Rhetoribus
accepta, qui uerborum coloribus ueritatem plerumq́ꝫ offuſcant. FACTVM
*y l.trãſacta.ſ.e.* TRANSACTVM EST[y],de re finita,& quæ amplius in dubitationẽ deduci
nõ poſſit.Cicer.in Catil.lib.III. atq́ꝫ illud quod faciẽdum primũ fuit, factum atq́ꝫ
tranſactum eſt:translatione ab eo ducta,quòd finis litibus per tranſactiones impo-
natur.

natur. CONNIVENTIBVS OCVLIS Vlpianus ſcripſit[z], id eſt per diſſimulationem, cum is qui uidet, oculos interdum claudit, dum perſpicere non curat. Accurſius ſtricta iuris ciuilis ratione non inſpecta interpretatus eſt. DE PLANO[a] apud eoſdem fieri dicitur, quod facile & absq; cauſæ cognitione conceditur: origine prouerbij à iudicibus ducta, qui grauiores & arduas cauſas pro tribunali ſedentes cognoſcunt: ubi uero deſcenderint, in plano conſtituti, leuiora negotia decidunt. Honorius imperator LEVATO VELO[b] id fieri dixiſſe uidetur: Cum cauſæ, inquit, huiuſmodi leuato uelo cognoſcantur. Quod & ipſum prouerbiali figura non caret. IN FOLLE OFFERRE, Calliſtratus[c] intellexiſſe uidetur eum, qui ad liquidum rationes non reddit: metaphora ab his ducta, qui pecuniam intra marſupium oſtentant, ita tamen, ut nec qualis quatáue ſit agnoſcatur: unde uulgari ſermone circumfertur, in folle merces non emendas.

Illa quoque à prouerbij uſu diſſidere non uidentur, cum OMNI EXCEPTIONE MAIOREM dicimus integerrimæ fidei hominem. ISAVRICVM, pro atroci latrone, à uitio gentis. VSVRAS NAVTICAS, pro centeſimis & magnis. SPARGERE AQVAM, pro demulcere & blandiri, metaphora ab equis ducta. HVMANITVS CONTINGERE, id eſt mori. Sed & eódem pertinet, quod alibi dicitur. SITIENTIBVS agris tuis alienos irrigas[d]. AEQVA quoque LANCE dicimus, & PASSIBVS AEQVIS, de his quæ ſimilia ſunt: unde & lance una trutinare apud eoſdem reperitur. Iuſtinianus etiam κατὰ πόδα fieri dixit, quod alienis ueſtigijs inſiſtere ueteres dicere conſueuerunt, cum quis de ſuo nihil addit, ſed aliena ſolum recitat: unde & VESTIGIIS INHAERERE ductum eſt. Vſurpatur eiuſdem Imperatoris exemplo[e], de re quæ amplius in uſu non ſit, ut AB AVLA RECESSISSE dicamus, translatione ab emeritis Palatinis iudicibus accepta. Idem quoque prouerbialiter loquutus uidetur, cum ſub finem Inſtitutionum, Sufficiat, inquit, hæc ſummo digito, & quaſi per indicem tetigiſſe: ubi Accurſius indicem digitum intelligit: ego poſſe etiam de tabula, ſeu ut Græci dicunt, elencho accipi arbitror. Sed & Gratianus[f] EMENDICATA SVFFRAGIA appellauit, quæ leuiter cauſam adiuuant, ut potentium commendationes, & Ciuitatum in alicuius honorem decreta. Prouerbialiter quoque Gordianus dixit[g], NOXA CAPVT SEQVITVR: quoniam ut Marcus Cato ait, nequiter factum ſemper durat, & reum comitatur. Sic & Ouidius: Pœna poteſt demi, culpa perennis erit. Sed & Conſtantius Imp.[g] SVO MARTE, inquit, cauſæ diſcurrant: id eſt, ſuis uiribus, non autem aliunde accerſitis adminiculis. In iure quoq; pontificio eiuſdem monetæ pleraq; leguntur, quorum aliqua referre non omnino extra rem erit, qualia ſunt: COLLYRIO uno omnibus morbis mederi[h]. FACIBVS ſolem adiuuare[i]: quod de ſuperuacuis & abſurdis dici conſueuit. FALCEM in alienã meſſem mittere[k]: de cognitionem, quæ ad alios pertinet, ſibi arrogantibus. PARIES DEALBATVS, ex Actis Apoſt. pro diſſimulatore, & fœdo homine[l]. LABYRINTHVS, de re confuſa & inexplicabili, unde Labyrinthus erroris[m]. MARGARITAE ante porcos. ALTARE ſpoliat, ut aliud operiat. MINGERE ad parietem. Mus in pera. Serpens in ſinu[m]. Fruſtatim lupus comedit agnũ[n]. Malus choraules bonus ſymphoniacus[o], & ſi qua ſimilia. Cæterũ & uulgò ex Accurſio recentioribusq; interpretibus quædam nobis in uſu ſunt, non omnino indecora, ut quibus ſola uetuſtatis opi

z l. iiij. de manumiß.
a l. ne quicquã. §. de plano. de off. pro.
b l. pen. C. de naufr. lib. xj.
c l. cũ ſeruus. de cond. & de.
d l. præſes. C. de ſer.
e l. ne in arb. C. de arb.
f l. ſinguli. C. de accuſ.
g l. licet. C. an ſer. ex del.
g l. j. C. ne lic. pot.
h 29. diſt. neceſſe.
i 6. q. j. ſi oĩa.
k Cle. uenerabili. de elect.
l 23. q. j. paratus.
m 29. diſt. §. j.
m c. etſi. de iudæis.
n §. quia ergo. 13. q. j.
o 16. q. j. legi.

tis opinio deſit,cætera quæ prouerbio neceſſaria ſunt,abunde ſuperſint: ut cum de re difficili, AFRICANI LEGEM dicimus[n], quòd huius Iureconſulti reſponſa,quæ paſſim in corpore leguntur, obſcura ſint, & interpretatione indigeant. QVID AD RHOMBVM[o]: de his quæ ad collationem admitti non debent,uel nihil ad rem propoſitam faciũt:uidetur à piſce rhombo optimi ſaporis deductum,cuius cognitionem ex Iuuenalis carmine habuit Accurſius. REM non nouam aggredi[p],De his,qui uxores uetulas accipiũt,obiectum riſus cauſa ab auditoribus Bulgaro,cum huiuſmodi uxorem duxiſſet, & mane conſtitutionem, cuius initium illis uerbis conceptum erat,auſpicaretur. OB ſolum punctum caruit Robertus Aſello[q]:Ortum ex hiſtoria,quam Alber.Roſ.recenſet. Robertus opulẽti ſacerdotij,cui aſinus nomen,ut uocant,Abbas erat: cæterum auarus,& inhoſpitalis: quapropter carmen, quod pro foribus monaſterij proſcriptum erat, commutato puncto inuertit,Porta patens eſto nulli:claudaris honeſto.Id cum Pontifex Romanus reſciuiſſet,ſacerdotio hominem priuauit: unde in fabulam uulgi tranſijt, prouerbialeq́ue carmen ortũ,de modico momẽto, rem magnam amittentibus, OVA hodie præſtant,quos lux det craſtina pullis[r]: Vulgare carmẽ repræſentatiõis utilitatem aduerſus procraſtinatores oſtẽdens,quale eſt apud Plautum, Nihili coactio, in Aulularia.Sunt Coactores qui in iure Collectarij dicuntur[s],hi in auctionibus reliqua publicanorũ ſolent emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorum procraſtinationẽ nequiuerunt exigere:ueneunt autem huiuſmodi nomina,cũ mala ſint,modico precio,quod uſu etiamnũ uidemus.Horat.Si præco paruas aut ut fuit ipſe coactor Mercedes ſequerer. Meminit & Suet.in Veſp.itemq́ue Seneca. CVI aduenit unũ nõ aduenit ſolum[t]:prouerbialiter dixit Accurſius,quòd uno ex malo plura conſequantur,unde & Poëtis CATENATI labores dicti. DOMINVS cum rogat præcipit[u], & id habet apertam ſignificationem. QVALIS ueruex,talis offa[x]:uidetur nõ abſimilis ſignificationis eſſe illi, Similes habent labra lactucas: cum par pari refertur. ASINVS ASINVM NON PRAENDIT[y], de æmulatione,quæ inter æquales eſt,cum alteri quis cedere negat,quia paris fuerit cum eo cõditionis. HEBRAEVS NIHIL HEBRAEO, CATILINA CETHEGO[z]: cum idcirco alteri quis obijcere aliquid criminis nequit,quòd & ipſe eodem laboret morbo:nõ abſimile illud Iuuenalis carmẽ,Clodius accuſet mæchos, Catilina Cethegũ. Tempore quiſq; duos lepores ſectatur eodẽ[a],Aut neutrum,aut certe nõ capit ille duos. Vulgatũ carmẽ,illi Ouidiano nõ diſſidens,Pectora noſtra duas nõ admittẽtia curas.Nec item illi Palladæ in Epigr. γευόμενος πάντων οὐδὲν ἔχεις ἴδιον. Omnia qui guſtas nil proprij ſed habes. TANTI offa quanti panis intinctus[b], de his quæ diuerſa exiſtimãtur cũ eadem effectu ſint. Citant & prouerbij nomine ab Accurſio Ouid.illi uerſus,Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,Vicinumq́ue pecus grãdius uber habet.Sicut & ab Iaſone[c] illud Vergilianum, Apparent rari nantes in gurgite uaſto, in materia difficili & latiſſima,ad quã tamen extricandam pauci interpretes acceſſerint.Sed & Picus quoties Bartolũ aut alium magni nominis doctorem inceſſeret,ſolebat hoc Ouid.afferre,A cane nõ magno ſæpe tenetur aper. REVOLVTO MANTELLO, ex uulgari ſermone dixit Accurſius[d],cũ contrarijs exceptionibus q̃s aduerſus diuerſos utitur,ab his ducta metaphora,qui ut ſcenæ ſeruiant,mutant pallium.Et hæc quidẽ quod ad parœmiam attinet ſatis & ſuper,ne de fece(quod ille inquit) haurire uidear.Ad reliquas igitur figuras tranſeundum. APOSIOPESIS. id eſt reticẽtia,apud nos eſt:cum

n Iaſ.l.quæ dotis ſol.mat.
o gl.auth.licet. C.de nat.lib.
p gl.l.rẽ nõ nouã.C.de iudi.
q Alb. indict. punctus.
r l.cum hi.de tranſ.
s l.quiſquis. C. ſi cer.pet.
t gl. in auth.ut iud. ſine quo. uerb. illicito.
u glo.l.j.quod iuſſu.
x gl.l. qđ in hæredẽ.§.eligere.de tribut.
y gl.l.j.§. ueteres.de acqui.poſ.
z gl.l.quoniã. C.de iudæ.
a gl.l.nemo.C. de aſſeſſ.
b Iaſ.l.quæ extrinſecus. de uerb.obl.
c Iaſ.l.re coniũcti.de leg.3.
d gloſ.l.pap.§. ſed nec imp. ff.de inof.teſt.

eſt: cum tacemus, quod dicendum erat, ſed ita tamẽ, ut ſubintelligi poſſit. Hæc apud oratores habet affectum uel iræ, uel ſolicitudinis, uel id genus ſimilẽ, apud nos non item: quare quoties Iurecõſultus quæſtionẽ refert, nec expreſſe decidit, ſi affirmatiue thema proponit, cenſetur etiam affirmatiue decidere: ſi negatiue, cẽſetur & negatiue reſpõdiſſe[e]. Ευδιαδύω, quotiẽs ex duobus unum dicitur, ut Pateris libabat & auro, id eſt pateris aureis. Sic Scæuola[f]: Semiſſem patrimonij & portionis reſtituant, id eſt patrimonij in portiones diuiſi. Sic Iuſtinianus, Exigat quod legitime, uel quod pacto debetur, id eſt legitimo pacto. Cui non abſimile, cum lex, Arguamus, inquit, id eſt arguendo conuincamus[g]. PROLEPSIS, quædam anticipatio, quæ fit ex mẽte defuncti, credentis id aliquo tempore futurum, quod prius acciderat: unde dicitur poſthumus, etiam qui uiuo teſtatore poſt teſtamentum natus eſt[h], Cui non abſimile, cum inſulam appellamus, quæ amplius non eſt, ſed fuit. Sed & ex deſtinatione animi nomen attribuitur: cum dos dicitur, quæ uere dos non fuit[i], ſed deſtinatione tantum: & cum uenderes, interpretamur, id eſt uendere uelles[k]. Cæterum & quandoque diuerſas res præcedentes neutro adiectiuo omnes terminamus, quod Zeugmatis genus eſt, ut cum dicimus, uxori ueſtem, ornamẽta, mundum, aurum, argẽtum, quod eius cauſa paratum eſſet, omne lego[l]: intelligitur legata etiam ueſtis eius cauſa non parata. ANTONOMASIA eſt, cum ius ciuile Romanorũ appellamus, per excellentiam[m] κατ᾽ ἐξοχήν. Sic Vrbs abſolute pro Roma: quæ & quandoq; urbs æterna dicitur[n]. Auſonius, Vrbis ab æternæ deductã rege Quirino: ut errent qui ibi Hectoreæ legunt. SYNECDOCHE, cum pars pro toto: lego portionem domus in qua conſueuimus morari[o], intelligitur etiam de tota, nam & plerumq; de parte ad totum in iure ratiocinamur. Huc pertinet etiam, cum totum pro ſingulis ſui partibus ponimus[p], ut quo anno, pro qua anni portione, pro tempore, id eſt pro quacunque temporis parte: ſic & eodem die dicimus, pro eius diei quacunq; parte. PROTHESIS, ut cum dicimus de dote prælegata: præ abundat[q]. HISTEROLOGIA, conuerſus ordo, ut cum Iureconſultus prius determinat ſecundam quæſtionem quàm primam[r]; dicitur etiam hiſteron proteron. SYNCOPA, cum de medio tollitur, ut hæres meus dare damas eſto, id eſt damnatus, alij tamen damnes legunt, ea ratione qua & copes dicitur copioſus. Sed ego ueterem lectionem magis probo. LYPTOTE, id eſt defectiua, cum minus dicimus plus intelligimus, ut cum Scæuola interrogatus[s], de eo quem mater in actis profeſſa erat ex alio quàm ex marito ſibi natum, reſpõdit ueritati locum ſuperfore, intellexit enim non ſtari dicto matris, & præſumi filium mariti, ſi in domo uicinis ſcientibus natus ſit: idem eſt cum non ademit legatum dicimus[t], id eſt dedit. Eius contraria, AVXESIS, id eſt augmentatiua, ut cum Papin.[u] Huius, inquit, rei fortiſſimum argumentũ eſt, cum loqueretur de argumento à contrario ſenſu, quod tamen plerumq; ſubuertitur: ſic & quandoque euidentiſſimum dicitur, quod ſolis coniecturis conſtat[x]. PLEONASMOS, cum dictio abundat, ut cum quis dicit, ſe oculo uidiſſe monachum[y], cui non multum apud Grammaticos deſſidet, PARELCON, que eſt ſuperflua uocis additio: ſed apud nos frequentior eſt, quæ græce πάρεργον dici poteſt, id eſt, ut ita dicam, otioſitas: cum aliqua dictio uel etiam clauſula additur, quæ minime ad rem de qua agitur, neceſſaria ſit, ita ut etiam ſi ea deſit, nihilominus idem iuris fuerit cõſtituendum[z]: & propterea uulgò ſolet dici, ex uerbis facti narratiuis enuntiatiuis úe non ſumi argumentum[a], niſi in eis ſpecialiter lex deciſionem ſuam conſtituat. Huc pertinent Vlp. uerba[b], quod ait lex

e l. cũ fundus. §. ſeruum. ſi cer. pet.
f l. Lucius. §. Caio. ad S.C. Treb.
g l. iij. §. poſſumus. naut. caup.
h l. iij. §. j. de iniuſt. rup.
i l. ſi ſeruo. ff. de iur. dot.
k l. ſi rẽ. §. ſi cũ mihi. de præſcrip. uer.
l l. hæres. §. uxori. de leg. iij.
m §. ſed ius. Inſti. de iur. nat.
n l. j. C. de ſuar. lib. xj.
o l. uxori. i pri. de leg. iij.
p l. quæ de tota. de rei uen.
q gl. in rubri. de dot. præl.
r l. iij. §. labeo. de incend.
s l. fi. de prob.
t l. legata. de adi. leg.
u l. j. de off. eius.
x l. ſi conſtante ſol. mat.
y 20. q. iij. præſens.
z l. q Romæ. §. Callimachus.
a glo. in. l. j. C. qñ nõ pet.
b l. quod ait lex. de adult.

lex cum filia adulterum depræhenderit otioſum nõ eſt, uoluit enim in ipſa turpitudine depræhendi: quod Solon & Draco dicunt, ἄῤῥητα ἐν ἀῤῥήτοις ἔχοντα id eſt, obſcœna in obſcœnis habentẽ: ueteres tamen codices ἐν ἔργῳ caſtigatius habent. Intelligit Vlpianus otioſum, id eſt (ut nos nõ ſatis eleganter ſolemus dicere) non ſine myſterio: quo ſenſu & Fab. Quintil. frequẽter utitur. Plinius ad Traianum, itemq́ Scæuola[c] otioſam pecuniam dixit repoſitam, ex qua quis lucrum non faceret, aliquando etiã uacua dicitur[d]. EPANODOSIS eſt quædam correctio, ut cum dicimus[e], Stichus imò Pamphilus liber eſto. CAVILLATIO, cum quis ſciẽter falſo argumento utitur[g], aut uerba captat: nam, ut inquit Cicero oratione pro Au. Cecinna, ſermo hercle familiaris, & quotidianus, non cohærebit, ſi uerba inter nos aucupabimur: deniq; imperiũ domeſticum nullũ erit, ſi ſeruulis hoc noſtris cõceſſerimus, ut ad uerba nobis obediant, nõ ad id, quod ex uerbis intelligi poſſit, obtẽperent. Extat & facetus Aeſopi mythologi iocus, qui ſimulans domini iuſſis parere, unicã lentem emit, cũ ille indefinite lẽtem emi mandaſſet. Quintilianus metaphoræ ſpeciem eſſe arbitratur, cũ indefinita pro uniuerſali, ſingulare pro plurali ponitur. HYPERBOLE, exceſſus, ut cũ lex probationes luce clariores requirit[h] uel momẽto fieri iubet, quod ſatis eſt ſi nullo extraneo actu interueniẽte fiat[i]. Item cũ Antonius Imperator ſe totius mũdi dominum dixit[k], qui nec Perſis, nec Scythis, neq; Sarmatis unq; imperauerit. Eódem pertinet & Conſtantij cõſtitutio[l], Qui aderant, inquit, fabriceſes noſtram æternitatẽ, quam hyperbolen Amianus Marcellinus hiſtoriæ lib. XV. irridet. Fit quãdoq; hyperbole etiam diminutionis cauſa, ut cũ locationem dicimus uno nummo fieri, uel cũ fundum appellamus palmũ terræ, cuius rei Accurſius meminit[m]: & hac ratione dicit conſtitutũ, ne ſtipulatio fundi in genere ualeat, quia dando palmum terræ debitor liberaretur, uiderat opinor ipſe Accurſius Ciceronis carmen in ioculari libello, Fundum Varro uocat, quẽ poſſim mittere funda, Ni tamẽ exciderit, qua caua funda patet. Hyperboles exemplum eſt etiam in cõtractibus, ut cum equi uẽditor eum commendans dicit, meliorem eſſe equum, qui ſit in Italia: huiuſmodi enim generalitas tanq; ὑπερβολικῶς dicta nõ obligat, idq́; pleriſq; uidetur. Eſt & ANAPHORA id eſt relatio, cuius uaria exempla in iure habemus, cũ & ipſa uarijs modis fiat, quandoq; enim fit relatio ad eandem dictionem in principio orationis[n], quandoq; non fit ad dictionem, ſed ad tempus, ut cum lex dicit[o], nepotes poſt aui mortem conceptos, illis cognatos dici non proprie, ſed ἀναφορικῶς, quandoq; alijs modis. Eſt & EPANALEPSIS, cum maiore ſignificatione facta repetitio[p], quam ſimpliciter nos geminationem dicimus, & multi effectus eſt, ſiue clauſulam geminatam dicamus, ſiue ſolam uocem, ut ſi princeps iudici dicat, tu tu cognoſcas, non demandabit alij cauſam, ut Baldus putauit[q]. Illud non dubium, geminationem ex interuallo factam, maiorem uim habere, quod & communiter proditum eſt[r]. Eſt & alia geminationis ſpecies, quæ in uitiũ tranſit, & nullius effectus eſt, ut PERISSOLOGIA, id eſt uerborũ adiectio ſuperflua, quam & Conculcationem noſtrates uocant[s], cuius quoq; exẽpla plurima in Iuſtiniani Authenticis habemus. Vlpianus[t], uitium morbumq́; ædiles dixerunt, tollendæ dubitationis gratia ἐκ παραλλήλου, id etiam à Grammaticis τὸ αὐτὸ dicitur. Quãdoq; eorumdem uerborũ inducitur repetitio, quæ BATTOLOGIA eſt, cuius exemplum apud Ouidiũ Metamorph. lib. II. Et me mihi perfide prodis, Me mihi prodis ait. Quandoq; huiuſmodi geminatio diuerſam ſignificationem inducit[u], ut cũ dicimus, qualis qualis, pro qualiſcunq;: ubi ubi, pro ubicunq;. Eſt & quæ NVGATIO dicitur,

c l. qui ſemiſſes. de uſur.
d l. qũtus depo.
e l. ſtichus. de mat. teſt.
g l. j. de reg. cat.
h l. fi. C. de pb.
i d. l. cõtinuus.
k l. deprecatio. ad l. rhod.
l l. ij. C. d'fabr. l. ci.
m l. cũ poſt. §. gener. de iur. dot.
n l. ij. in prin. C. de off. præf. præt.
o l. item. de ſuis & leg.
p l. baliſta. ad Treb.
q Bald. c. fin. de off. deleg.
r Iaſ. l. j. col. 8. de off. eius.
s gloſ. l. lecta. ſi cer. pet.
t l. j. de ædil. ed.
u l. gerit. de acq. hære.

citur[x],cum quis uerbis quidē aliquid dicere uidetur,efficitur uero nihil: ut cum creditor alienationi pignoris conſentit,ſaluo iure ſuo. Eſt etiam PARALLEGE quæ per literarum tranſmutationem fit,ut in eo,qui cum Cratinum ſeruum ſolum haberet,Cratiſto libertatem legauit[y]:ualet enim legatū. Cui non abſimile quod dicitur de eo,qui monumentum inſtar illius,quod erat Pub. Septimij Demetrij fieri iuſſerat,cum ſolum reperiretur,quod erat Pub.Septimij Damæ[z]. Eſt & ſubauditio,qua ſæpe Iureconſultus uel taxatiuam uel augmentatiuam dictionem ſubintelligit:in taxatiua exēplum eſt apud Venuleium[a], cum morbum ſonticum dixit,qui perpetuus noceret,non qui tempore finiretur,ſubauditur tātum.Sed quid ſi ex tempore cum antiquis codicibus legas,id eſt ſtatim? Melius itaq; Vlpianus,furti actionem[b] non dominus rei ſurreptæ, ſed & ipſe habet, intelligitur enim non dominus tantum.Sic Cicero lib.de officijs II. eam orationē ſuſceptam dicit,non de filio,ſed de toto genere:ſubauditur de filio tantum. Augumentatiuæ exemplū eſt apud eundem Vlp.[c] dum ſcripſit,Si duo filij in poteſtate patris ſunt, eorum munera patrem non ſubire:intelligitur enim,maxime ſi in poteſtate, nam nec emancipatorum quidem ſubit.Idem apud Calliſtratum[d]: Scio,inquit, propter rem minimam quemq; non reſtitui,ſi maiori rei præiudicetur: ſubauditur maxime. Eſt & AMPHIBOLOGIA cum ambiguitas oritur, uel ex ſingulis uocibus, uel ex coniunctis, de qua elegantiſſime per Fab. Quintil.lib. VII. noſtri Iureconſulti ſub rubrica de rebus dubijs pleraq; attigere.Huic affinis eſt & ille locus, quem Tractatum ueteres dixerunt[e]:fit,quoties quicquid conſtituerimus uerum eſſe,falſum reperitur,eódem etiam pertinent quæ perplexa dicuntur,quorum exemplum & in ſucceſſionibus,& in ſtipulationibus habemus[f]. Eſt & τμῆσις, id eſt ſectio,cum uox in duas partes diuiditur:ut cum lex iubet[g], ſatis poſſeſſorem dare, uel cum uſu hominem cepiſſe ait, id eſt ſatiſdare,& uſucepiſſe[h]. Eſt & DIALYTON, cum ſine cōiunctione aliqua clauſula conficitur,noſtri appellant ſolutam orationem[i]:figura non ſolum nobis cum Grammaticis communis,ſed etiam cum Rhetoribus. Eſt & quandoque IRONIAM reperire,cum uerba oppoſitum eius indicant,quod nos re uera ſentimus:Latini etiam Diſſimulationem uocant,ut cum lex Pater,inquit,filium exhæredauit[k], maximam ſcilicet ad illum affectionem oſtendens. Videtur & quandoq; Iureconſultus per Oximorum ſeu Gryphum,qui ænigmatis eſt ſpecies,uoluiſſe lectorem morari:ut cum dixit[l],ante diem X. calendarum,& poſt diem X. calendarum:utroq; ſermone XI. dies ſignificatur, quod loco ſuo explicaturus ſum. Eſt etiam παρυπόνοια, cum præter expectationem aliquid reſpondetur, ut promittis centum? tu reſpondes,arma uirumq; cano[m]: eius exēpla apud Ariſtophanem pleraq;. Sed & Plautus in Aſin. Ad pedes quando alligatus es,æquum centupondium,ubi manus manicæ complexæ ſunt,atq; adductæ ad trabem,nec dependens, nec propendēs,quin malus nequamq; ſis:hæc enim uerba,quin malus,nequamq; ſis,ſunt per παρυπόνοιαν dicta.Non multum illi abſimilis ἀπόνοια, cum à propoſito quis cadit, hoc eſt ἀπὸ νοῦ. Malum eſt,inquit Auguſtinus,cadere à propoſito[n], ſed peius ſimulare propoſitum. In id uitium incidiſſe uidetur Modeſtinus, dum ſub rubrica de pignoratitia actione.C.Seium quem prius creditorem appellauerat,debitorem dicit: ſi tamen fidelia ſunt exēplaria. Eſt & TRACTVS, cum uerbo utimur,quod non ſolum ad præſens tempus refertur, ſed futurum quoq; comprehendit, quod Iureconſulti ſolent παρατατικῶς dicere[o],id eſt cū extenſione, unde apud Græcos præteriti imperfecti nomen. Vlpianus Si inteſtatus mortuus eſſet[p], παρατατικῶς non ad

x glo.l. ſi debitor. §.j.qb.mod.pig.
y l.q habebat. de fid.lib.
z l.i teſtamēto. de cōd.& de.
a l.fi.ff.d'ædil. edi.
b l.j.furti aduer.naut.
c l.iij.§.fin.de mun.
d l.ſcio.de in int.reſt.
e l.q cccc.ad.l. fal.
f l.æquiſſi. ad Tertul.l.ſi titij.de uerb.
g l.quod ſi ſpeciali. de min.
h l.ſi poſt acce. de iudi.
i l.ſæpe.j.eo.
k l.cū quidā.C.de lega.
l l.amiculus. j.eo.
m l.quæ extrinſecus.de uerb.
n 22.q.j. certe.
o l.Caius. de pig.act.
p l.j.unde leg.

mortis tempus referuntur. Sed & alibi hæc uerba, neq; defenderetur[q], πραγματικῶς ſcripta ſunt, ut neq; ſufficiat unquam defendiſſe, ſi non duret defenſio, neq; obſit ſi nũc offeratur. Qua ratione, egerit, quandoq; interpretamur, id eſt agere perſeuerauerit. Eſt & Δύναμις, quæ & poſſibilitas. Sabinus[r]. Qui à fideiuſſione petit, τῇ δυνάμει, à reo petit: nam & pleraq; uerba, quæ effectum ſignificant, ad potentiam ſolum referuntur: ut cum lex dicit, Si aqua pluuia noceat, id eſt nocere poſſit[s]. Sic, committũt ſe partes prætori[t], id eſt, committere poſſunt. Sic, competit, id eſt cõpetere poterit[u]. Sic finitum dicitur, quod finiri potuit[x]. Is quoq; modus loquendi ad figuram pertinet, cum præſumptum pro uero ponitur: ut, magnum damnum non eſt in mora modici temporis[y], id eſt eſſe non præſumitur. Et, natus in domo uicinis ſcientibus, eſt filius, id eſt eſſe præſumitur. Et ratio eſt, quoniam præſumptio pro ueritate in iure accipitur[z]. Sed & quandoq; id appellamus eo nomine, quo prima fronte uidetur, licet eiuſmodi non ſit: ut cum lex accuſatum arbitrio iudicis[a], pro innocẽtia perſonæ remittit. Intelligitur enim prima facie innocentem, licet diſcuſſa cauſa reus appareat. Sic & quandoq; ab eo quod fieri debet, quis nomẽ accipit: ut cum dicimus, intelligo, id eſt intelligere debeo[b]. Appellauit propter uiolentiam iudicis[c] id eſt appellare debuit. ALLEGORIAM autem non temere apud Iurecõſultos reperies, cum enim perpetua & remota ſit translatio, apud nos in uſu eſſe nequit, qui ex uerbis uoluntatem conijcimus: alioquin quot capita tot eſſent ſentẽtiæ, uerumq; id carmen faceremus, quod à Iaſone audiui, cum de recẽtioris cuiuſdam in tractatum de pactis interpretationibus ſententiam rogatus eſſet. Campana[d] ſonat, phantaſticus quod ſomniat. Sunt tamen qui huc trahant cum Iureconſultus ait[e], imperium eſt gladij poteſtas: nec enim de fabrili gladio materialiter, ut ita loquar, dicitur, ſed ἀλληγορικῶς de iure puniendi facinoroſos homines. SOLOECISMVS quoq; raro occurrit, tametſi ſunt qui à Solone legumlatore dictũ putent, quod is in legibus ſuis pingui minerua loquutus ſit, noſtri enim autores puri ſermonis obſeruãtiſſimi fuere, niſi quis ſolœcum putet, cũ dixit Vlpianus[f]. Si quis in graui ualetudine affectus: præpoſitio enim abundat. Cunq; Caius teneri uẽditorem ad intereſſe dixit[g], cum in id quod intereſt dicendum fuiſſet. Sed excuſatur exẽplo Græci ſermonis: ſicut & Perſius, Noſtrum iſtud uiuere triſte. Et Verg. Donat habere uiro. Quod & Fab. Quintil. annotauit. Eſt & ſolœci ſpecies, quam ἀντίπτωσιν dicere poſſumus, cum caſus pro caſu ponitur, ut eam quam frater inſtituit[h], nihil prohibet fidei cõmiſſam peti: pro ab ea qua. Cui ſimilis ἀλλόθετα, cum numerus pro numero ponitur, cuius exemplum nõ raro occurrit. BARBARISMVS uero procul omnino abeſt, tametſi uulgari conſuetudini non parum tribuiſſe Iureconſultos appareat, ut cum Liberum pro filio ſingulari numero dixerunt[k]: & exorciſare cãtaminibus mederi, ex uulgari impoſtorum uerbo: & denaria neutro genere[m], ſed utrumq; à Græco acceptum eſt. Quapropter & in Modeſtini reſponſis de excuſatione tutorum, & in Iuſtiniani authenticis non ſpectandam Latinitatem faterer, quandoquidem eos conſtat Græce ſcripſiſſe, eorumq; libros in latinum ſermonem ab homine uerſos, qui nec Græce, nec Latine ſciuerit. Laurẽtius tamen Valla, ut maximæ uir doctrinæ, ita & ſupra uires ſuas audax, nec à Iurecõſultis quidem temperauit, quo minus illis diem diceret, & de uerborum quorundã ſignificatione, ceu Latinæ maieſtatis læſæ, reos faceret, cuius accuſatiõis nouem & uiginti capita breuiter ego cõfutanda duxi: tum ut tantam eius arrogantiam neſcio, certe φιλαυτίαν, aliquatenus retunderẽ: tum ut hi literatores non eſſe temere à noſtris recedendum cognoſcerent, & ueriora à Iurecõſul

q l. iij. ex quib. cau. in poſ.
r l. aduerſus. de arb.
s l. j. in prin. de aq. pl.
t l. j. §. et poſt. de op. no.
u l. ſi qs prioris in princ. C. de ſec. nup.
x l. j. C. de pœnis.
y l. ſi debitori. de iudi.
z l. fi. de prob.
a l. j. de cuſt. re.
b 22. q. 5. quacunq;.
c l. j. §. ſi ipſius q̃ñ ap. ſit.
d l. peluis.
e l. imperiũ. de iur. om. iu.
f l. 5. ad Syll.
g l. qđ ſæpe. in fi. de cõtrah. emp.
h l. eam quã. C. de fideicom.
i l. qui cũ tutoribus. in fi. de tranſ.
k l. ius agnationis. ff. de pac.
l l. j. de uar. cog.
m l. publia. dep.

reconſultis,etiam in alienis profeſſionibus tradi, q́ ipſemet Valla,alioquin Grammaticorum præſtantiſſimus, in propria arte commentari potuerit. Primo Iuſtiniani ſententiam non approbat,noxam appellãtis ipſum quoq́ ſerui corpus quod nocet, noxiam uero maleficium: qua in re & Beroaldum ſectatorem habuit. Ego apud ueteres Noxam à nocendo dictam inuenio,unde præter pœnam etiam Nocumentum ſignificare. Ouid. Sine noxa luce bibuntur. Meritò ergo ſeruus qui nocuit,noxa dici poteſt:ſicut & ἄτη illa Homerica, noxa appellatur. Noxia uero ipſa eſt culpa,ſeu maleficium. Plaut. Bacch. Sat ſic ſuſpectus ſum cum careo noxia. M. Manil. Quin etiam infelix uirtus & noxia felix. Vnde meritò Seruius Vergilium noxam pro noxia dixiſſe ſcripſit: Vnius ob noxam: quo exemplo & alij ueteres ſæpius utuntur, quod & alibi attingam. Secundo Iuſtinianum irridet, qui teſtamentum dixerit,teſtationem mentis eſſe, autoritateq́ Gellij nititur,alioquin & ornamentum,ueſtimentum,pauimentum,idq́ genus ſimilia, à mente deducerentur. Reſpondeo,non etymologiam ibi Iuſtinianus adducit,ſed alluſionẽ,qualem Grammatici paronomaſian, Rhetores pariſon habent, ſolumq́ in ea nominis conformitas ſpectatur: quod & Fab. Quintil. non latuit,cum non ad originem uocis,ſed ad ſoni ſimilitudinem referatur,ut hoc caſu eo melior fuit alluſio, quòd ueritatẽ etiam reſpicit,in teſtamentis enim mens potiſſimum dominatur. Tertio negare uidetur mulieris appellatione uirginem contineri, quod Caius affirmauerat: at ego idem aio,cum ad ſexum hæc uox refertur,quãdoquidem nec etymologia repugnat: cum Lactantio autore à mollicie mulier dicatur. Quarto aduerſari Martianum Vlpiano ait,quòd ille munus recte dici,quodcunq́ donum ſit,hic donum generis nomẽ, munus ſpeciei aſſeruerit: ſed difficillima non eſt reſolutio,cum munus generaliter acceptum,etiam officia & onera comprehendat, tum etiam quamcũq́ largitionem ſignificet, ſiue cum cauſa ſiue abſq́ cauſa,at ſi ſpecialiter pro largitione tantum ponatur,tunc largitionem cum cauſa. Nec mirum eſt eandem uocem & ſpecialiter & generaliter accipi,ut in Iuriſdictione adoptioneq́ dicimus, quam rem,ſicut & alias plerasq́ alibi,nimirum locis ſuis,diffuſius tractabo. Quinto Vlpiani ſententiam confutat,peculium puſillam pecuniam appellantis, confingitq́ abſq́ aliquo autore peculium id eſſe,quod quis induſtria ſua lucratur: at aliter ex autoribus dicẽdum eſt, qui peculium patrimonium teſtatoris appellant: quia olim cẽſus Romanorum in pecore erat, unde & pecunia dicta: cæterum quoniam diminutiua forma peculium profertur, pro parte cenſus accipi cœptũ eſt, qualem ſeruis domini cõcedunt, qualemq́ filijfamilias à patre ſeparatim habent: addit & Celſus,ex cõſuetudine ruſticorum ſenum ſic eam partem patrimonij dici,quam quis in numerato, & ad caſus repentinos repoſitam habet: Græci theſaurum dicũt,quòd repoſita ſit εἰς αὔριον, id eſt in craſtinum, ſeu futurum tempus fruenda: unde & θησαυρίζειν reponere eſt.

*n l. plebs. §. fin. j. eo.*

Sexto in Modeſtinum inuehitur, qui poſſeſſionem dixerit ab agro iuris proprietate diſtare, ridiculumq́ & imperitum eum aſſerit, qui ſubſtantiam rei definire uolens,de qualitate diſſeruerit: at ego Valla reſpondeo,quod alij obijcis uitium,id tibi eſt,qui neſcis ueteres poſſeſſionem appellaſſe fundum per uſucapionẽ acquiſitum, quo caſu non iure dominij in eius uſu defendimur,ſed autoritate legis: atq́ ita in lege XII. tabul. accipi, Feſtus quoq́ Pomp. autor eſt. Vnde apparet,non qualitatem,ſed ſubſtantiam à Modeſtino definiri: quod in eius reſponſi declaratione infra latius oſtendetur. Septimo in Nouali uiſus eſt à Paulo diſſentire,dũ terram proſciſſam eſſe,quæ anno ceſſet, Paulus ait: Valla etiam Nouale dici,aruum nuper,&

cum magna cura,ad culturam redactum: ſed & id opinor non negaſſet Paulus.
Octauo Librum interpretatur partem operis,utputa XII. ſunt libri Aeneidos, Volumē uero minus eſſe libro,ex Plinij autoritate,Qui tres,inquit,libri ſunt in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſi:& ideo Vlpiani ſententiam confutat, qui, Si centum,inquit, libri legati ſint, centum uolumina ei dabimus, non centum quæ quis ingenio ſuo metitus eſt, ut Homeri XLVIII. Sed ſciendum eſt,non de ſignificatione uerbi agere Vlpianum,ſed de mēte defuncti: quam nemo eſt tam à naturali ratione abhorrens,qui probaturus non ſit talem eſſe,qualem Vlpianus credidit:quòd ſi in modo loquendi eum Valla reprobat,recte Iurecōſultum loquutum aſſero,& quid ſibi uellet neſciuiſſe Vallam:ſiquidem ſolebant Veteres in pugillaribus ſcribere,quos inuolutos, & duobus incluſos umbelicis manu geſtabant, unde & enchiridia Græcis dicuntur,nobis à pugno pugillares,& ab inuolutione uolumina:fiebant autem non ſecundum librorum diſtinctionem, ſed ſecundum geſtantis commoditatem,quod ſatis Plinius ipſe oſtendit. Cum igitur Vlpianus non de diuiſione librorum ab autore facta, legatum illud ex mente teſtatoris intelligeret, ſed ex diuiſione, quam teſtator in concinnando unicoq; corpori cōglutinando fecerat, dixit XLVIII. libros,id eſt unum Homeri uolumen, pro libro accipiendos, nimirum uoluminis uoce metaphoricos uſus, ut ſicut unum corpus in pugillaribus, etiam non obſeruata autoris in libros diuiſione, uolumen dicitur: ita in codicibus, cum aſſerculis tabellisúe concinnatis unum corpus etiam uolumē dicitur, cum nec etymologia repugnet, unica enim inuolutione conſtat: quòd ſi probatur Vergilij Valerijq; Max.loquutio,qui uolumen in cauda ſerpentis dixerunt, quanto magis probandus eſt Iureconſulti ſermo, propter maiorem rei affinitatem longe clarior, cum & Cicero librum pro corpore accepiſſe uideatur, Epiſtolarum ad Quint. fratrem libro II. Sed utros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſq; neſcio. Nono probrum & opprobrium Vlpianus idem eſt inquit: Valla Probrum ipſum dedecus eſſe,Opprobrium dedecoris exprobrationem, nō tamen negat & apud Ciceronem ad Att. & apud Liuium probrum etiam pro ipſa dedecoris exprobratione poni:unde ſatis defenditur Vlpianus,qui non generalem definitionem horum uerborum poſuit,ſed in edicto prætoris declarauit idem ſignificare.
Decimo Modeſtinum inſectatur,qui adulterium in nuptam committi, ſtuprum in uiduam,uirginem,puerúmue ſcripſit:nam exiſtimat Valla, etiam adulteriū ſtuprum dici poſſe autoritate Quintiliani. Sed ut ego non negauerim generalius eſſe ſtupri nomen,ut quod à turpitudine dicatur,unde & Plautus Amphitr. Stupri dedecoris à uiro argutam meo:ita Modeſtini uerba nō recte intellecta affirmauerim, cum enim concubitus cum nupta ſpeciale adulterij nomen habeat, non fuiſſet ſatis generali ſtupri uoce uti,id enim proprie dicitur,quod peculiari, & ſibi tantum conuenienti uoce appellatur,unde & Propriū pro peculiari doctiores accipiunt,Verg. Hunc mihi da proprium uirgo ſata nocte laborem. Quintilianus quoq; optime id propriū interpretatur,quo nihil inueniri poteſt ſignificantius.Qua ratione & Vndecimum accuſationis caput non conſiſtit,dum Paulum damnat, qui parētes uſq; ad tritauos proprio uocabulo dici aſſeruit, ulteriores uerò maiorum appellatione contineri:nam ꝗuis etiam maior dicatur pater,auus, proauus: tamen hoc non eſt proprio,id eſt ipſis tantum conuenienti nomine,ſed generali: Iureconſultus autem de proprio uocabulo agit. Duodecimo Vlpianum improbat,qui dixerit non dubium eſſe,quin ſtragula ueſtis ſit omne pallium,ſed incidit Valla in deprauatos codices:

dices: Vlpianus enim non omne pallium, ſed omne περίστρωμα ſcripſit: certiſſimum autem eſt Græce ſic dici omne quod inſternitur, & circum inijciatur. Decimotertio Offilij differentiam damnat, qui Verberare, dixit, eſt cum dolore cædere, Pulſare ſine dolore, aitq; uerberare potius eſſe cũ uerbere, ſeu flagello cædere, pulſare cũ graui & uehementi ictu. Sed profecto Iureconſultum non latuit, uerberare à uerbere, flagello, ſeu ferula dici, ut qui alibi atteſtatus ſit, uerberaſſe abuſiue dici, & eũ qui pugnis cæciderit, ſed in lege Cornelia, quam tunc interpretabatur, quæ actionẽ iniuriarum ei dabat, qui ſe pulſatum uerberatúm ue diceret, non potuit alia capi interpretatio: ſi enim Vallam ſequeremur, qui ſine graui impetu ſaxo percuteret, uerbis legis non cõtineretur, quia ſaxo, non diceretur uerberaſſe quia ſine impetu, nõ pulſaſſet: quæ ſententia oppido q̃ futilis eſt. Meritò Iureconſultus maluit uerberare cũ dolore in ea lege accipere, uerbo illo lata ſignificatione accepto, & pulſare ſine dolore, cum frequentatiuum ſit à uerbo pello, unde fit pulto, pulſo, impellitur autẽ quis etiam ſine dolore. Decimoquarto Maſurij Sabini ſententiam non omnino uidetur ſequi, pellicem pro concubina accipientis, quod apud oratores Pellex dicatur, quæ cum eo cui uxor ſit iungitur. Sed ego ueram quoq; Sabini ſentẽtiam arbitror, ſiue enim à Græco παλλακὴ ueniat, ſiue Latina ſit uox, à pelliciendo, quod autoritate Plauti in Pœn. magis probo, qui Allex uiri, ab alliciendo dixit, utraq; etymologia interpretationi Sabini cõuenit, cui & Q. Curtij, & Iuſtini autoritas accedit: quorum ueterem ſcripturam interpolauere pleriq; Vallam ſecuti, cum eos ex antiquis codicibus conſtet pellicum ſcripſiſſe, nõ pallacarũ, quæ uox ante Plinium & Tranquillum in ſermone Latino nulla erat: in Græco uero nõ aliud ſignificat quàm pellicem, ut appareat Vallam, quiq; ei conſentanea tradiderunt, pellicis ſignificationẽ non ex autoribus accepiſſe, ſed regula planè Lesbia uſos, autores ipſos inuertiſſe, ut id quod ipſi ſentiebant, atteſtarentur. Decimoquinto Caium oblique perſtringit, qui ſentire uideatur idem eſſe cauillari & calumniari, ſed quomodo hoc Valla collegerit, non uideo: cum enim Caluiri uerbum apud ueteres eſſet fruſtrari, metaphora à caluis militibus ducta, quamuis & Cauillatio, & Calumnia inde deducatur, nõ tamen conſequens eſt, alterum cum altero idem eſſe: ſicut cum dicimus, à uerto fit uerſus, & uerſura, non ſequitur uerſuram idem quod uerſum eſſe. Rurſus impetit Vlpianum, quoniam Cauillatio dicatur, etiam ſi ab euidenter ueris ad falſa non fiat tranſitus. Reſpondeo Vlpianum loqui quando cauillatio pro argumento Sophiſtico accipitur, quod Græce non σκῶμα ut ipſe credidit, ſed σόφισμα eſt. Decimoſexto præuaricari, tergiuerſari, calumniari generalius accipienda exiſtimat, quàm Iurecõſulti docuerint: nimirum oblitus, nõ docere eos ſimpliciter eorum uerborum ſignificationem, ſed ſpecialiter in Senatuſconſulto Turpiliano quomodo accipi debeãt, ut eius pœnæ locus ſit. Decimoſeptimo portare ait id etiam ſignificare, quod quis corpore ſuo baiulat, cũ tamen Iureconſultus aliter docuerit: ſed ego arbitror ex origine uerbi Iurecõſultum adiuuari, ſiquidem πορθμεύειν Græce traijcere eſt, unde Portus, in quem naui res deportantur: ſic & exercitũ nauibus deportari Liuius plerũq; dixit. Quapropter etiam ſi quis iumento ducat, hac ſimilitudine portare dicitur, quòd ſi ipſe ferat, nõ propriè, ſed μεταφορικῶς putauerim portare dici. Decimooctauo Conuicium negat à uocum concertatione quaſi conuocium dici, & aduerſus Labeonis ſententiam, etiam ſine uociferatione cõuicium fieri putat, ſentitq; à uitio potius, uel à uitando deduci: qua in re, opinor, egregie fallitur: quid enim tunc coniunctiua illa particula operaretur? Cur item ſi à uitio deducitur, ſecundã ſyllabam pro-

ducit conuicium? cum conſtet uitium corripi:nam & Cicero,quem ipſe adducit,petulantiorem iactationem in conuicio requirens,pro Labeone eſt: ut mirer eum tam leuibus argumētis,à recepta ubiq; Labeonis ſententia deſciuiſſe, quæ & orthographiæ ratione defenditur,cum per c conuicium nō per t ſcribatur. Decimonono Verſicolores Vlpianus appellat lanas,quæ natiuū colorem mutarunt,ſiue purpura,ſiue cocco,ſiue alio colore infectæ ſint: Valla ex uarijs autoribus oſtēdit,uerſicolorem aliquam rem dici,quæ uariorū colorum ſit. Sed Vlpiani locum à Valla non intellectum arbitror,alioquin quæ à ſe dicūtur ſatis agnouiſſet Valla nihil Vlpiani ſentētiæ aduerſari. Igitur ſciendum,ex origine uocabuli eam rem eſſe uerſicolorem, cuius color in aliū uerſus ſit,ſicut & uerſipellis,non cui uaria pellis,ſed qui in aliam pellem uerſus eſt,unde homines in Lupum mutati,uerſipelles Plinio appellantur: eadem ratione lanæ uerſicolores dicūtur,quæ per tincturam in alium colorem ſunt uerſæ. Dubitat igitur Iureconſultus,lanis uerſicoloribus legatis,quid cōtineatur: & primo reſpōdet,legatis ſimpliciter lanis,uerſicoloria apud ueteres nō comprænhenſa:legato uero lanarū uerſicolorū,eas intelligi quæ tinctæ ſunt: & (quod dubitabilius erat) etiam netæ,dūmodo neq; detextæ,neq; contextæ adhuc ſint:tūc enim nō lanæ,ſed ueſtimentorū appellatione continentur. Neta lana dicitur, quæ ſtamen & ſubſtamen eſt: Detexta dicitur, cum perfecta eſt,& à textrinis inſtrumentis detrahi poteſt,unde & detexere auferre eſt. Plautus: Hunc ego hominem detexam pallio. Quapropter & Vergilius X. Aeneidos. Dum texit Imaona Aleſus: id eſt ſpoliat. Contexta eſt,quæ quidem in opere conſummato eſt,ſed cui tamen deeſt prætextura,quam Cimoſiam uulgò uocamus. Ex his apparet Verſicolores ueſtes uarij coloris idcirco dici,quia ex uerſicoloribus lanis natiuis conficerētur, à qua ſimilitudine, & uerſicoloria arma Vergilius,& uerſicolorem plumam Propertius,& uerſicolorē caudam Cicero dixit. Viceſimo Penes idem quod Apud ſignificare oſtendit,cū tamen Vlpianus ſcripſerit,penes te amplius eſſe,quàm apud te: ſed nec Vlpianus puto negaſſet differentiam illā ſuam ab autoribus quandoq; confundi, quæ tamen ex ui uerbi ueriſſima ſit:deducitur enim à dictione penitus, unde & peniſſimus, & penitiſſimus,ut Plautus cæteriq; antiquiores dixerunt. Viceſimoprimo Vlpiani ſententiam confutat,qui uictus appellatione etiam ueſtem contineri ſcripſerit,cū plurimæ gentes in Aethiopia abſq; ueſtibus æuum degant,quaſi Vlpianus Aethiopum leges interpretetur,& nō Romanorum,qui abſq; ueſtibus nō uiuunt: & quaſi qui in Italia uictum amico legauerit,de eiuſmodi uictu ſentiat,quo Aethiopes tolerant,& non ipſi Itali,quo nihil abſurdius dici poteſt. Viceſimoſecūdo Pignus & Hypothecam idem eſſe,cum Martiano ſentit,ſed alteram Græcam,alteram Latinam uocem, cum tamen Vlpianus proprie eſſe pignus dixerit,quod creditori traditur: hypothecam cū interuenit traditio,& ideo in mobilibus pignus, in immobilibus hypothecam eſſe: ſed hæc non tam Vallæ oppoſitio,quàm ipſorum inter ſe Iureconſultorum quædam quaſi antinomia eſt,ea ſic diſſoluitur: Ex proprietate quidem ſermonis ueram eſſe Vlpiani ſententiam,ſiquidem à pugno pignus dicitur,& ideo in rebus mobilibus oppoſitis ſic dici,in immobilibus uero ſolitos ueteres Iureconſultos potius Græca uoce uti,id eſt hypotheca, quæ Latine ſuppoſitio dici poteſt,& ad utraq; eorum ſermone trahitur. Catullus Oppoſitionē dicit: Furi uillula noſtra non ad auſtri Flatus oppoſita eſt,nec ad Fauoni, Verum ad millia quindecim & ducenta: ſubaudiuntur autem ſeſtertia. Viceſimotertio Ferruminare dixit eſſe conſolidare,& conglutinare,non ſolum per eandem materiam, ut Iureconſulti

tradide

*l. ſi cui. §. j. de leg. iij.*

*l. ueſtimentū. de aur. & argen. leg.*

tradiderunt,ſed etiã per aliam,idq́ue plurimis Plinij exemplis probat,qui ferrumi- nari ſurculum,ferruminari aqua muros, ferruminari in lapides dixit. Sed cũ ferru- minatio proprie ſit ferri ipſius ui ignis liquefacti conglutinatio,apparet metaphori ce hoc uerbo uti Plinium,& ideo Iurecõſulti ſententiæ nihil aduerſari. Viceſimo quarto Pomponium,inquit,atq; Vlpianum corrũpere linguam Latinã, qui quot menſibus,uel quot diebus ſcripſerint,pro ſingulis mẽſibus,ſingulis diebus:cui ego dixero,tale conuicium Plauto quoq;,M. Catoni,& deniq; doctiſſimo omniũ Var roni cõmune eſſe.Plaut. in Stich. Meminiſtis quot Calendis petere demenſum ci- bum.Cato de re ruſt.Capita oleagina quot menſibus fodere oportet. Varro:Sacra quot menſibus feruntur in arcem:quod ante nos & alij notarunt. Viceſimoquin to Turbam non multitudinis hominum perturbationẽ,ut Labeo ſcripſit,ſed ſim- plicem perturbationem,etiam duorũ exiſtimat, & à tali perturbatione turbam pro multitudine dictam,quòd multitudo nõ ferè uacet perturbatione, unde uulgatum carmen,Septem conuiuium,ſunt nouem conuicium:ſed mihi hæc controuerſia nõ admodum ei abſimilis uidetur,quam Cenſorinus tradidit,priúſne ouum fuerit,an gallina. Labeo prius ſignificatũ turbæ, id eſt multitudinis, atq; inde factam poſtea perturbationem:tu perturbationem priorem contendis,ſed nec quos adducis auto res ſentẽtiam tuam adiuuant,qui μεταφορικῶς potuerunt turbam etiam duorum dice cere,nec etiam Græcus ſermo τύρβη, in quo eadem poteſt eſſe hæſitatio, & ut demus opinionem tuam ueriorem,in edicto certè prætoris,quod Labeo interpretatus eſt probabilior eſt Iureconſulti ſententia. Verba edicti ſunt, Cuius dolo malo in turba damnũ quod factum eſſe dicatur,ea non poſſunt commode de perturbatione intel ligi,quæ ſemper eum afficit,cui damnum infertur, neceſſario igitur de multitudine accipiendum. Viceſimoſexto Iulianũ improbat,qui Exautorationem à principe ſimpliciter factã,ignominiæ notam inurere ſcripſit:contrà Valla, cũ exautorare ſit ſimpliciter militem miſſum facere,quod T. Liuij teſtimonio uarijs locis probatur. Reſpõdeo,in ueteri Republica hæc ſentẽtia poſſet procedere,quo tẽpore ex ſolo cõ- meatu uel Ducis licẽtia milites exautorabantur,uerũ ordinata ab Auguſto ſucceſſo ribúſque militia,à qua nõ niſi poſt uiginti ſtipendia mittebantur,tributa quoq; illis ſunt militaria inſignia , quorũ detractio infamiam irrogat,quoniam non niſi turpi miſſione dimiſſis detrahũtur. Viceſimoſeptimo Depectum ſimpliciter pactum ſignificare ait,ex autoritate Terẽtij Phorm.Depaciſci mortẽ cupio:cũ tamen Vlpia nus in edicto de calumniatoribus depactus dicat,eſt turpiter pactus. Sed mihi uide tur & uerba Terẽtij,ex Vlpiani declaratiõe poſſe intelligi,& etiã Cicer.ad Herenn. libro II. Depectus cũ hoſtibus,ut arma relinqueret.Sed & idem autor in Verrem actione V. Scitote biduũ cibo tectoq; prohibitũ, biduum in foro cuſtodijs deten- tũ,neq; ante dimiſſum,quàm ad cõditiones eius depactus eſt.His accedit, quòd hu iuſmodi præpoſitio quãdoq; in malam partẽ accipitur,ut deſperatus,demẽs, dede- cet,deformis,degener. Viceſimooctauo,Lapillũ ſi magnus eſt gemmam eſſe aſſe rit,quo nomine & Margaritã dici poſſe arbitratur,aduerſus Sabini Vlpianiq; ſen- tentiam,gẽmas pellucidæ materiæ eſſe exiſtimantium, ut ſmaragdos,chryſolithos, amethyſtos:nõ tranſlucẽtes uero lapillos,ut obſidianos,& ueientanos : at margari- tas nec lapillos nec gẽmas eſſe,ſed conchas,ſeu uniones:uerũ ut in ſentẽtiam Iurecõ- ſultorũ ego tranſeam,illud me in primis mouet,quòd etymus pro illis eſt , uidetur enim gẽma dicta,quaſi gemina,ꝑpter trãſlucẽtẽ naturã, deinde uidemus à ſimilitu dine in uitibus gẽmas dici,ut Fab.autor eſt,& in Catone maiore M. Cicero. Vnde

l. prætor. §. de incẽ. rui. nauf.

l. ij. de infam.

l. iij. de calũ.

oſtenditur non ideo dici gemmas,quia magnæ ſint: idem & Plinij autoritate conſtat,in annulis gemmas deferri affirmantis:unde & dactylothecæ dictæ, quod profecto maioribus nõ conuenit:ad hæc,quæ rationes à Valla adducuntur,ſanè quàm frigidæ ſunt:Lapillus,inquit,generale nomen eſt:bene ſanè,ſed cum translucet,peculiariori nomine gẽma dicitur.Rurſus,Gemmas,inquit,accipimus multorum cubitorum inueniri.Accepit forte à Luciano de ueris narrationibus,miraculi certè loco refertur,alueolus trium pedũ in triumpho Pompeij ex duabus gẽmis. Subijcit, Quid ſi non perluceant,quia adhuc incomptæ & imperfectæ?atqui ſatis eſt ſi natura ſui pelluceant,poſſintq́ manu artificis in hũc uſum poliri. Addit hac ratione etiã marmor parium gemma eſſet,quia translucidæ eſt naturæ:quaſi Iurecõſultus omnia translucentia definiat gemmam eſſe,& hũc honorem etiam ſpeculis tribuat,qui de lapillis non de marmoribus loquitur.Poſtremò inquit,reperiuntur, qui partim perluceant,partim nõ pelluceant.Reſpondeo, de his nihil à Iureconſulto dictum, & fortè ex regula iuris qualitas potentior in his obſeruaretur. Addit ſecum ſentire Q.Curtium,itemq́ Horatiũ,quorũ alter,Lapilli,inquit,ex auribus pendebãt, candore & magnitudine inſignes:alter,Niueos,inquit,uiridesq́ lapillos. Ipſe quid horum uerba ſentẽtiæ noſtræ obſtent non uideo,puto nec ipſe Valla ſatis norat, cum abſq́ ſcrupulo ex Iureconſultorum diſtinctione poſſint intelligi: illud nõ diffiteor, differentiam hanc inter gemmam & lapillum non ſemper ab autoribus obſeruari, ut cum Catullus dixit, Aut pellucidulí delitijs lapidis:aut Plinius cum generaliter ſub capite de gemmis omnes lapillos deſcripſit,ſed Iureconſultus de proprietate loquitur,non de abuſu & translatione. Viceſimonono,Venulei definitionem cõfutat,qui Veteratorem ex Celſi ſententia non ſpatio ſeruiendi, ſed ex genere & cauſa eſſe exiſtimandum ait,magisq́ue approbat hac in re Vlpianum,qui ueteratores,trita & ueterana mãcipia appellat,quæ difficile ſit reformare.Quibus uerbis apparet, ſpatio ſeruiendi definiri ueteratorem,erigitq́ hoc loco in Iurecõſultos cornua,tanq̃ contraria inuicem ſcripſerint,quem & alij recentiores ſequuti, pro antinomia nominatim hunc locum citant.Sed profecto æquius fuiſſet, & etiã magis nomini ſuo cõſuluiſſent hi Grãmatici,ſi intra profeſſionis ſuæ cancellos conſtitiſſent: quandoquidem uulgò dicitur,quam quiſq́ nouit artem,in hac ſe exerceat:nõ enim ſutores ſupra crepidam iudicaſſent,nec ceu teſtudines porrecto extra teſtam capite, periculis ſe obnoxios feciſſent.Igitur diſtinguendi tres ſunt caſus, aut loquimur in uenditore ſeu mãgone, qui mancipiũ diſtrahit, & ex edicto ædilium nõ poteſt ueteratorẽ pro nouitio uendere,tumq́ue nouitius ſecundũ Vlpiani ſentẽtiam ex tyrocinio ſeruitutis accipitur,ueterator qui diu ſeruiuit, & iam ea in cõditione callum fecit:aut loquimur in ipſo patrefamilias de ſeruis ſuis nouitijs,ueteratoribusq́ diſponẽte: & quia hoc omne ab eius ſentẽtia dependet,pro nouitio habuiſſe uidetur,quẽ nulli miniſterio præpoſuit:rurſus pro ueteratore duxiſſe,quem in ueteratorũ numero habuit,ut quia muneri alicui præpoſuit,in quod ueteratores deſcribi ſolẽt.Meritò igitur Celſum ſequemur,ut ex genere & cauſa cõſtituamus, quẽ dominus pro ueteratore habuit:aut de cauſa uectigalis agitur,& cũ Reſpublica hac in re uolũtatẽ emptoris ſeu patrisfamilias nõ ſequatur,ſimpliciter Veterator accipiet,qui anno ſeruiuit, Nouitius qui minus anno:ut hic uectigal pẽdat,ille nõ pẽdat:& hoc caſu Martiani ſentẽtia eſt probãda.Ex his igitur cõſtat,nõ inuicẽ pugnantia ſcripſiſſe Iurecõſultos, ſed diuerſa diuerſis caſibus tradidiſſe.Poſtremò fuere ex Grãmaticis qui Iureconſultos noſtros manifeſti furti arguerẽt, quòd bonam partẽ legis ſecundæ de origine iuris.

l.fin.de ædil. edic.

l. præcipiunt. eo.tit.

l.fi.§.quoties de publica.

Itémque

Itémque pleraque de officio præfecti prætorio, proconſulis, præſidis, à Feneſtella ſurripuerint, eius nuſquàm facta mentione. Sed hi uelim mihi eius rei fidem faciãt, à Feneſtella Iureconſultum accepiſſe, qui enim titulo Feneſtellæ liber circumfertur, à Pomponio Læto ex uarijs autoribus in quãdam farraginem compoſitus fuit, eo indito titulo, ut uendibilior hoc nomine impreſſoribúſque lucroſior fieret, idq; ego à Iano Parrhaſio non ſemel accepi, qui ſuam quoque hac in re operam illi adhibuiſſe ſe teſtabatur: ſtiluſq; ipſe planè indicat, unius autoris opus illud non eſſe. Et hæc quidem in Laurentium præter animi mei ſententiam, ut qui minime litigator, aut φιλαίτιος ſim, ſcribenda duxi: quoniam eius exemplo adeò excreuerat quorundam Grammaticorum inſolentia, ut in ſuis commentarijs ubique errorem aliquem Iureconſultis noſtris impingerent, nimirum quod ipſi non perceperant, errori ſtatim adſcribentes. Spero autem cum uiderint, quibus hoc in argumento ipſorum primipilus Valla tenebris offuſus eſt, modeſtiores eos, & alieno exemplo cautiores fore: ſed hæc hactenus. Non negauerim tamen apud Iureconſultos quædam reperiri, quæ delicatum lectorem poſſint aliquantiſper remorari: ſed ſi qua uitium ſonãt, librariorum incuriæ proculdubio tribuẽdum, nam & Caij intereſſe, cuius ſupra meminimus, in antiquis codicibus non reperitur, in quibus ſimpliciter uenditorem teneri ſcriptum eſt, apparetq; à gloſſemmatico aliquo margini adſcriptũ, deinde ſcriptorum imperitia in ipſo contextu relatum. Vnde & Vlpianum ſcripſiſſe, Si quis graui ualetudine affectus: arbitror, non in graui: tametſi ſint, qui ingrauem iunctim dictum putent, quaſi ualde grauem, ſicut incantamenta Vergilius dixit, & indifficilem caſum Scæuola[a], in quo tamen ueteres codices refragantur, in quibus ſcriptum eſt, ille caſus in difficili eſt, quam lectionem caſtigatiorem arbitror. Nam & in diui Seueri reſcripto[b], quo uulgò legitur, eos qui teſtamẽto quid alienari uetant, nullius momenti ſcripturam eſſe: correctiora exemplaria eorum ſcriptum habent. Sicut & in Pauli reſpõſo[c], dum dicitur, è contra ſi inter uirum & uxorem facta ſit donatio, ſimpliciter contra ſcribendum eſt. Ad inſtar uero quod Iureconſulti quandoq; ſcripſerint non inſtar tantum, exemplo ueterum non caret, ſuntq; huiuſmodi controuerſiæ non tam doctrinæ, quàm iudicij: ſicut cum exequi paſſiua ſignificatione Vlpianus dixit[d], quærebatur an iudicis ſententia exequi poſſit, uel idoneior Modeſtinus: ſic &, quod in meo fundo naſciturũ eſt, dixit Pomponius[e]: ſic & præſtauimus uerbo, pro præſtitimus: uti Tribonianus, non erubuit: erunt & quibus omnino nõ placebit deuirginare ancillam dixiſſe Paulum[f]: & à Modeſtino ſcriptum, decreto Adriani plectendos, qui mẽſuras & põdera falſaſſent[g]. Iidem & ſordidum uerbum exiſtimabunt certiorare, pro eo quod eſt certiorem facere, quo paſſim Iureconſulti utuntur, eadem ratione deductum, qua & ueteres meliorare dixerunt: unde L. Columellæ melioreſcere. Sed & Coloniam agrum colono locatum quandóque appellant, cum alio ſenſu antiqui ea uoce utantur. Sanè illud diffitendum non eſt, apud eos quaſdam dictiones eſſe, quæ alijs in autoribus nuſquàm eo ſenſu reperiãtur, ut cum exhibere uerbo plerumq; pro eo utũtur quod eſt alere: donare ad proceſſus[h], id eſt ut eo donatarius utatur in pompa, uel cum in principis eſt comitatu, id enim ſignificat Proceſſus: unde & alibi dicitur[i], cũ proceſſiſſet Imperator ſalutatus eſt &c. Et copiarum negotium pro mercimonijs earum rerum, quæ ad uictum pertinẽt[k], & ad exercitũ deferuntur: & Dardanarij pro his, qui annonam flagellant, qui & à Græcis προπῶλαι dicũtur: eſt & apud eos Friuſculum[l], pro digreſſu tẽporario uxoris ob iurgium cum marito, uox nuſquàm alibi à me lecta, ut fortè friguſculum dicendum

a l. gallus. §. fi.
b l. filiusfam. §. diui. de leg. j.
c l. ſi ĩter. de dona. int. uir.
d l. cũ quædã. de iur. om. iud.
e l. quod in rerum. de leg. j.
f l. fin. de offic. præſ.
g l. pen. de fal.
h l. nam imp. de don. int. uir.
i l. j. C. de ſent. paß.
k l. ob negotiũ. de comp.
l l. cũ hic ſtatus de don. inter.

cendum ſit, cum maritalis amoris ardor aliquantiſper refrigeſcit. Friuola [m] pro ſupellectili inquilini, tametſi & hac uoce uſus uideri poſſit Iuuenalis: Iam friuola trãſfert Vcalegon [n]. Lanipẽdia mulier pro lanifice, ſeu quæ lanificibus ipſis penſa diuidit: Latrunculator pro iudice rerum capitalium, ſeu quod magis arbitror præfecto apparitorum, & militum, qui latrones conquirunt. Notoria pro denuntiationibus delictorum, quas Irenarchæ deferebant. Pannicularia ratio, quæ ad eas ueſtes uiliores pertinet, quas rei & damnati rerum capitalium habent, cum ad ſupplicium ducũtur. Perfunctorie eſt leui cura, & aliud agendo: unde perfungi & defungi, pro eo quod eſt utcunque explicare. Peſſum dat, pedibus percutit, noue dixit Paulus, cum in edicto ædilitio, Bouem, inquit, qui cornu petit, uitioſum, item mulas quæ peſſum dant. Spectabiles quocꝫ & ſpecioſæ perſonæ gradu quodam dignitatis inſignes, in iure plerumque dicuntur, cum hoc ſenſu hæ uoces apud Ciceronem & antiquiores nullæ ſint. Reliquare quoque apud eos dicitur, qui æs alienum integre non ſoluit, unde reliquatores uectigalium, qui reliqua publico debent. Sequioris uitæ eum appellant [o], qui ſibi ipſi alimenta ſuppeditare nequeat, ſed de alienis laboribus pendet: unde & Sequior ſexus, ni fallor, Apuleio, id eſt muliebris. Solarium [p] pro uectigali quod publico præſtatur, ob ſoli publici occupationem, ſed idem quoque in priuatis uidetur. Vlpianus [q] ſi quis in lapidicinis cædere uoluerit, nõ aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſolarium domino præſtet: quamuis Accurſius nunc ſalarium, nunc ſolacium legat. Schemata cognationum in antiquis codicibus dixit Paulus emendatius, ut arbitror, quàm ſtemmata Iuuenali. Imagines enim in gentilitijs armarijs uſui erant, at coronæ nõ erant, cum enim ſtemma uox Græca eſſet, mirum ſit apud Græcos pro gradu cognationum uel imaginibus nũquam reperiri, apud nos uero reperiri. Venenarij ſunt, qui aliquem ueneno ſuſtulerunt, eiusqúe criminis ſunt rei. Sunt & apud eos aliæ dictiones, utique & ipſæ raræ, ſed tamen ab alijs quoque autoribus uſurpatæ, quas ſimul referre operæ pretium duxi, aduerſione locare, affirmatores, antapocha, antidora, antipherna, apocha, archiuium, arrogatio, auditorium. Baſilica belliſſime breuiarij rationes, calciarium, calẽdarium, cloacarium, cœnacularium, cœnaticum, cancelli, cancellarij, capſarius, captioſus, captatorius, caſtratus, catellus, chaſma, commentarienſis, coactor, collectaneus, colonarium, conturbare, chorus pro congregatione, decidere, decretalis poſſeſſio, damas eſto, decoctor, dominica pecunia, delicatus, debitor, depoſitarius eadem forma qua alimentarium dixerunt, commodatarium, donatarium, mandatarium, legatarium, & ſimilia. Dilapidat bona, dimiſit creditores, id eſt ſoluit, diarium, dietarij, diffiſſus dies, deſultor, emanſor, equitium, errones ſerui, extorris, exiguiores res, fœnebris pecunia, fœnerauit, id eſt accepit fœnore, fiduciaria hæreditas, id eſt fideicommiſſaria, functiones pro tributis, genuina pietas [r], quàmuis uulgati codices habeant gemina. Hamæ pro inſtrumento ad arcẽdum ignem: Debet, inquit lex [s], præfectus uigilum noctu coërcare cum hamis. Sic Iuuenalis. Diſpoſitis prædiues hamis. Meminit & Cæcilius Plinius. Imaginaria uenditio, incontinenti, informatur actio, in pendenti, iuriſdictio reſtituenda, impoſſibilis, imperſonalis, inſolidum, id eſt pro parte [t], in ſumma, id eſt breuiter, intantum, inuentarium, largitur annus, largiuntur tempora, licentia, lucratiuus titulus, manuaria mola, medianum cœnaculum, miſſilia, magis eſt, nudus ſermo, nudum pactum, nugatoriæ res, in necem, id eſt in damnum, optiones, obrepere iudici, officiales [u], opiſtographũ, orcinus libertus, pãtheron rete, parapherna, partiarius colonus, pedanei iudices, peregrini pro deportatis, periculum quãdocꝫ pro

m l. ſolutum. de pig. act.
n l. ſed ſi uir. de don. inter.
o l. cum hi. de tranſ.
p l. ij. ne quid in loco pub.
q l. uend. com. præd.
r l. iij. de libe. ho. exh.
s l. ij. de of. præfec. uig.
t l. ad ea. de re gu. iur.
u l. præſidis. ſi cert. pet.

ſpe nau

ſpe nautici fœnoris, quandoqꝫ aliter, ut in Rubrica codicis de ſententijs ſine periculo recitandis. Sic enim habet & codex Theodoſianus, ut appareat de periculo ſeu experimento memoriæ accipiendum, perpetuarius emphyteota, Pagani pro quibuſcunque non militantibus, plaga pro parte fundi, polia pro grege equorum, præbenda locare, præiudicium, prætoriũ pro domo in uilla, promercalis res, perſona: potitus hoſtium, id eſt, captus ab hoſtibus, exemplo Plauti in captiuis, licet in titulo de captiuis, à quibuſdam male ſit immutatum: pulſare, id eſt agere uel conuenire: quæſtuarius, quo de agitur per inuerſionem, reatus, receptitia dos, regimẽta Reipublicæ, repertorium, repetita die, repedare, reſtaurari, religioſiſſimus princeps, in ſacris patris, ſynedria nauis, ſtrata terrena, ſtrena, ſuſpendioſi: ſuus hæres, de cuius uocis ſignificatione interrogatus à Socyno Angelus Politianus obmutuit, cũ tamen gloriatus eſſet in gloſſemmatis iuris ciuilis ſe uel Accurſiũ ſuperare poſſe: Simplaria uenditio, Topiarius ſeruus, Temporaneus tutor, teſtamentarius pro tabellione, qui teſtamẽtum ſcripſerit: teſtimonium pro ipſius teſtis aſſeueratione in ſcripturam redacta: uelamentum operæ, uenalitium ſeruorum, uenter, pro infante necdum nato: uentrem facere paries, cũ in uicini ædes porrigitur, ueſtiarium, uiaticum, uinarij qui & uinoſi, uinacia, uoluntarium, uoluptarium, uſia Græca uox pro ſubſtantia, uſurpare, id eſt, uſucapere, utenſilia.

FINIS.

# ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE COMMENTARIA.

CVM inuenta ſint uerba ut dicentis intẽtionem exprimant, merito eius uoluntas in primis ſpectanda eſt. Cognoſcitur autẽ ex eo quod uerba ipſa indicant. Ea quatuor modis accipiũtur: ex proprietate, ex uſu,[e]x abuſione, & per interpretationem. Prima ſpecies ita intelligit, ut in quacunq; materia, etiam pœnali, uerba eatenus capiantur, quatenus proprietas ſermonis ferre poteſt[a], niſi nõ ita uoluiſſe autorem præſumamus: tunc enim ex cõiectura reſtringuntur. Ea uarijs ex cauſis aſſumitur. Ex re. Quid enim ſi de re tam modica uel leui agat, ut operæ pretium nõ ſit diſpoſitionem legis generaliter in ea ſeruari? Ex perſona, ut cũ lex imponit certã pœnam delicto, & iniquũ eſſet ſi ampliſſimi gradus homines ea cohercerẽtur[b]. Nam & ex amicitia, affinitate, odio, paupertate, maxima excellentia, multa cõſtituta ſunt, quibus à generalibus regulis receſſum eſt. Ex negotij qualitate, ut ſi neceſſitas ſuadeat, uel periculum ſit in mora, uel abſurdum aliquid conſequatur, resue ad eũ caſum deueniat, quẽ maxime autor abominet, & ſiqua ſimilia. In hac parte etiam continentur, quæ figurate dicuntur, quoniam figuræ ad ornatum orationis pertinent, & proprietati cohærent, poſſentq; ferè omniũ tam quæ à Grammaticis, quã quæ ab oratoribus traduntur exempla, apud iurecõſultos reperiri. Sed ſatis ſit pauca admonẽdi cauſa in medium attuliſſe. Et in primis latiſſima ea eſt ſpecies, quæ per trãſlationem fit: ut cum domus pro familia, ciuitas pro ciuibus, uẽter pro eo qui adhuc in utero eſt, ponitur. Parricida nõ qui patrem ſolum occiderit, ſed & qui cæteros cõiunctos, quorum lex Pompeia meminit, intelligitur. Cuſtodia ꝓ ipſis cuſtoditis, ſeu carcere incluſis accipitur. Sic cum lex noxium in ære puniri mãdat, in bonis patrimonioue exercendam ultionem interpretamur. Sic & ſi is qui apud ſe fugitiuũ receperit plecti mãdetur[c], non de eo qui iuxta ſe tenuerit ſimpliciter accipimus, ſed qui refugium præſtiterit in domo ſua uel aliena, idq; occultandi cauſa.

a l. ea lege. 3. de teſta.

b Rom. rep. §. de uiro.

c l. j. §. j. 3. de ſer. fug.

Ad hãc cognitionem etiam pertinent alia figurarum genera, ut quod affectionem uocamus: ueluti cum in lege quandoq; adulter, fur, aleator dicitur, qui hæc crimina affectat, quamuis nõ perfecerit. Et fugitiuus qui conſilium fugiẽdi habuit[d], licet adhuc fugam nõ arripuerit. Huic non abſimilis eſt anticipatio ſeu prolepſis, cum id nomen quod poſterius res ſumpſit, ante tẽpus deſcribitur. Qua ratione litem quãdoq; appellamus anteq̃ cõteſtetur, tametſi proprie poſt iudicium acceptum, hoc nomẽ habeat. Sic & pecuniã[e] mutuam dicimus, quę adhuc mutuo data nõ eſt, ſed ea deſtinatione habet ut mutuetur. Huic figuræ ea eloquutio contraria eſt, qua rem ea appellatione ſignamus, quam olim habuit, licet in præſentia nõ habeat: ut cum Proculus inſulam appellauit eum agrum, qui olim inſula fuit, licet hodie propter alluuionẽ deſierit. Sic & in inſtrumentis[f], etiã Titio mortuo aliquis ſe filium Titij appellat: ſuntq; pluri̇ma id genus ſimilia. Adſcribi ſchematis quoq; poteſt, cum uerbũ actus ſignificatiuũ de potentia intelligimus: ut in lege XII. tab. ſi aqua pluuia nocet, id eſt nocere poterit. Et apud Labeonem[g], ſi rationes tractaſſe uidebit, id eſt uideri poterit. Eſt & frequẽs in iure ſubauditio, ut cũ dicimus, Iuriſdictio eſt[h] iudicis dandi licentia, pro in licentia. Sic & quãdoq; taxatiuam dictionẽ ſubaudimus, quãdoq; ecõuerſo augmentatiuam maxime quandoq; dictionẽ reijcimus, ut cum duplex negatio pro unica ponitur, qui duodecimus eſt ſolœciſmi modus. Quandoq; unam cõiunctionem pro alia addimus. Sed in his omnibus id generaliter traditum ſit, ut quoties figura uel ornatus, uel neceſſitatis, uel emphaſeos cauſa apponitur, ſemper de ea cẽſeamus quod & de proprietate iudicandum eſt: alioquin ad abuſum potius uel interpretationẽ pertineat, de quibus inferius dicetur. Sicq; explicitus ſit primus tractatus.

SEQVENS articulus de communi loquendi uſu erit: is enim etiã proprietate potentior eſt[i]. Tametſi quod ex prudentũ conſuetudine obtinuit, non dubitẽ propter eorũ autoritatem proprie dici. Alioquin Tyrannus improprie de malo principe diceretur, cũ olim ſui

d l. fugi... j. eo.

e l. mutu... ij. j. eo.

f l. cis... cert...

g l. Labe... ſtatu...

h l. imp... 3. de... om...

i l. am... l. inf...

## De uerborum & rerum[a] ſignificatione[b].

olim ſui natura qualecunque ſignificaret, quod & de Religioſo & Deuoto dicendum eſſet, cum olim hæ uoces in malam partem ſolum acciperentur, at hodie ſolũ in bonam. Is uſus uarie accipitur. In teſtamentis patrisfam. cõſuetudo ſpectanda: in contractibus, ipſorum contrahẽtium: in priuilegijs, eius qui concedit. Præſumiturque ſecũdum eum uſum qui cõmuniter in ciuitate obſeruetur quẽlibet agere, niſi de contraria obſeruatione probatum ſit, uel ille uſus nuper & citra decẽnium inualuerit: nec enim ueriſimile eſt, tam cito omnes in eius obſeruãtiam cõſenſiſſe. Per abuſum uerba regulariter nõ accipiũtur, niſi aliter actus uel periret[k], uel eluſorius redderetur. Idem & ſi eadẽ ratio nos inducat, ut quod ex proprio ſenſu dictum eſt, ad impropriũ trahamus: nã ex præſumpta mẽte diſponentis huiuſmodi interpretatio etiã in ſtatutis & correctorijs diſpoſitionibus admittetur. Hocque caſu nihil nos deterrebit, quominus perſonã de uniuerſitate dicamus, teſtamẽtum de codicillis, curatorẽ pro tutore[l]. Idem & tũc dicendum erit, cum aliter uerba legis captarẽtur frausúe illi fieret. Quapropter ſi lege municipali triticũ extra territorium absportare nemini liceat[m], nec farinam deferri conceſſum erit. Ex interpretatione quæ admittũtur, ſi extra uim uerborum ueniãt, ſolique menti innitãtur, nec in cõtractibus nec in teſtamentis obſeruãtur[n]. Quoniam in eis licet primũ locum mens obtineat, attamẽ eam oportet aliquo modo uerbis ſaltẽ improprijs exprimi. Nõ ita eſt in legibus, quũ uel ſola mẽs legis obligat[o]. Quapropter in eis argumentũ de ſimilibus ad ſimilia paſſim ſeruatur, & ſi eadem ratio ſubſit, una lex ad aliã trahitur, niſi correctiones uel pœnalia odioſaúe aliqua inducerentur. Quæ nõ ita generaliter in cõtractibus & teſtamentis locũ habent, ſi uerba aliquo modo nõ patiantur, niſi uel natura rei, uel cõſuetudo adiuuet. Idem ſi aliqua alia ratiõe ſuadeatur. Et ad hanc ſpeciem pertinent plura argumentorum genera, ut quod à cõtrario ſenſu dici tur, & quod à connexis, fitque per interpretationem, ut quod cõmune eſt dicatur meum, ut uerbum maioris ſummæ ſignificatiuum minorem contineat, ut quod per me nõ poſſum per alios facere prohibear, ut in uno capite dicta in ſequens repetita uideantur, ut in ſimplicibus mixtum contineatur. Aliaque quàm plurima argumenta, quorum exẽpla in Topicis Cicero refert.

k l. cum filio. §. de leg. iij.

l Alex. l. ij. §. de leg. j.

m c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in 6.

n l. quidã cum filium. §. de hæred. inſt.

o c. certũ. de regu. iur. in 6.

a RERVM. Verba ſignificant, res ſignificantur. Tametſi & res quandoque etiam ſignificent, ut hieroglyphica apud Horum & Chæremonem, cuius argumẽti & nos carmine libellum compoſuimus, cui titulus eſt Emblemata. Sed & ex certis ſignis prẽſumptiões oriuntur, uerũ hæc minime ad hunc tractatũ pertinẽt, capitur hic ergo ſignificatio & in actionis & in paſſionis ſenſu, ſicut & teſtamenti factio[p]. Poteſt & hic locus ex dialecticorum traditionibus interpretationẽ aſſumere, qui ut Fortunatianus tradit, hanc differẽtiam inter uerbum, dictionem, & rem, conſtituunt, ut uerbum ſit quod ex ſe & materialiter (ut uulgo loquimur) prolatũ eſt, dictio uerbi ipſius ſenſum habet, qui in proferentis animo cum latuiſſet per uerbi expreſſionem exijt, ſic uerbum cum ſenſu dictio eſt, res eſt quẽ exprimitur & ex uerbo dictiõeque declaratur: ut ſi interrogem, uerbum ſi quis, quid comprẽndit? ſi quis, quatenus nudã pronũtiationem propter ſe reſpicit, uerbum eſt, quatenus ſenſum habet quem ego ante animo concæpi, dictio eſt, maſculi uero & fœminẽ ex eo uerbo ſignificatæ, res ſunt. Quã rem ſic Virg. explicuit:
Littera rem geſtam loquit res ipſa medullã
Verbi, quã uiuax mens uidet, intus habet.
Sanè in antiquis codicibus aliqui negãt uerbum rerum reperiri, ſimpliciterque ſcriptam rubricam, De uerborum ſignificatione.

b ¶ SIGNIFICATIONE. Sumitur hæc ſignificatio uarijs modis, nunc habito reſpectu ad ipſum proferẽtẽ, ut ſi uir imperitus ſit craſſa Minerua accipiantur uerba, nunc conſiderata eius perſona ad quem uerba dirigũtur, plerumque & ſecundum naturam eius rei de qua ſermo habetur, uel quæ in contractũ deducitur, accipiturque huiuſmodi declaratio etiã ſi prẽciſa indefinita generalia uerba ſint, Quoniam nihil impedit quin ad habilem ueriſimilemque caſum retrahantur, & boni uiri arbitratu intelligantur, qui conſuetudini loquẽtis multum tribuet, ex proximis clauſulis mentem coniectabit, quandoque & diſtantium rationem ducet, interpretabimurque ut cum effectu prolata ſint, ut ſecundum debitũ ordinem, ut actus potius ſuſtineatur quàm pereat, ne ſuperuacua ſint, ſed aliquid operentur, ut in potiorẽ ſenſum diſponãt, ut ad ampliationem inducta nõ diminuant, ad liberationem non obligent, ad fauorem nõ noceãt, ut naturalem ſenſum potius quàm ciuilem admittant, ut ſimpliciter prolata, prima uice

p l. filiusfam. §. de teſta.

officio ſuo fungãtur, ut ad id quod principaliter geſtum eſt potius referãtur, quàm ad acceſſoria uel demonſtratiua, ut captioſa non proſint, ut clara nõ offuſcentur, ut ſuperflua nõ noceant, ut mitiora uelint, odioſa abhoreãt, poſſibilia inducant, ut ad maiora expreſſis non trahantur.

VLP. LIB. I. AD EDICTVM.

Lex. I.

VErbum hoc, ſi quis, tam maſculos[a] quàm fœminas complectitur[b].

VERBVM. Quia articulus hic refert ad hominem, quæ dictio eſt cõmunis, merito etiã ex ſermonis proprietate fœminas comprændit, alioquin maſculina appellatiua, ut filius, cubicularius, equus, adoptiuus nõ proprie eas cõpręnderent, ſed per extenſionem, eamq́ cõmuni uſu approbatam, ut Baldus ſcripſit[a], uel ut Ancharano uiſum eſt, per expoſitionem ex legis mente deductam[b]. Quod uero conformis nominis nõ eſt, ut frater, non niſi ex interpretatione ad ſororẽ traheretur[c], qua ratiõe nec auũculi appellatio ad materteram, ſicut nec patris ad matrem pertinebit[d], idq́ uſus probat, licet alij contra[e], præterquam cum in numero plurali quis de fratribus dixerit, nam & ſoror eorum hac appellatione ueniet[f].

a ¶ MASCVLOS. Vnde ſi expreſſa mentio facta eſt de maſculis, fœminæ excludentur. Idem ſi de uiro. Nam & id nomen nullo modo poteſt ad fœminas pertinere.

b ¶ COMPLECTITVR. Niſi aliter ſenſiſſe autorẽ appareat[g], uel ex cõiecturis, uel cũ ſeparatim de utroq; ſexu actum eſt[h], uel quia diſpoſitio non bene fœminis cõueniat. Quid enim ſi teſtator filios tutores uel etiam exequutores conſtituat? Si lex propinquorũ conſilium requirat? Certe hæc fœminis non conueniunt. Quid ſi filijs feudũ acquiratur? ab his enim fœminæ excludũtur. Quid ſi hæreditatem relinquat, à qua fœminæ ex lege municipali exiſtẽtibus maſculis reijciãtur[i]? Quid ſi ei qui primus naſcetur caſtrum dono promiſſum ſit? non enim conſueuere hæc donari fœminis[k]. Idem & ſi lex perquàm dura ſimulq́ pœnalis ſit[l], uel teſtatoris diſpoſitio odioſa eſt, ut cum filium ſuũ exhæredat[m]. Idem & in cõtractibus, ut ſi pater ſibi & filijs aliquid acquirat, ſibi enim imputet qui legẽ apertius nõ dixit. Et id cõmuni conſenſu traditum eſt, quod mihi nunquam placuit. Satis enim manifeſte loquitur, qui iuris regulã ſequutus eſt: quæ ſi in edicto Prætoris pœnali locum habet, quanto magis in contractibus ſeruanda eſt? Quapropter & in lege municipali ſeruabitur: niſi correctoria ſit uel odioſa: uel niſi cautum ſit, ut in ea ad literam uerba accipiantur, quod Baldus & Corneus exiſtimant[n]. Sane & cum pater filijs tanquam hæredibus ſtipulatus ſit, tũc dubio procul etiã fœminæ admittentur, nec cõmunis ſententia, ut ego arbitror, reclamabit, quod & aliqui hic dixerunt.

a Bal. c. ad audientiam. de reſcript.
b Anch. cõſi. 112.
c Capra cõſi. 62.
d Corn. cõſi. 271. in. iiij.
e Dec. l. fœminæ. j. ti. j.
f Paul. in. l. tres fratres. de pact.
g l. lucius. §. quæſitũ. ſ. de leg. iij.
h l. ſi ita. de liber. & poſt.
i Iaſ. l. ſi quis id quod. ſ. de iur. om. iud.
k Guid. Pap. queſt. 506.
l l. quiſqs. C. ad. l. iul. ma.
m l. j. §. quare ſ. de uen. in poſ. mit.
n Bald. in. 3. ... 14. in. ...

PAVL. LIB. I. AD EDICTVM.

Lex. II.

VRbis[a] appellatio muris, Romæ[b] autem, continentibus ædificijs

VRBIS. Idẽ in ciuitate, caſtro, uilla, oppido[a]. Nã hæ dictiones id proprie ſignificãt, quod ambitu murorum cõtinetur. Quod tamen nõ admittitur, ubi aliam mentem proferentis cõijceremus, ut ſi diſpoſitio eluſoria redderetur. Sed & in beneficijs principum tam anguſta interpretatio minime eſſet admittenda[b]. Quin etiam ſi quis caſtrum uendat, de omni iuriſdictione actum intelligetur, quatenus in eius agro exerceri cõſueuit[c]. Sed & ciuitas quandoq; nõ pro loco, ſed pro ciuibus accipitur: ut cum quis ciuitati uel ciuibus aliquid mandat: Et tunc etiam eos comprændi qui ex uicis oppidisue eius urbis ſint, Bartolus credidit[d]. Alexãder diſſentit ſi de ciuibus dictum ſit, quoniã Vicani non proprie ciues[e] ſint. Id ego non probo, cũ latiorẽ plerumq; habeat ſignificationẽ quod de ciuibus dicitur, quàm de ciuitate[f]. Vnde in Hiſpania, Gallia, cæteriſq́ prouincijs erãt pleraq; oppida quorũ incolæ ciues Romani dicebãtur, ut eſt apud Liuium, Pliniumq́, & Strabonem, qui tamẽ ipſi in Italiã nunquam uenerant, nec idcirco urbs ſua Romana dicebatur. Quapropter cõmunem ſententiam ſequor[g], ut nihil inter ſit, ſiue de ciuitate ſiue de ciuibus agatur. Et in priuilegijs ſimiliſq́ argumenti actibus, incolæ tantum ciuitatis ſuburbiorumq́ continebunt. Alioquin etiã Vicani admittẽtur, niſi forte uel uſus loquẽdi uel qualitas negotij aliud indicent.

b ¶ ROMAE. Quid ſi dictũ ſit urbis Romanæ? & aiunt idem ac ſi Romæ. Quoniam urbs de Roma accipitur. Et ideo uidetur adiectio ampliationis cauſa facta. In quo diſſentio, cum uériſimilius ſit propter declarationẽ acceſſiſſe. Nec enim urbs proprie de Roma ſolum dicitur, ſed per ſubauditionem, uel potius κατ᾽ ἐξοχὴν[h]. Quid item ſi dixerim in ciuitate Peruſina: & traditur id tantum contineri quod muris clauditur: ſi uero econuerſo, Peruſinam ciuitatem appellauerim, etiam de conti-

a c. ſi ci... de ſent. ... in. 6.
b l. j. §. urbem. ... of. pr...
c l. ſi qu... de bon... lib. x.
d l. qui... co. ſ. ... nicip.
e §. qu... in aut... mo. ... ſui.
f l. j. §. ... cul. ... lat. ... toll.
g Alc. in... ſol. ...
h §. ij. ... de iur...

de continentibus ædificijs agi, ut id ſit obſeruandum, quod priore loco fuerit pronuntiatum[i]. Quod ipſe nequaquàm probo, cum adiectiuum demonſtrationis loco ſubſtantiuo accedere grammatici fateantur. Quapropter ſi urbs Roma dictum ſit, cũ nullum adiectiuũ hic proponatur, perinde habebitur, ac ſi Roma ſimpliciter dictum eſſet[k]. Sanè patriæ quoque lata ſignificatio eſt, nec ſolis mœnibus terminatur[l], quin & quandoque patriam de prouincia dicimus, ut Bal. probat[m]. Quod ergo hic de Roma dicitur, id & in cæteris urbibus obſeruandũ eſt, ſi continentia quoque ædificia habeãt, quamuis ferè omnes abſque ſuburbijs ſint, & murotenus claudantur[n].

*i l. ſi ſeruus cõis. de ſtip. ſer.*
*k l. nã qđ. ĩ ſi. de pen. leg.*
*l l. uxorẽ. §. legauerat. de leg. iij.*
*m Bal. aut. ſed omnino. C. ne uxor pro mar.*
*n d. l. nã quod*

finitur[c], quod latius patet.

¶ Cuiusque diei[d] maior pars horarum eſt ſeptẽ primarum diei non ſupremarum.

VLP. LIB. II. AD EDICTVM.

Lex III.

IN itinere[a] facien=

c ¶ FINITVR. Quid ſi ampliora mœnia maioriſque ambitus nuper conſtructa fuerint? Et quod eis cõtinebitur urbs erit. Nec refert, ut Bartolus ſentit, hic dubitare, poſſint ne populi ſua ſponte ciuitatem cõdere, quia etiam ſi non poſſint (quod tamen iure gentium falſum eſt) iam conditam ampliorẽ munitioremque reddere non prohibentur.

d ¶ CVIVSQVE DIEI. ¶ Tribus modis dies accipitur. Primo ſecundum Romanæ eccleſiæ morem[o] qui & Athenienſium fuit, ut ab occaſu ſolis incipiat, & in ſequentem occaſum finiat, & hoc uulgò utimur. Eſt & dies ciuilis[p], à media nocte in ſequentem mediam noctem, qui in preſentia apud Gallos Germanoſque pleriſque in locis eſt in uſu. Eſt etiam naturalis ab ortu ad occaſum ſolis, ut Cenſorinus autor eſt. Is uulgò ſemper horarum duodecim erat[q], quæ cum ipſa luce uel augebantur uel minuebantur, cuius horologij rationẽ libro ultimo explicat M. Vitruuius. Quapropter huiuſmodi horæ καιρικαί, id eſt, temporales uulgareſue appellatæ ſunt. Huius meminit Palladius rei ruſticæ autor, Aſconiuſque Pedianus, & Plautus, cum horam æſtiuam pro longa dixit, ſic & Virgilius tardos menſes appellauit Iunium & Iulium, quod horæ tunc ſint lõgiſſimæ. Hinc & in euangelio habetur, Nónne duodecim ſunt horæ diei. De hoc à iuriſconſulto hic agi plerique crediderunt, quamuis de eo intelligi quoque poſſit qui imparibus ſit horis, quas Græci ἰσημερινὰς uocãt, nam & in Italia & in prouincijs, maximus eſt quindecim horarũ, quod ex Ptolemæo, Procliſque in ſphæram cõmentarijs, facile dignoſci poteſt: ut merito ſequens pars, licet longior, tamen minor à Iuriſconſulto exiſtimata ſit: quod ueſpere nõ ita uegeti promptique ſicut mane ſimus. Virgilius IX.

*o c. ij. de feriis.*
*p l. more. §. de fer.*
*q l. j. §. de manumiſ.*

Nunc adeò melior quoniam pars acta diei.

Heſiodus quoque, qui maturius mane operetur, tertiam partem operis conficere ait,

Ἠὼς γὰρ τ᾽ ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.

Qui ergo à meridie ad occaſum opus faciet, dimidiam operam præſtitiſſe non dicetur, nec diurnæ mercedis dimidium merito conſequetur. Sanè Martialis quodam epigrammate de uulgaribus horis loquens, prima diei parte ſolitos Romanos ſerijs rebus uacare oſtẽdit, reliquum uero paleſtræ, toro, conuiuijs, iociſque tribui, ut merito Iuriſconſultus maiorem partem diei eſſe primarum ſeptem dicat, quo ſerijs incumbebant, non poſtremarum, quo tempore iocis & conuiuijs operam dabant: Carmen Poëtæ hoc eſt:

Prima ſalutantes atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos,
In quintam uarios exercet Roma labores,
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.

Et quæ ſequuntur. Extat etiam Græce ſimilis argumenti diſtichon,

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ᾽ αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς.

In ſextã labor uſque horã nã quæ inde notãtur
Litterulis, uitæ commoda habere iubent.

Cuius epigrãmatis ratio eſt, quoniam ſeptima hora per Ζ ſignificatur, ſicut octaua per Η, nona per Θ, decima per iota. Quæ literæ coniunctæ ΖΗΘΙ conficiunt, quod eſt, ueſci, ut uiuas. Sanè Victorinus in rhetorica Ciceronis, primũ Trimegiſtum diem in duodecim horas diuiſiſſe tradit, cum ſacrum Serapidi animal duodecies urinam feciſſe quadam die obſeruaſſet, pari ſemper tempore interpoſito: id animal Horus Cynocephalum eſſe cõmentarijs prodidit.

IN ITINERE. Quid ſi nauigandũ eſt? & Bar.[a] quinquaginta miliaria, minus eſſe iuſta diei nauigatiõe arbitratus eſt. Ego nihil certum propter uẽtorum & molliciei incertitudinem conſtitui poſſe cenſeo, ſed bonus uir arbitrabitur. Hinc Cato quo pedibus cõtendi poſſit, mari minime eundum cenſuit, quod etiam Iuriſconſulti probant[b].

b ¶ VIGINTI. Atqui & hoc uidetur arbitrio boni uiri relinquẽdum[c]: quod uerum

*a in tract. de inſul. in. 3. col.*
*b l. ij. §. pe. ȝ. ſi qs caut.*
*c l. continuus §. cũ ita. de uerb.*

 eſt cum

eſt cũ certa miliaria conſtituta non ſunt, alio-
quin hæc cõputatio ſeruabitur, ut in eo qui
d l. j. ſi qs cau. abſens in ius uocatus eſt[d], ut in tutore qui ſe
excuſat, & ultra cẽteſimum lapidem abeſt[e],
e §. qui autẽ, de excu. tut. ut in eo qui ad præſidem tendit bonorũ poſ-
ſeſſionem ſibi de-
cerni poſtulatu-
f l. ij. §. pe. quis ord. rus[f]. Sed & ſi lex
nõ ipſum iter, ſed
certam mẽſuram
reſpiciat, interca-
pedo non per mi
lia paſſuum humi
menſa accipitur,
ſed ex aëre, ratio-
ne Aſtrologis pe
culiari, idq; ple-
riſq; uiſum eſt, cũ
municipes conſti
tuiſſent, ne q per
quinquaginta mi
liaria uicinus eſ-
ſet, Prætor deſi-
gnaretur. Sed hoc
Paulus Caſtrẽſis,
Alex. & Iaſon nõ
admiſerunt[g], cum
g in. d. l. j. uſus repugnet, cõ

do X X.[b] milia paſ
ſuum[c] in dies ſingu-
los peragẽda, ſic ſunt
accipienda, ut ſi poſt
hanc dinumeratio-
nem, minus quàm
X X. milia ſuper-
ſint, integrum[d] diem
occupẽt: ueluti X X.
unũ milia paſſuum
ſunt, biduum eis at-
tribuetur. quæ dinu-
meratio ita demum
colligenda erit, ſi de
die non conueniat[e].
¶ Eius qui apud ho-

ſtitutioq; ipſa homines reſpiciat, qui ipſi mi-
nime per aëra uolitant, qđ & nos probamus:
cum enim de paſſuum numero agatur, quid
hic ad rem facit aëris menſura?

h l. ſ. §. j. de his q deiec. c ¶ PASSVVM. Per eam ſcilicet uiã per
quam iter fieri conſueuit[h]: ſi uaria eſt con-
i Arch. c. ſtatutũ. de reſ. in. 6. ſuetudo, præferetur quæ in planitie, etiam ſi
alia breuior reperiretur[i]: quapropter Bo-
nonienſis Romam uocatus, per Flaminiam
& Picenum ibit, licet per Etruriam citius
peruenire poſſit. Idem ſi longiore itinere tu-
tius quis iter faciat, nam id potiſſimum deli-
k l. fi. §. cum enim. C. de iur. del. gendum eſt[k].

d ¶ INTEGRVM diem. Singulis tamẽ
ſeptẽ diebus unũ habebit in quo requieſcat,
iſq; erit dominicus dies, quod pleriq; credi-
l Fely. c. cum olim. d' exc. derunt[l]: nos iure non probari id ſcimus, nec
uſquam lectum eſt prohibere quemquam eo
die iter facere.

e ¶ CONVENIAT, Nam tunc ſeruan-
da eſt fides: idem ſi ut certo die adſis Princi-
pis edicto, uel legis iuſſu compellaris, tunc
enim minime ad hãc computationem recur-
m Imo. d. §. cum ita. rendum eſt[m].

§. EIVS QVI. f ¶ Nõ poteſt. Ex ſummo
iure, ut Accurſius ſentit, nam ex bono &
æquo aliter lex Cornelia conſtituit, quæ an-
n l. lex corn. ſ. de uulg. tequam caperetur, mortuũ fingit[n]: quæ in-
terpretatio ut uera ſit, uniuerſali tamen ne-
gatiuæ non conuenit. Ego generaliter dixe-
rim, hæreditatem eius qui apud hoſtes deceſ-
ſit, nullo modo poſſe dici, licet ex lege Cor-
nelia hæreditatem eius qui captus eſt dicere
poſſimus: qm̃ hæc captura in ea lege uice
mortis ſucceſſit.

ſtes deceſſit dici hæ-
reditas non poteſt[f],
quia ſeruus[g] deceſſit.

PAVL. LIB. II. AD EDICT.

Lex. IIII.

PEcuniæ appella-
tione rem[a] ſigni-
ficari Proculus ait.

IDEM.

Lex. V.

REi[a] appellatio la
tior eſt quàm pe
cuniæ: quia & quæ ex
tra cõputationẽ[b] pa-
trimonij noſtri ſunt,

g ¶ SERVVS.
Nã hæreditas eſt
ſucceſſio in ius de
fũcti, at ſerui nul-
lum ius habẽt, in
his uero caſibus
cum lex pro libe-
ris eos habet, hæ-
reditas eorũ recte
dicetur[o]: ut cum o l. pen. his q̃
ideo nõ fuit aliqs
manumiſſus, quia
tabulæ teſtamẽti,
quibus libertas re
linquebat̃ ex S. C.
Silleiano aperiri
non potuerunt.
Sunt & alij, quos
enumerare operæ
pretium nõ eſt[p]. p l. ſeru. com.

PECVNIAE.
a ¶ Rem, id
eſt ſubſtantiã nec enim eſt ueriſimile Procu-
lum, cũ hoc dixit, generaliter rẽ accepiſſe, ſed
in eum tantummodo ſenſum cũ facultates cẽ
ſumq; ſignificat: nam pecuniã antiqui à peco
re deduxerũt, q uniuerſa eorũ facultas in pe
corũ fructu eſſet, ut Grammatici aiunt: qua
ratione & peculiũ dictum, quod quis ſua in-
duſtria acquirit, ut Valla exiſtimat.

REI. a ¶ Rei appellatio latiſſima eſt,
& corporalia incorporaliaq; complecti
tur, & ad omnẽ obligationem contractumq;
pertinet. Hinc æquitatem neceſſitatemue ali
quando ſignificat, quandoq; & ueritatẽ, ple-
rũq; & adminiſtrationem, ſed & pro iudicio,
cõtrouerſia, ſententia, accipitur: habet etiam
negotij ſignificatũ, pro rei quoq; ipſius æſti-
matione nũc accipitur, nunc pro eo quod in-
tereſt: homines quoq; rerũ appellatione cõti-
neri dubiũ non eſt[a], ſicut & delicta, cæteraq; a l. omn. de leg.
quæ in facto conſiſtunt: ſed & officia res ap-
pellãtur: reſtringitur autem ex ſubiecta ma-
teria, quod alibi diſſeram.

b ¶ EXTRA computationẽ. Accurſius
quatuor interpretatiões affert, ut uel de his,
quæ in patrimonio noſtro non ſunt ſed eſſe
poſſint, accipiamus: ut hæreditas iacens, uel
de ſeruitutibus quæ nec in noſtro patrimo-
nio, nec extra habentur[b]: uel de actionibus, b l. j. de leg.
quaſi hæ pecuniæ appellatione nõ cõpræn-
dantur:

dantur: uel de rebus ſacris, quoniam in nullius bonis ſint, & hanc probat, cum ſacra uendi & in pecuniam redigi non poſſint, quod in aliis rebus eſt. Sed profecto Iuriſconſultus haud ita ſenſit, ſed latius accipi rem quam pecuniam ait, cũ res mea dicetur, etiã quæ in patrimonio non computetur: ut ſi de filio uel cõſanguineo ſentiens commendẽ tibi res meas, uel cum de capite periclitans dicam rem meam agi, quod minime ei ſignificationi cõuenit, quam habet pecunia. Auſonius Poeta:

Imperiũ, litẽ, uenerẽ, cur una notat res? Hor.
Nã tua res agitur paries cũ proximus ardet.

Plautus in Pœnulo: Tenetis rẽ? Vix qdẽ hercle, nã ita pauxilla eſt, digitulis primoribus.

continet: cum pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt.

¶ Opere[c] locato uel cõducto, his uerbis, ait labeo, id opus, qđ græci ἀποτέλεσμα uocant, ſignificari: id eſt ex opere facto corpus aliquod perfectum.

VLP. LIB. III. AD EDICT.

Lex VI.

NOminis[a] & rei[b] appellatio ad omnem contractum

c ¶OPERE legato. Alij codices habent locato: utrumq; recte, cum enim de opere dicimus, de eo intelligimus quod ueri operis formam habeat, quæ quidem forma non niſi ex conſummatione contingit[c]: quapropter qui opus debet, partem faciendo nihil agit: & hæc eſt ratio cur facti obligatio indiuidua ſit[d], licet aliter alij ſenſerint. Sane & mens loquentis quandoq; aliud ſuadet, ut cum quis argẽtum factum legat, nã & id ueniet, quod elaborari cæptum ſit, licet adhuc non perfectum[e], non enim in obligatione ipſum facere hoc caſu uertitur, ſed res ipſa præſtatur. Qua ratione & ſi quis partẽ parietis, foueæ, uel maceriei fecerit, opus illi nouum nuntiari poterit[f]: quia non debet damnum alicui, neq; ex parte operis inferri. Idem & cum de opere certam formã non habente loquimur, ut paries, fouea, maceries, & ſimilia: nã etiam ſi ſolum incæpta ſint, dicitur opus factum eſſe, ſecus ſi certi termini uel menſura addita proponatur[g].

c l.ſi is q cccc §.j.ad.l.fal.
d l.i exc.uer. ij.de uerb.
e l.et ſi.§.qđ ergo de aur. leg.
f l.ſtipu.§. opus.ſ. de op.no.nun.
g l.ſtip.nõ di uiduntur.

d ¶GRAECI ἀποτέλεσμα. Nomẽ id à perfectione abſolutioneq; deducit, qua ratione Homerus quandoq; τετελεσμένον ἔργον dixit eodem ſenſu, ſed & ἀποτελέσματα Mathematicorum reſponſa dicũtur, ædiditq; hoc titulo Ptolemæus librum, qui uulgo quadripartitus appellatur: meminit huius ſignificationis etiam Euſtathius in Iliados primum, ubi Genethliacorum curioſitatem damnat, qui omnia ſubiecerint planetarum poteſtati: & proculdubio ridiculum eſt reſponſa ſua hoc nomine eos appellare, quibus nihil imperfectius, uanius, ſtultius excogitari poteſt: ars enim illa ab Aſtrologis conficta fuit, ut cum ſua profeſſione nihil lucrarẽtur à curioſis rerum futurarum Principibus, hoc nomine pecunias æruſcarẽt, & ideo antiquis ſapientioribusq; Philoſophis damnata, Chriſtianæ legi cõtraria, ab Imperatoribus etiã capitali ultiõe cohercita. Aduerſus quam M. Cicero, Origenes, Phauorinus, & nouiſſime Iohannes Picus XII. libris diſertauit: quod ſi quis eorum (quamquam hæc rara auis) qualis Thraſyllus aut Aſcletarion quandoq; uera prædixerit, id nõ aſtrorum ſcientia, ſed cacodæmonum aliquo impellente, uel falſò prædicta ad euentum perducente factum eſt, quorum maxime intereſt, huic impoſturæ fidem omnino non abrogari: ut mirum ſit, cur domini rerum, qui Chriſtianis imperant, impune doceri diuulgariq; huiuſmodi apoteleſmata permittant, quibus ſingulis annis ipſi efferũtur, bellaq;, tumultus, & rerum mutationes, ad hec, diluuia, grandines, terræmotus, huiuſmodiq; terriculamenta portenduntur, ſicq; nocentium animos, uel in ſpem alicuius facinoris incitant, uel innocentium metu & deſperatione cõminuunt, in cauſaq; ſunt, ut à malis genijs multa mala in homines inuehantur, ne mentiti uideri poſſint.

NOMINIS. Nomen hic pro obligatione debitoris accipitur, ſicut cum dicimus uendo nomen, lego, obligo, do inſolutum, alioquin & alias ſignificationes habet, ſic enim cauſam, ſic accepti expenſiq; titulum[a], ſic ſingula in conficiendis rationibus negotia appellamus. Sed & in S. C. dicitur incertis nominibus pecuniam à Macedone filijsfa. credi ſolitã[b], ſic & Horat. epiſt. lib. II.

Cautos nominibus certis expẽdere numos.

Quãdoq; & agnationẽ ſignificat, ut cũ prohibemus fundum de nomine noſtro exire[c].

b ¶REI. Licet hæc uox generaliter intelligatur, quandoq; tamen ſpeciali ſignificatione accipiẽda eſt, ut cum in rem quis agit, ſpecies enim deſignari tũc debet[d], nã & iura nõ uendicãtur.[e] Idem ſi res omnes meas legauero, iura enim nõ continentur, quia nec poſſidentur: pronomẽ autẽ meas poſſeſſiuum eſt,

a l.pen.& fi. C.de conue. fiſ.deb.
b l.j.ad mace.
c l.is qui.de leg.iij.
d l.ſi in rẽ.ſ. de rei uend.
e l.uẽdicatio. cod.ti.

atq; ita Baldus ſenſit [f], quod ego non probo, cũ grammatici in eam ſignificationẽ poſſeſſiuum nõ accipiant, in quam Baldus exiſtimauit: quapropter & cum rem alienã dicimus, etiam de iuribus intelligimus [g]. Verius ergo eſt id legatum per illã adiectionẽ ſolũ ad ea coarctari quæ in dominio nřo habemus [h]. Sanè & cum res quas in illo fundo habeo tibi promittã, iura non debentur, quoniam eo loco non cõtinentur [i]. Dubium autem non eſt, quin uerba etiam generaliſſima per adiectionẽ reſtringantur. Sed finge, princeps mihi uniuerſisq; rebus meis pleniſſimã immunitatem conceſſit, an ſubditi quoq; immunes ſint? & eſſe reſponſum eſt: ſed quoniã ob mei fauorem hæc conceſſio facta eſt, non poterunt in domini damnum ea uti: & ad me pertinebit declaratio quos uelim immunes eſſe, ut belliſſime Andr. Siculus reſpondit [k]. Sanè poſſumus & genitiuũ, hoc cum à reo, id eſt obligato inflectere, ut reus debendi dicatur, ex quocunq; contractu uel obligatione quis debeat. Nã & ueteres, ut Cicero lib. II. de oratore inquit, reos appellabant, non eos modo qui arguuntur, ſed omnes quorũ de re diſceptatur. Hincq; eſt, ꝙ reus non ſolum debẽdi dicitur, ſed etiam credendi, & ipſe quoq; per acceptilationem à nexu liberari cenſetur: oblatam enim pecuniam nõ poteſt non accipere [l]. Dicitur & reus uoti is qui dijs in euentum conditionis promittit, at ubi cõditio euenit, tum etiam damnatus eſt uoti, quod oſtendit. T. Liuius lib. VII. de bello punico: & Virg. Damnabis tu quoq; uotis. Quod & Seruius ſentit: ut nõ parum mirer, cur Macrobius uoti damnatos interpretetur, qui uota ſoluerint, & non potius icciro obligatos ad obſeruationem uoti, quia quod petierant impetrauiſſent, in qua re Nonij quoq; Marcelli diligẽtiam non ſatis probo, tametſi ſciam ex recentioribus pleroſq; Macrobium ſequi.

& obligationem pertinet. ¶ Verbum [c] ex legibus, ſic capiendum eſt, tam ex legum ſentẽtia [d] quàm ex uerbis [e].

c ¶ §. VERBVM ex legibus. Quod mẽs una cũ uerbis legis poſſunt, id ſola eius mens poteſt, dum de ea cõſtet. Cum ergo certa eſt legis ſententia, etiam ſi uerba eam non exprimãt, expreſſus à lege is caſus dici poteſt [m]: & propterea nihil refert, etiam ſi materia pœnalis uel odioſa ſit [n], cum non per extenſionem, ſed per expreſſionem caſus cenſeatur explicatus. Tunc autem mens dicitur certa, cũ uel in lege exprimitur, uel unica tantum ratione, ita quod nulla alia adduci poſſit, colligitur [o], uel per argumentum, neceſſario & euidentiſſime concludens, ita ſenſiſſe legislatorem infertur [p]. Et in his caſibus actio ex lege directa oritur: quod ſi de mente non cõſtet, ſed per interpretationẽ iuriſcõſultorum lex ad eũ caſum porrigatur, rem tacite deciſam dicitur. Tuncq; potiſſimum de legum extenſione tractamus. Hoc autem caſu actio quæ cõceditur non directa, ſed utilis eſt [q]: quoniam ex mente legis præſumpta propter utilitatem recipitur. Sed & ſi de aliquo caſu nihil actum ſit, cum ueriſimile eſt legislatorem ſi de eo cogitaſſet, idem quod de alio ſimili diſpoſiturum, utiliter ex ea lege agetur [r].

d ¶ SENTENTIA. Eadem uidetur eſſe mens ſeu ſententia, & ratio legis ut pleriq; omnes aiunt, aliqua tamen differẽtia eſt, quia ex ratione deducitur ſententia, & propterea nũquàm legis deciſionem protrahimus, ubi non æque tanta ratio ſit, quo fit ut ſi ex duabus rationibus aliquid ſit introductum, ſi altera tantum afferri poſſit, diſpoſitio locum ſibi non uendicet [s], niſi clare conſtet ex mente legis uel alteram ſufficere [t]: qua ratione & tunc ad caſum ſimilem, ſi mens hoc uelit, fiet extenſio, tametſi non æque tanta ratio ea fieri ſuadeat, quod Socinus annotauit [u]. Hinc etiã eſt quod correcta legis ratione, lex ſublata cenſetur [x], ſi tamen huiuſmodi ratio concludens non autem impulſiua ſit [y].

e ¶ VERBIS. Ea tamen præſumitur legis ſententia, quam uerba oſtendunt [z]: quapropter temere ab eis non eſt recedendum, quoniam plerumq; fallimur, dum legis rationem per cõiecturas nos aſſecutos credimus, quod ſi de ea conſtet, non eſt dubium quin & inde coarctatio inducatur, & ſi res ſuadet, extenſio, quod alias admonui: quapropter non tanta eſt uerborum uis, ut ſi quis aduerſus ſententiam legis faciat, quamuis in eius uerba non committat poſſit idcirco euadere: atqui eodem punietur modo [a], ac ſi uerba quoq; uiolaſſet: quapropter qui triticum uel oleum filiofamil. credit. in S. C. Macedonianum incidet [b]: & mulier cum intercedere pro alio uellet, ſi principaliter in ſe obligationem ſuſceperit ex S. C. Velleiano iuuabitur [c]. Idem cum prohibitus donare, uiliori pretio uendat, uel interpoſito per fiduciam amico donet [d]. Non ita in eo eſt qui aduerſus uerba committit, ſententiam ſeruat, nam id impune licet.

f l. j. de ſtatu homi.
g c. ſi. de præſcrip.
h l. quintus. §. arg. de aur. leg.
i l. caius. de leg. ij.
k conſ. 26. in. ij.
l l. fideicõ. §. ſi rem. de lega. iij.
m l. præter. de ope. no. nũ.
n l. cũ mulier. ij. ſol. mat.
o gl. l. q… de fi…
p Fel. c… ſtra… ſcrip…
q l. cu… C. de…
r l. tale… de pa…
s l. ſi i… iur. co…
t §. a… tis. de…
u l. ij. §… ȝ. de u…
x l. j. ſ. … tut.
y §. fi… inſt. de…
z l. pro… ȝ. qu… quib.
a l. non… ſon. C…
b l. ſed… mutu… Mac.
c l. qu… ſi cu… Velle.
d Dy. c… reg. iu…

Sponſio.

PAVL. LIB. II. AD EDICT.

Lex. VII.

SPonſio[a] appellatur non ſolũ quæ per ſponſi[b] interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſſióque[c].

IDEM LIB. IIII. AD EDICT.

Lex VIII.

VErbum[a] oportebit, tã præſens[b] quàm futurum[c] tempus ſignificat. ¶ Ver

SPONSIO. a ¶ Spõſio uidetur ſolum de ſtipulatione dici, quod ex eo probatur cũ promiſſum lex ait accipi quod nuda promiſſione, uel pollicitatione, uel ſponſione debetur[a]. Hinc & ſponſalia[b] dicta, quod ueterib. moris fuerit p̱ ſtipulationem ea contrahere: quapropter cum lex ait[c], eos obligari qui ſpõſione propter ſuffragiũ cõtraxerint, de ſtipulatione ego intellexerim, ut ꝗ mihi apud principem ſuffragatus ſit, ut diſpenſationem aliquam obtinerem, non tamẽ ad promiſſum ſibi pacto nudo premium agere poſſit: licet noſtrates Iuriſconſulti eam legem non intelligentes contraria opinentur, cuius etiam lib. XXII. Amianus Marcellinus mentionem facit: nec quicquam nos mouet quod hic dicitur, omnis ſtipulatio promiſſióqꝫ: quaſi hoc ſenſu alterum ſuperflueret, nam coniunctiua oſtendit pro maiore declaratione id à Iuriſconſulto dictum, quod dubitari potuit ne ſtipulatio de ſola interrogatione diceretur[d]. Sanè & alio ſignificatu ſponſio accipitur, nimirum cum quis interpoſita ſtipulatione certam pecuniam promittebat, ni ita eſſet ſicut affirmabat: quo ſenſu Ciceroni, Quintiliano, Val. Max. cæteriſqꝫ ueteribus ubiqꝫ capitur, nec ex Iuriſcõſultis quidam abſtinuere[e]. Hinc & ſponſor dicitur, quamuis Accurſius ſponſorem eum tantummodo dici crediderit, qui ſponte & à nemine rogatus pro aliena obligatione intercedat[f].

a l. ſciendum. ʒ. de ædi. ed.
b l. ij. de ſpon.
c l. j. C. de ſuffrag.
d gloſ. in l. j. de uerb.
e l. ſi rẽ. ʒ. de præſcript. uer.
f gl. in rub. in autẽ. de fid.

b ¶ SPONSI. Quidam interpretantur, id eſt promiſſi: quod non conuenit, cum promiſſionis interrogatio non fiat, ſed ideo interrogemus ut promittatur: uerius ergo eſt ut de ſponſalia contrahente intelligamus. Cum igitur exemplum hoc Iuriſconſultus adducat, aperte oſtendit, ſponſionem tantummodo de ſtipulatiõe dici, alioquin ſi quamlibet pactionem ſponſionis appellatione cõprændi, prout communis eſt ſententia, uoluiſſet, nõ erat de una ſpecie ſtipulationis ſolum hic exempli cauſa loquendum. Nec obſtat[g], ꝙ ſi in nouiſſima parte pactorum ſcriptum ſit, Titius rogauit, ſpepondit Meuius, hæc uerba non tantum pactionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipulationis, quia pacti uim habent, non ex uerbo ſpepondit, ſed quia iam in modum pacti promiſſio præceſſerat, & ideo lex in nouiſſima pactorum parte ita ſcriptum ait.

g l. iuriſg. §. quod fere. de pact.

c ¶ PROMISSIOQVE. In ſcriptura promiſſio[h] uidetur pro ſtipulatione accipi, quod tamen in teſtimonijs non eſt, quoniam uerba teſtium ambigua aduerſus eũ qui produxit interpretãtur: id autem uerbum ambiguum eſſe certum eſt, cum etiã ſimplex pactio p̱miſſio dici poſſit.

h l. j. C. de uſur.

VERBVM oportebit. a ¶ Exemplũ legis eſt, cũ quis promittit quicquid dare facere oportebit, nam etiam ex ui ſermonis præſens cõprænditur, cum qui dare facere debet tempore contractus, etiam poſt contractum dare facere teneatur, nec enim per eum cõtractum extinguitur præſens obligatio.

b ¶ PRAESENS. Tẽpus præſens ad præteritũ nõ refertur, niſi adiunctum participiũ id ſuadeat, ut cũ dicimus, Troia capta eſt: aut cũ id præteritũ etiã nunc durat[a]. Qua ratione futurum quocꝫ nõ comprændit[b], niſi natura actus aliud inducat: ut cũ lex punit eũ qui delinquit, futuris enim negotijs lex prouidet. Idẽ in teſtatore qui dixerit, quas pecunias legaui uel lego ſine diei appoſitiõe deberi annua bima trima die uolo, referetur enim hæc clauſula etiã ad ea legata quæ deinde uel in codicillis faciet[c], nam hæc uoluntas durare præſumitur. Sed & diſpoſitio de re præſenti facta ad futuram actionem trahetur[d], quapropter & qui res ad ſe pertinentes pignori ſuppoſuerit, de acquirẽdis quocꝫ egiſſe uidebitur, quoniã cum obligatio duret, cenſetur acquirẽda ex præſumpta contrahentium uolũtate loco acceſſionis cæterorum bonorum eſſe[e], licet aliam rationẽ Bartolus adduxerit. Cæterum & ſi præſenti tempori addita ſint uerba habentia tractum, non eſt dubiũ quin futurum comprændant[f], idem & ſi de futuris actum eſſe alia ratione præſumamus.

l. uerbũ erit. ĵ. eod.
a l. is qui put. §. ait. ʒ. qd' ui.
b l. ſi ſtipu. §. cum ſtipulamur. ʒ. de uerb. obli.
c l. talis. de lega. j.
d l. fi. §. fi. de lib. leg.
e l. fin. C. quæ res pig. l. ſi quis ſoc. ʒ. pro ſocio.
f l. ſi ita quis. de leg. j.

c ¶ FVTVRVM. Id tempus regulariter nec ad præſens necꝫ ad præteritum refertur, niſi diſpoſitio tractum habeat, ut quia in futurum quocꝫ duret: ueluti ſi promittã, ꝙ dolus malus aberit[g], intelligetur etiã ut in præſenti nõ adſit, cum qui hodie dolus adeſt, etiã in poſterũ perſeueret: & qui confirmet quod in codicillis ſcriptum erit, etiam quod codicillis iam factis legauit, cõfirmaſſe creditur[h]. Sed & cũ materia ita ſuadet præſens pro fu-

g l. nouiß. ʒ. in dic. ſol.
h l. plotiana. ʒ. de cod.

i 32.q.5 .ſi paulus.

turo,& futurum pro præſenti ſumitur[i].

d ¶ §. ACTIONIS. Actionis uerbo improprie accepto contineri exceptionem dubium non eſt[k],quia excipiens agere dicitur, quod tantomagis procedit,cum de eo excipitur, quod in formam actionis deduci potuiſſet:ut ſi quis compenſet, ſed Bartolus huiuſmodi exceptionem proprie actionis uerbo cõtineri credidit,cui non aſſentio,quia lex uideri eũ agere dixit[l], & propterea eum cui ſacris interdictũ ſit, licet agere prohibeatur, compenſare tamẽ poſſe exiſtimo[m], quæ ſententia humanior eſt.

k l.j.ſ.de excep.

l l.amplius.in fi.ſ.rẽ rat.

m c.cũ inter. de exc.

Cæterum & is prouocator cui iudex ex officio ſuccurrit,nõ proprie agere dicetur, ſicut nec reus eo caſu excipere, quod pleriq; oẽs ſentiunt[n];qui uero replicationẽ obijcit:actionem intendere proculdubio dicitur[o].

n in.l.j.ſ.de iuriſ. om. iud.

o inſt.de repl. in prin.

e ¶ EXCEPTIO. Eius enim deſcriptio repugnat, cũ exceptio ſit actionis excluſio, tam & ſi dilatoriæ & ſolius intentionis excluſiones,proprie quoq; exceptiones dicãtur[p], uerbum enim generale eſt,idemq; quod præſcriptio ſignificat. Fortunatianus tamẽ rhetor, Præſcriptio inquit, actionem excludit, translatio differt.

p Abb.rub.extra de exc.

bo actionis[d], nõ continetur exceptio[e].

VLP. LIB. V. AD EDICTVM.

Lex IX.

MArcellus apud Iulianum tractãs notat, uerbo rapuiſſe[a], & ſciſſum[b] & fractum cõtineri, & ui raptum.

IDEM LIB. VI.

Lex X.

MARCELLVS. a ¶ Rapuiſſe. Hoc clarius locum ſibi uendicat,qum quis ſcindit frãgitue ui adhibita,uel eo animo, ut ſi prohibeat uim adhibeat[a]: alioquin rapere eſt etiam de manibus auferre[b]: & qui uerbis puellã ſeducit, eam rapuiſſe dicitur[c]. Sed & furari rapere eſt[d],improbior tamẽ fure,quãuis manifeſto,eſt raptor. Quod cũ ita ſit,cur leuius punitur:manifeſtarius enim fur quadruplum cũ re ablata infert, raptor triplũ[e]: an quod fur potuit dominum latere, raptor minime,unde ex furto potuit maius damnũ domino inferri, qui niſi noxiũ deprændiſſet, neſciuiſſet aduerſus quem ius ſuũ perſequeretur: Quapropter cum uterq; manifeſtus ſit, grauius fur quàm raptor plectitur, alij tamẽ aliter ſentiunt.

a l.iij.§.nõ ſolum.ſ.de incend.

b l.iiij.ſ.ne quis in.

c c.fi.36.q.j.

d l.ſi quis ex do.ſ.de fur.

e ſ. ex malefic.de acti.

b ¶ SCISSVM. Laceratũ,fractũ,quaſſatũ. Sanè & uerbo corrupiſſe ſciſſum fractũq; cõtineri in l. aquilia dicitur: quapropter ſunt qui hic rupiſſe legãt,non rapuiſſe. Subdit huius reſpõſi arg.Dinus ſi lex municipalis certa pœna mulctet eũ qui de domo uicini aliquid rapuerit, qui uel ſolas fores effregerit, cõtineri.Quid ſi igne adhibito corruperit:& idẽ dici poſſe ego exiſtimauerim.

Alex. 103.

CReditores accipiendos eſſe conſtat,eos quibus debetur ex quacũq; actione[a] uel perſequutione[b],uel iure ciuili[c](ſine ulla [d] exceptionis perpetuæ remotiõe) uel honorario uel extraordĩario[e],ſiue pure ſiue in diẽ, uel ſub conditione[f]. Quod ſi natura[g] debeat,nõ

CREDITORES.

a ¶ Actione. Nõ tamẽ reali, cũ qui rei uendicatione conuenit, improprie debitor dicatur,ut Accurſius & cæteri exiſtimant[a]: quod ego nõ probo,quia negari non poteſt,q̃ rẽ meã poſſideat reſtituere eã mihi debere: nec nos mouet quod lex eum nullo iure teneri dicat,quia & ex additiõe pronominis,& ex narrationis argumẽto apparet nullo iure perſonam ipſam obligari, ſed non ideo conſequens eſt,ratione rei debitorem non eſſe.

a Inſt. de ... in prin. §.j.

b ¶ PERSEQVVTIONE. Quam uulgo officium iudicis merũ appellamus, ea cauſæ omnes mixti imperij abſoluuntur[b].

b l.pecu... j.co.

c ¶ IVRE ciuili. Hoc iure ſtipulatio inuẽta eſt,& emphiteoſis, literarũq; obligatio, & quæ ex ſpõſalitia largitate,uel tutela ꝓuenit: nã & hæc XII. tabularũ uerbis inuenta eſt. Sanè & iure ciuili debẽt,qđ ex iuris gẽtiũ cõtractib.debet,id eñ iusqrites approbauere[c].

c l.iuris ... de pac.

d ¶ SINE ulla. Qui ergo ipſo iure tenet, ſi exceptione perpetua,puta pacti de non petendo,tutus ſit,debitor nõ eſt, nec quid ipſo iure ſit curamus,ſed quid in effectu.

e ¶ EXTRAORDINARIO. Cum deficiẽte ciuili actione ſuggerente æquitate in cauſis iuriſdictiõis officium ſuũ prætor impertit,ut cũ filiũfami. tuetur qui uiaticũ ſuũ alteri mutuauerit[d], & quoſdã caſus ſupra habemus ſub rub.de uar.& extraordi.cognit.

d l.cũ filiusfa... ſi cer. pe.

f ¶ SVB conditione.Si omnino ſit extitura dubium nõ eſt,ut Pont.ait[e],eſſe creditorem. Si uero incerta ſit,non eſt creditor,niſi ex larga ſignificatione: at ubi euenerit etiã retro, uidebitur proprie fuiſſe creditor [f],quod in legatis non eſt,nec enim in eis regulariter conditiones trahuntur retro[g].

e in l.j. ſi... tum pe.

f l.is cui... act.

g l.j.§.... ad Syll.

g ¶ NATVRA. De naturali obligatione quam lex ciuilis fouet hic non agitur: quia de ea ſuperius actum eſt, cũ de iure ciuili

uili dixit[b], multo minus uero de ea intelligẽdum eſt quam lex ciuilis reprobat, quoniam hoc caſu creditor dici nõ poteſt. Supereſt ergo ut de ſimplici naturali obligatione loquamur, quã ius noſtrũ nec tuetur, nec infirmat. Ea duplex eſt[i], altera iure naturæ efficax, quæ ideo actionem non parit, quoniam iuris ciuilis ſunt actiones, exceptioni uero ſufficit & compenſationi & pignoris retentioni: quoniã id non eſt aliũ impetere, ſed ſe tueri, quæ naturalis defenſiõis ſpecies eſt. In hac creditor proprie nõ dicitur, quia actionem hac ex cauſa nullã habet: largius tñ accepto ſermone dici creditor poterit, & iõ fideiuſſor illi accedit[k]. Altera uero quæ ad antidora, id eſt remuneratione pertinet, nec eo quidem iure ex ſe efficax eſt: quapropter ex ea debitor nullo modo dicitur: iũcta tamẽ alij actui plurimũ poteſt. Hinc eſt ꝙ remuneratoria donatio inſinuatione non indiget, ex ingratitudine uel filijs deinde natis, nõ reuocatur: inter uirũ & uxorem permittitur, quapropter cauſam ſufficientem cõtractui præſtat, in bono uiro præſumitur, alienationẽ rei ad eccleſiam uel minorem pertinentis, alioquin reuocabilem, confirmat[l].

b l. legitima. de pact.
i Barto. l. ex hoc. ſ. de iuſti.
k l. fideiuſſo. oblig. §. ij. ſ. de fid.
l Iaſ. in d. l. ex hoc.

ſunt loco creditorũ: ſed & ſi non ſit mutua pecunia ſed contractus[b] creditores accipiuntur.

CAIVS LIB. I. AD EDICTVM. PROVIN.

Lex. XI.

CReditorum appellatione nõ tãtũ hi accipiuntur qui pecuniã[a] credidere, ſed oẽs qbus ex qualibet cauſa[b] debetur.

VLP. LIB. VI. AD EDICTVM.

Lex XII.

SI cui ex empto uel ex locato uel ex alio ullo debetur cõtractu, ſed & ſi ex delicto[a] debeatur, mihi uidetur poſſe creditoris loco accipi: qd' ſi ex populari[b] cauſa, ante litis conteſtationẽ recte dicet creditoris loco nõ eſſe.

¶ Minus ſoluit[c] qui tardius ſoluit: nam & tempore[d] minus ſoluitur.

h ¶ SED cõtractus. Subaudi quilibet alius, ipſe caſtigatius in antiquo codice ſcriptũ inueni, ſeu contractus, quod magis placet.

CREDITORVM. a ¶ Pecuniã. Videbatur enim ita tantum accipiendum, cum credere dicamur cuicunq; rei aſſentiamus alterius fidem ſecuti: ſed tamẽ cõmunis uſus peritorũ creditorem generalius accipit, quacũq; ex cauſa quicq; debeatur: merito ergo uſum magis ꝙ etymologiã attendemus. Quãuis tñ de creditore ita dicamus, nõ idem erit de uerbo credere, uel nomine creditũ: hęc enim ſolũ indicant qui alterius fidẽ ſequutus ſit, ut Bar. ſenſit atq; alij pleriq;. Tenẽt Salicetus, Fulgoſius, Pontanus contra[m].

m l. j. ſ. ſi cer. pet.

b ¶ CAVSA. Puta delicto, ut ait Accurſius. Sed hic ego generaliter malim quacunq; ex cauſa, non ſolum contractu, ſed etiam quaſi contractu: qua ratione & ceſſionarium proprie creditorẽ eſſe cæteris conſenſerim[n].

n in. d. l. j.

SI CVI. a ¶ Ex delicto. Id dubiũ erat, cum delinquentis fidem ſequutus uideri non poſſit creditor, tamẽ idem quod in cæteris cauſis eſt, quoniam delinquens uidetur pœnæ ſemet obligaſſe: idẽq; eſt in eo, cui qd ex legato fideiue commiſſo debeatur: nam hęres adeundo illi promittere cẽſetur[o]: proprie ergo creditores hi, ꝓpter uſum autoritatẽq; prudentium dicẽtur, quamuis huic ſignificationi legis fictio cauſam dederit. Hinc eſt qd' hic dicitur, creditoris loco eſſe: & alibi legatũ quaſi æs alienũ ſolui[p]; alibiq; lex non ſolum creditoribus, ſed etiam legatarijs prouidere ſe dicit[q].

o l. apud iul. §. fi. ex qb. cau.
p l. j. C. de bonis aut. iud.
q l. fi. §. licẽ. C. de iur. del.

b ¶ EX POPVLARI. Intellige in actione qua principaliter iniuriam publicam ſeu ius populi proſequimur: nam ante litem conteſtatam locupletiores non ſumus[r], nec fideiuſſor nobis obligatur[s], ſed ſi principaliter aliquis ſit læſus, quia uiolatũ eius ſepulcrum, uidetur etiã ante litis cõteſtationem creditoris loco eſſe: quapropter & tunc procuratorem conſtituit[t], & alius nemo admittitur, ſi ipſe agere uelit[u]. & hoc Accurſius probat.

r l. pen. ſ. de pop. act.
s l. ſi qs pro. in fi. de fid.
t l. licet. de procur.
u l. iij. ſ. de ſepul. uiol.

c ¶ §. MINVS ſoluit. Id eſt ſoluere uult, ut Iaco. Barto. & Alb. interpretantur: nam ſi creditor quamuis poſt tempus ſolutionem recepiſſet, non poſſet amplius illam acceſſionem quæ ex mora orta eſt petere[x]. Ipſe hanc expoſitionem non probo: quia quamuis creditor amplius petere non poſſit, non tamen ſequitur quin minus ſit ſolutũ, licet ideo non petat, quia recipiendo ſine proteſtatione uidetur remiſiſſe, faciliterq; remiſſio huius acceſſionis præſumitur, cum nõ niſi iudicis officio debeatur. Quapropter ſi creditor nolit recipere, & debitor debitã ſummam ſine temporis acceſſione deponat obſignetq; non liberatur: quod omnes hic probant[y].

x l. iiij. C. depoſiti.
y l. oblig. C. de ſol.

d ¶ TEMPORE. Eadem ratione dicitur etiam quis plus tempore petere, quando ante tempus petit, & propterea in pœnam duplicantur

plicantur

*z §.plus. de actionib.*

plicantur illi induciæ[z]. Sed nunquid cum uſuræ hodie omnino ſint prohibitæ locũ habeat hæc lex, & ſi creditoris nihil interſit eſſe tardius ſolutum, ut quia nõ eſt mercator, nec qui propter hanc moram quicquàm damni ſubiuerit, nõ procedere, mihi uidetur uerius.

IDEM LIB. VII. AD EDICT. Lex XIII.

MVlieris appellatione & uirgo uiripotens[a] continetur. ¶ Res[b] abeſſe uidentur, ut Sabinus ait, & Pedius probat, etiã hæ quarum corpus manet forma[c] mutata. & ideo ſi corruptæ redditæ ſunt uel transfiguratæ uideri[d] abeſſe: qm̃ plerũꝗ; plus eſt in manus[e] pretio quàm in re. ¶ Deſinere[f] autẽ abeſſe res tunc uidetur, cũ ſic redit in ptãtẽ, ne amittere poſſeſſionẽ poſſimus[g] ob hoc quod furto pridẽ ſubtracta

MVLIERIS. a ¶Viripotẽs. Et hoc ſi uerba proprie accipiantur, alioqn ex lata interpretatione etiã nõ uiripotens mulier eſt, nimirum qa muliebris eſt ſexus[a], nec etymologia repugnat, cũm à mollicie dicatur, ut Varro & Lactãtius aiunt. Sanè ſi fœminam empturo uẽditor dixerit, non eſſe mulierẽ de corrupta intelligemus[b], nec enim de ſexu uerisimile eſt tunc fuiſſe dubitatum[c]. Et M. Cicero cum obiurgaretur quod uirginem ſenex uxorem duxiſſet, cras inquit mulierem reddam.

*a l.arg.§.muliebri. ff.de au. & arg. leg.*

*b l.alioquin. de contrah. empt.*

*c l.queritur. §.mulierẽ. de edil.*

b ¶ §. RES abeſſe. Et propterea non uidetur exhiberi quod mutata forma exhibetˉ[d], nec cõmodatum depoſitumue reddi, niſi in eadem cauſa reddatur[e].

*d l.iul.§.ſi qs ſ.ad exhib.*

*e l.iij.§.ſi redita.ſ.commo.*

c ¶ FORMA. Ex forma enim res ipſa nomen aſſumit: quapropter & ubi ea deeſt, rei quoꝗ; nomen deficit, niſi quid minimum de forma mutatum proponatur[f]. Sanè materia, ſubſtantia, forma, ſolennitas ſimul differunt. Materia eſt unde quid conficitur, ut in ſcipho metallũ, in contractu conſenſus. Subſtantia eſt per quam materia in certam ſpeciem deducitur, ut in uaſis uel ueſtibus artificium, in emptionis contractu pretiũ. Forma eſt quæ certæ illi ſpeciei nomen dat: in iuribus uero pro forma id requiri dicitur quod ordinẽ reſpicit, ut in ſtipulatione quod præcedat interrogatio, incontinenti reſpõſio ſequatur[g]. Solennitas actui perfecto extrinſecus accedit, ut autoritas tutoris in pupillorũ, agnati cõſenſus in mulierũ cõtractibus. Promiſcue tñ hæc doctores quãdoꝗ; accipiunt[h], ſubſtantiaꝗ; generaliter definitur, quæ ad rei eſſentiã neceſſario reqritur: quapropter materiam, formam, ſolẽnitatemꝗ; comprændit.

*f l.j.in fi.ſ.de uent.inſp.*

*g Bal. in. c.j. de no. form. fid.*

*h l.in uẽditionibus. de cõtrah. empt.*

d ¶ VIDERI abeſſe. Et propterea res ipſa rurſus ſimpliciter petetˉ, tanquàm ſi nihil reſtitutũ ſit[i]. Secus ſi ideo petatur quia aliquid illi extrinſecus deſit: puta, cũ quis dedit fundum, nec de euictione cauit: nõ enim ſimpliciter fundum petet, ſed addita cauſa, ut de euictione caueatur[k].

*i l.etiam.ſ.de ſolut.*

e ¶ IN MANVS pretio, id eſt artis. Vergi. Artificũꝗ; manus inter ſe, operũꝗ; labores Miratur. Iulius Solinus: Ea ædes manus Dedali oſtendebat. Sed quid ſi per huiuſmodi mutationẽ res facta ſit pretioſior? Et ratio Iuriſconſulti oſtendit tũc rem nõ abeſſe: nõ poterit tamẽ is q reſtituit expenſas repetere[l]: quia ſibi nõ licuit, in re quam alienã ſciebat eſſe tam ingenioſum.

f ¶ §. DESINERE. Lex Attinia furtiuã rem uſucapi ꝓhibebat[m], niſi ea in ptãtem dñi reuerſa eſſet, deſijſſetꝗ; res abeſſe. Declarat Iuriſconſultus deſijſſe abeſſe, ſi in dñi ptãtem liberã eſſet reuerſa: qđ intellige dũmodo dñs qui ſciuit rem fuiſſe ſibi ſubtractã ſciat etiam reuerſam[n]. nã & tunc ſi rurſus contractetur, noua actio furti dabitˉ[o]. uerba eius legis hæc à Gellio commemorantur libro XVII. Quod ſubreptum erit eius rei æterna autoritas eſto: id eſt, æternum tempus ad uſucapiẽdum, ut alibi declarabimus.

g ¶ POSSIMVS. Sed quõ dñs poſſeſſionẽ rei ſuæ amittere põt: & ſi ipſe eã per uim recuperauerit, dubiũ non eſt poſſe ab eo auferri: quoniam in interdicto recuperãdæ exceptio dominij reijcitur[p]. Sed & ſi non furi ſed ſucceſſori eius particulari abſtulerit, etiã per triticariã condictionẽ reſtituere poſſeſſionẽ cõpelli poteſt, ut Accurſius ait[q]. Idemꝗ; eſt ſi dominus ipſe ſpõte rem habuerit ab eo qui uiolẽter à poſſeſſore rapuerit: nam ſi dominus hoc ſciebat, ex æquitate iuris canonici poſſeſſori ſuccurritur[r], cui nec lex ciuilis aduerſatur, ut aliqui ſentiunt[s]. Sed & illud expeditum eſt, redintegrãdæ poſſeſſionis beneficio huic prouiſum eſſe[t], quod ex cõmuni ſentẽtia etiam malæfidei poſſeſſori competit aduerſus eũ qui uel titulo poſſideat[u], quoniã recẽs hæc poſſeſſio clãdeſtina & uitioſa præſumitur[x]. Vbicunꝗ; ergo aliquo huiuſmodi interdicto abſtrahi à domino poſſeſſio poſſet, res non deſinere abeſſe uidetur.

§. Abeſt.

eſt. ¶ Abeſt[h] & ea res quæ in rebus humanis non eſt.

PAVL. LIB. VIII. AD EDICT.

Lex. XIII.

Labeo & Sabinus exiſtimant, ſi ueſtimentum ſciſſum reddatur, uel res corrupta reddita ſit, ueluti ſciphi colliſi, aut tabula raſa pictura, uideri rem abeſſe[a], quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item ſi dominus rẽ quæ ſibi furto abeſrat ignorans[b] emerit[c], recte dicitur res abeſſe, & ſi poſtea id ita eſſe ſcierit, quia res ei abeſſe uidetur[d] cui pretium abeſt[e]. ¶ Rem amiſiſſe uide

h ¶ §. ABEST. Abeſſe uerbum plurifariã in iure accipitur. In ſtipulationibus abſentes ſunt, qui inuicem ſe exaudire nequeunt: in præſcriptionibus[y] qui in eadem prouincia, ſeu territorio non ſunt: in iudicijs abſens eſt, qui ad eum actũ nõ eſt citatus, uel quamuis citatus, non adeſt. Idem & in eo quem citare difficile eſt[z]. In legum diſpoſitione abſens eſt, qui longe abeſt[a], ſi uero prope ſit, nõ uidetur abſens, ſed expectari debet, ut Bald. ſenſit[b]. Illud dubium non eſt, qui mortui ſunt, abſentes eſſe, uel quia mortui non ſunt, ut Atticus apud Ciceronẽ in Tuſcul. diſputat, uel quod uerius eſt, quia reuerti & adeſſe amplius non poſſunt. Hinc iudex datus donec præſes abſit[c], procedet etiã eo mortuo, quia non ſolum abeſt qui ad tẽpus, ſed & qui perpetuo abſens eſt. Cum ergo hæc dictio uarijs modis accipiatur, prudens iudex ex ſubiecta materia quæ interpretatio capienda ſit dijudicare debebit.

y inſti. de uſu cap. in prin.
z l. aut qui. ff. quod ui.
a l. iiij. §. abeſſe. ff. de dãno infec.
b l. fi. §. ubi autem. C. de bo. quæ lib.
c c. ſi deleg. de off. dele. in 6.

LABEO & Sabinus. a ¶ Videri rem abeſſe. Et propterea adhuc res petetur, nec ideo aliquis liberatur quod ita ſoluerit. Quãuis ergo ſolutione eius quod debetur liberationem conſequamur, nõ tamen generaliter hoc uerum eſt. Nam & ſi res ſoluta poteſt auferri, ut quia alteri pignorata[a] uel ſub conditione legata[b], non uidetur ſoluta. Idem ſi aliquod ius extrinſecus deficiat, ut quia de euictione cautũ non ſit[c]. Sed & ſi non eo titulo habuerim quo mihi debebatur, ſed pretium præſtiterim, abeſſe uidetur. Sane in noſtro caſu ſi rei debitæ forma immutata nõ eſt, & pretium in ſubſtantia non in arte poſitũ ſit, quale eſt in uulgaribus indumentis, uideretur rẽ peti non poſſe, ſed in id quod intereſt rẽ non fuiſſe diminutam agẽdum[d], in qua tamen re aliter ſolet diſtingui, ut in cõtractibus bonæ fidei actione prima ad rẽ ipſam agatur[e], idemq́ in actione ex teſtamento quæ bonæ fidei naturam imitatur[f], in ſtricti uero iuris cõtractibus actione de dolo agi in id quod intereſt oporteret[g].

b ¶ IGNORANS. Quid ſi ſciens? & ſi ab alio emat idem eſt: quia non ideo uidetur furem liberaſſe, quin ab eo rem petere poſſit. Si uero ab ipſo fure emat, hic uidetur probari tunc rem nõ abeſſe, quod probo. Sed quid ſi huiuſmodi res ſibi pure legata eſſet, nũquid eã ab hærede emẽdo cẽſeretur legato renuntiare? Et Bar. non renuntiatũ credidit[h], quapropter & hoc caſu res uideretur abeſſe, ſed cõtra Barto. crebrior eſt ſententia.

c ¶ EMERIT. De facto: nam iure rei ſuæ ſiue ſciens ſiue ignorans emptor nemo eſt[i] licet pretiũ ſolus repetat qui ignorans emit. Et hinc colligitur, ſi quis Titio prædia leget, preter ea quę à Sempronio emit, tametſi emptio ipſo iure nulla fuerit, excepta tamen uideri. Licet enim in effectu emptio nulla, nõ ſit emptio, appellationem tamen iſtam de facto ſortitur, idq́ ſatis eſt.

d ¶ QVIA uidetur. Et ſic pretium loco rei ſuccedit, quod in uniuerſalibus uerũ eſt[k], ut in hæreditate uel dote[l], in particularibus minime[m], niſi cum quis ideo cõuenitur quia locupletior ſit factus[n], non enĩ minus locuples eſt qui pretium quàm qui rem habet: niſi itẽ contra eum agatur qui debuit id agere ut rẽ actor ſine pretij alicuius ſolutione haberet: nam ſi id nõ fecerit, pretiũ quod actori abeſt reſtituet, ut hic in fure, & alibi in hærede qui rem legatam ſoluere debuit[o].

e ¶ CVI pretium abeſt. Si à fure ipſo ignorans emerim, rem ipſam ab eo petam, uel etiã ipſum pretiũ, ſi ita mihi magis placeat: nã q rem ab eo emit, qui abſq; pretio dare tenetur, uel ipſam rẽ rurſus petit, uel pretiũ quod ſibi abeſt[p], idq́ crebriore calculo receptũ eſt, licet alij rẽ in obligatione, æſtimationẽ in ſolutione eſſe crediderint[q]. Sed quid ſi ab alio ignorãs emerim? Et non uideretur rẽ abeſſe, quia tũc pretium non abeſt: cũ enim rei meæ emptio non ualuerit, pretium repetam. Nec dicitur ei abeſſe pretium, qui ad illud conſequẽdum actionem habet, ſed cum electionẽ domini eſſe ſupra dixerim, ſi contra furẽ agere maluerit, uerius eſt uideri rẽ abeſſe, & ita Iuriſconſultus hic intelligi debet.

a l. ſi rẽ. l. qui res. ff. de ſol.
b l. non quod. ff. de leg. j.
c l. iul. §. qui fundum.
d l. exhibitionis. C. ad exhibend.
e l. iij. §. ſi reddita. ff. commod.
f l. meuius. §. in fundo. ff. de leg. j.
g l. & eleg. §. non ſolũ. ff. de dolo.

h Bart. in. §. duo fratres. in. 12. q.
i l. ſuæ. ff. de cõtrah. em.
k l. imper. §. fi. ff. de le. 2.
l l. res in dotẽ. ff. de iur. do.
m l. uenditor. ff. de hæred. uend.
n l. ſi ipſa. qd met. cau.
o l. planè. § quod ſi rẽ. de leg. j.
p l. ſi filio. §. j. l. illud. ff. de don. cau. mor.
q d. §. quod ſi rem.

Rem

tur[f] qui aduerſus nullum eius perſequẽdi actionem[g] habet.

f ¶ §. REM amiſiſſe uidetur. Hoc uerbum proprietatem hic denotat, ſi enim annulus mihi in mare elapſus ſit, nõ ſolum iuris interpretatione, ſed etiã uere eum dicor amiſiſſe.

g ¶ ACTIONEM. Nam qui actionẽ habet, rẽ habere uidetur, et quod nos alteri dare, uel pſonali actione cogimur[r], abeſſe à nobis dicit: & hoc iuris interpretatione uerum eſt, alioquin in executione facti aliud eſt, tum propter litis fruſtratiões, & dubios euẽtus, tũ quia tutius eſt rei incũbere: quapropter lex municipalis quę in rei ſuę uenditore aliquid corrigat, in eo nõ ſeruaretur, qui ſibi debitam rem uẽderet[s]: & ideo minus eſt actionem habere ꝙ rem, ut in regula iuris habetur.

*r l. ſi quis mã da. titij. §. de neg. geſt.*

*s Docto. in. l. gallus. §. uidendum.*

VLP. LIB. X. AD EDICTVM.

Lex XV.

BOna ciuitatis abuſiue publica dicta ſunt: ſola enim ea publica ſunt, quę populi Rom. ſunt.

CAIVS LIB. III.

BONA ciuitatis. Ius imperij Romani ad populum pertinebat[d], donec per legem Rhẽniam populus in Auguſtum Cæſarem ius omne tranſtulit: merito ergo quæ ad Rẽpubli. Romanam pertinebant, publica dicta ſunt, quaſi populica. Ad Romanorum tamẽ ſimilitudinem, & quæ in alijs ciuitatibus cõmunia uniuerſorum erãt, publica dici cœpta ſunt: ſemper enim apud quaſcunq; nationes ius ſupremum populi fuit, idq; uel legis diuinæ inſtituto oſtẽditur. Nam cum hominem, creauit deus, illi in cætera quidem animantia ius & dominium conceſſit, hominum autem ut alteri alter ſeruiret non indixit. Vnde principio rerum non diuina iuſſione, ſed ex populi conſenſu Reges aſſumpti ſunt, quod & poſt Romani imperij occaſum ſeruatũ fuit, cum Carolus magnus à populo Roma. Auguſtus electus eſt, & à Pontifice Leone ſacro oleo inunctus, quod ius populi hodie Gregoriana lege in ſeptem Germaniæ primates translatum eſt. Sic & Franci Chilperico eiecto, qđ regno idoneus non eſſet, Pipinũ πανκελτικῷ conſilio ſubſtituerunt. Et cum Pipini proles à maioribus degeneraſſet, rurſus Odonem, mox eius fratrem Robertũ, & deinde Roberti nepotem Hugonem ad ſummum faſtigium euexerunt: is Hugo eſt qui uulgo Capetus dicebatur, unde oriũdi ſunt qui etiamnum Francorum rebus moderantur, & quod de maximis hiſce regibus, nimirum Romano & Franco, dictum eſt, idem & in inferioribus obſeruatum fuiſſe, qui hiſtoricos legerit deprændet: ut merito cenſeam diuina lege eum iuſtum principem eſſe, qui ex populi conſenſu regnet, quod & Ariſtoteles tradit: qui uero inuitis dominetur, eum Tyrannum eſſe, etiam ſi Cæſar ſit, à ſeptẽuiris electus, uel quaqua alia ratione ciuili iure potẽtiam ſuã tueatur. Vnde cũ magna regna nõ ex ſubditorum cõſenſu, ſed per uiolẽtiam primo conſtituta ſint, merito diuus Auguſtinus lib. de ciuit. dei quarto, magna latrocinia eſſe dixit, adducto etiam Piratæ cuiuſdam exemplo, qui compræhenſus & ante Alexandrum Magnum adductus, cũ interrogaretur, Qua cauſa mare haberet infeſtum? Quid tibi, inquit, ut orbem terrarum habeas infeſtum? Sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro uocor: tu quia magna claſſe, Imperator.

*a l. j. §. de mã da. prin.*

AD EDICTVM.

Lex XVI.

EVm q uectigal[a] pop. Romani cõductum habet, publicanũ[b] appellamus: nam publici appellatio in cõpluribus cauſis ad pop. Rom. reſpicit: ciuitates[c] enim loco priuatorum habentur.

EVM QVI. a ¶ Vectigal eſt quod pro rebus ciuitati inuectis uel euectis publico ſoluitur: ea eſt octaua pars[d], unde Octonarij quandoq; dicti exactores: ſicut & Vigeſimarij, & Ducennarij. Sunt & fundi uectigales, qui ciuitatũ ſunt & mancipibus ita locantur, ut certum uectigal Reipublicæ pẽdant, quod in diſpunctionibus, à me adnotatum eſt, lib. III. cap. X.

b ¶ PVBLICANVM. Quod publicum redimat, ſimpliciter enim publicum accipitur pro uectigali M. Cicer. Tranq. & Tacito. Iabolenus, Qui operas in publico quod uectigalium cauſa locatum eſt dat, Reipubl. cauſa non abeſt[b].

c ¶ CIVITATES. Atqui regulariter quod iuris de fiſco ſtatuimus, etiam de priuatis conſtitutum cenſetur, & econuerſo[c]: quapropter licet uerbum publice proprie ad fiſcum pertineat, non tamen idcirco differentia iuris aliqua inducitur. Sunt tamen quidã caſus, quibus plus tributũ eſt fiſco, quàm cæteris ciuitatibus, ut in. l. Iulia peculatus, ut alii qui ſentiunt: item in redhibitione rei morboſæ, quæ ex ædilitio edicto fit[d]. Sunt & alij, cũ ciuitatibus omnibus pluſquam priuatis conceditur, ut in præſcriptione uel uſu capione, quæ uel

quæ uel longiori tempore[e],uel nullo modo conceditur[f]: idem ſi mancipium furto illis ſit ſubtractum[g], atq; id genus multa ſimilia[h]. Sed nunquid ciuitatibus concedenda ſit reſtitutio in integrum: & communiter cõcedi aiunt[i]: quoniam cum per adminiſtratores regantur,ſi in cõtractu uel iudicio læſæ ſint, iuſta eſt cauſa reſtitutiõis, idẽq; in oppidis, huiuſmodiq; uniuerſitatibus[k]: qđ uel maxime procedit, ſi in eis ſint & pupilli,& furioſi, & uiduæ, & id genus, qui aliàs iure communi reſtituuntur.

e l.fi.C.de ſacro eccl.
f l.uſucap.ſ̄.de uſuc.
g l.mancipia.C.đ ſer.fu.
h l.ciuitas.ſ̄.ſi cer.pet.
i l.rempu.C.de iure reip.lib.xj.
k l.resp.C.ex qb.cau.ma.

INTER publica. Publicæ res proprio ſermone ſunt, quæ populi Romani ſunt,ſed & quæ ciuitatum in uſu publico ſunt, per ſimilitudinẽ publicæ dicuntur[a]: latiſſima uero ſignificatione, etiam ſi in publico uſu non ſint, ita tamẽ appellãtur[b]:quem ſenſum Iuriſcõſultus hic ſequutus eſt,& propterea nõ publica hæc eſſe, ſed inter publica haberi ait. Sanè & quæ iure naturali communia ſunt,eorum uſus iuregẽtium eſt publicus[c]:& occupanti conceditur, quod non eſt in his quæ iure ciuili publica ſunt,de quibus hic agitur.

a l.ſed celſus.ſ̄.de contrahen.emp.
b l.in tantum.§.uni.ſ̄.de ſtatu ho.
c §.j.de rerũ diuiſi.

b ¶FISCVS. Aerariũ populi erat, fiſcus principis,donec omnia princeps in fiſcũ ſuũ tranſtulit. Conſtat autem, ut Pedianus ait, canone,indictione, oblatione. Canon ordinarios principum reditus ſignificat, ut portoria, & eiuſmodi, quæ in urbium exitu uel ingreſſu ſoluũtur. Oblatio nomen ſumpſit, quod à popularibus olim oblatum principi id munus ſit:eo continentur octaua, uel uigeſima, uel quicquid ex conſuetudine de rebus promercalibus ſolet pendi,quarum mẽtio hic habetꝰ.Indictio eſt, quod edicto principis ſubditis indicitur, quod ut plurimũ certam quantitatem non complectitur. Sed hæc quomodo in iure aliter diſtinguantur, infra diſſeram.

c ¶VENALIVM. Hæc eſt octaua pars, ſicut metallorum decima[d]: in Salinis uero ea eſt uectigalis natura ut ſoli mãcipes[e], hoc eſt,qui à fiſco hoc ius emerunt, ſal uendant, idq; principis monopolium eſt, quod antiquis quoq; inſtitutum fuit: quapropter Liuius Salinator dictus,idemq; in piſcarijs, ſecundum regionum quarundam morem,obſeruatum eſt.

d l.cuncti.C.de metall.
e l.ſi quis.C.de uectig.

VLP. LIB. X. AD EDICTVM.

Lex XVII.

INter publica[a] habemus, non ſacra, nec religioſa,nec quę publicis uſibus ſunt deſtinata, ſed ſi qua ſunt ciuitatum,uelut bona ſeu peculia ſeruorum ciuitatũ, proculdubio publica habentur. publica uectigalia intelligere debemus ex quibus uectigal fiſcus[b] capit:quale eſt uectigal portus uel uenalium[c] rerũ, itẽ ſalinarũ & metallorum & piſcariarũ.

PAVL. LIB. IX.

Lex XVIII.

MVnus tribus modis dicitur, uno donum[a]& inde munera dici dari mittiúe: altero onus[b] qđ cum remittitur uacationẽ militiæ munerisq; pręſtat,inde immunitatem[c] appellari: tertio officium,unde munera militaria & quoſdam milites

MVNVS. a ¶Domũ. Cum munus pro largitione accipitur tanquam ſpecies doni eſt, ſignificatq; quod ex aliqua cauſa fit donum,cũ uero non habito ad largitionem reſpectu ſumitur,tũc generaliter quęlibet munera cõprændit, atq; ita hic accipiendum eſt.

b ¶ALTERO onus. Et hoc ſenſu tripliciter accipitur, eſt ẽm munus patrimoniale, quod ideo ſic dicitur, quia cũ ſumptu fit, patrimoniumq; diminuit:id quandoq; perſonæ imponitꝰ nulla facultatum ratione habita,ut eſt capitatio: quandoq; ſecundum fortunam ſoluentis imponitur,ut quã collectam dicimus, uel indictum,ſuperindictumúe: aliquãdo nullo perſonæ reſpectu rei ipſi incũbit, ut tributum, & cenſus:ſubiturq; uel in ipſa re,ut cũ hoſpitem recipimus:uel ex re,ut cum certam partem fructuum pendimus:uel propter rem, ut ſi pecuniam pro cenſu præſtamus. Eſt & munus perſonale, id nunc dignitati adnectitur,& honor appellatur: nunc ſordidum eſt, ut calcem coquere,arenam fodere: nunc nec honorificum, nec uile aliquid in ſe habet, ut cum ſubire curam publicæ pecuniæ aliquis compellitur. Eſt & munus mixtum, ut decaprotiæ[a], id eſt, decemprimatus: erant enim Decemprimi ex Decurionibus exactores tributorum, qui fiſcalia detrimenta de ſuo ipſi reſarciebant, publicanis mancipibusúe non multum abſimiles. Ex his aliqua ordinaria ſunt, aliqua extraordinaria: quæ ordinaria ſunt ſic definiri Bart.ait[b],ut ea ſint quæ à lege principeúe impoſita ſunt, & certam formam habent.

c ¶IMMVNITATEM. Ea à patrimonialibus nunq; conceſſa uidetur[c], nec qui à perſonalibus immunis eſt ab honore excuſa-

a l.fi.ſ̄.de muner.
b Bart.l.j.C.de mulierib.lib.xj.
c l.his oneribus.ſ̄.de muneri.

*d l.cui murũ. ſ.eo.tit.* tus cẽſetur[d]: ſed & ſi immunitas per ampliſſima uerba cuiqꝫ conceſſa ſit, non trahetur ad onus ex improuiſo inopinatoqꝫ caſu impoſitũ, ut ſi bellũ ſuperueniat: publice enim intereſt huiuſmodi conceſſiones tũc negligi[e]. *e Doct.in.l.ſi ex toto.ſ.de leg.j.*

d ¶ MVNIFICOS. Nunera militaria ſũt excubiæ, angariæ, geſtationes in uſum belli, decurſio cãpi, erectio ualli, atqꝫ id genus ſimilia: qui ab his muneribus immunes erãt Beneficiarij dicebantur, qui ſubibant Munifices, Feſtus autor.

munificos [d] uocari. Igitur municipes[e] dici quod munera ciuilia capiant.

VLP. LIB. XX.
Lex XIX.

LAbeo libro I. prætoris urbani[a] diffinit, qđ quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur: & actum [b] quidem uerbum generale eſſe, ſiue re ſiue uerbis quid agatur, ut in ſtipulatiõe uel numeratione: contractum [c] autem ultrò citróque obligatio-

e ¶ MVNICIPES. Qui ſint infra latius oſtendetur[f]. *f j. eo. municeps.*

LABEO. a ¶ Prætoris urbani. Sic aliquem ex libris ſuis inſcripſit Labeo.

b ¶ ACTVM. Hinc ergo apparet ſtipulationem proprie contractum non eſſe, licet in ea tam reus credendi quàm debẽdi dicatur[a]. *a l.5.ſ.de uerbo.oblig.* Sicut nec donationem, neqꝫ liberationem, aut pactum refutatoriũ, idqꝫ genus remiſſionis, contractuumqꝫ diſſolutiones, nam in his uiciſſim obligatio nõ oritur: quapropter ſi lex municipalis de contractu uerba faciat, hi minime continebuntur, idqꝫ receptius eſt[b]: *b l.ſiue ap.C. de tranſ.* niſi eadem ratio quæ in cæteris cõtractibus procedit, in his quoqꝫ locum habeat: nam cũ ex lata ſignificatione etiam hi contractus dicantur[c], *c l.ſi cum donã. C. quod met.cauſa.* quamuis diſpoſitio odioſa ſit, à ratione interpretationẽ ſumet: quapropter ſi lex uetat ſine agnati conſenſu ex contractu mulierem obligari, nec debitorẽ liberare poterit[d]: *d Bart.§.pactus ne peteret.* conſtitutum enim ita eſt, ut mulieris imbecilli conſilio ſuccurratur: at tunc uel maxime ſuccurrendum eſt, cum donare, uel debitorẽ liberare mulier cupit. Sed nunquid hæreditatem adire prohibetur? & aiunt communiter non prohiberi[e]: *e l.more.ſ.de acq. hære.* aditio enim hæreditatis etiã ex lata ſignificatione contractus non continetur, licet lex interpretetur eum qui adeat quaſi contrahere cum creditoribus hæreditarijs. Nam quamuis diſpoſitio de cõtractu loquens, etiã de diſtractu intelligatur[f], tamen *f l.ad reſo.C. de præd.mi.* hoc ita accipitur, ſi uere geſtus eſt ille quaſi contractus, non ſi ficte[g]: *g l.de eo.ſ.de iudi.* ut in propoſita eſt quæſtione. Plerumqꝫ enim lex non obſeruatis uerbis ex aliqua ratione, idem iuris conſtituit de quibuſcũqꝫ obligationibus, quod de contractibus[h], *h l. omnem.ſ. de iudi.* ſed non ideo conſequens eſt, ut in municipalibus ſtatutis, quæ non niſi ex ui uerborum ductam interpretationem accipiunt, idem obſeruetur.

c ¶ CONTRACTVM. Quod Græci συνάλλαγμα uocant. Sic dicitur, cum ultra uerba cõtractus, aliquid utrinqꝫ agitur: quapropter alibi Vlpianus[i]: Iulianũ, inquit, puto recte à Mauritiano reprænſum in hoc, dedi tibi Stichum ut Pamphilũ manumittas, manumiſiſti, euictus eſt Stichus: Iulianus ſcribit in factum actionem à prætore dandam, ille ait ciuilem incertam actionem, id eſt præſcriptis uerbis ſufficere, eſſe enim contractum Ariſto adijcit συνάλλαγμα, unde hæc naſcitur actio: ita enim repoſita in Thuſco codice eſt hæc dictio, hoc ſenſu: cum præſcriptis uerbis actio detur quoties ex utriuſqꝫ parte aliquid factum eſt quo uterqꝫ ſit obligatus, merito in caſu noſtro ea cõpetet, quia uiciſſim quædam quaſi permutatio Stichi Pamphiliqꝫ, ut manumitteretur, interuenit. Et hæc ratio eſt, cur in contractu innominato, ſi faciam ut des, & poſteaqꝫ feci ceſſas dare, præſcriptis uerbis non agatur, ſed de dolo[k]: nam hic nõ eſt συνάλλαγμα, id eſt, mutuum tactum obligatoriũ: potuit enim factum tuum explicari abſqꝫ meo, & ideo præſcriptis uerbis non agitur, quod nõ eſt in cõtractu do ut facias, uel do ut des, cum dare ſit dominium transferre, quod nõ niſi in cõſentientẽ tranſferri poteſt: cum ergo tibi dederim, & conſequẽter utriuſqꝫ factũ interuenerit, mei trãsferentis, & tui dominium acceptantis, merito præſcriptis uerbis agetur. Dixerit aliquis, ſi ratio hæc uera eſſet: cum traderem ut des (traditio enim facti eſt) de dolo agi nõ poſſet[l]: nõ enim tradere poſſum quin tu accipias: ſed & ſi facerem ut faceres, de dolo agendum eſſet: quod præter Iuriſconſulti mentem uidetur eſſe. Cui ego reſpõderim, cum traditionem acceptans nullum ius acquirat, merum id factum lex tradenti potius imputat, in cuius facti executionem uenit, in contractu uero cum facio ut facias ideo ſemper præſcriptis uerbis agitur, quia ultra promiſſionem uidetur utrinqꝫ interpoſitum mandatum: & ſecundum hanc declarationem accipiẽda ſunt quæ paradoxorũ Lib. V. cap. ſeptimo latius diſſerui. Sanè συνάλλαγμα græce à σὺν quod eſt ſimul:

eſt ſimul: & ἀλλήλως uiciſſim, & uerbo ἀλλάττω deſcendit, quod mutare uulgo ſignificat: ſed eius origo eſt ab ἄττω uerbo antiquo, quod deducitur ab ἀίσσω ἀΐττω, unde ἄττω, quod eſt impello, conuenio, tracto: qua ratione & cōtractū dici probabile eſt, quaſi contra ſeu uiciſſim actū, id enim hæc uox ſignificat. Vnde Vergilius homericon illud, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, trāſtulit, quem contra: ſic & cōtrahere erit uiciſſim & mutuo trahere. Eſt & ἄλλαγμα ꝓ prætio & munere quod ab aliquo capitur, ut interpretatur Hieronymus II. in prophetam Amos cōmentario, ἀντάλλαγμα quoq; in euangelio Matthæi cap. XVI. pro re accipitur, quæ iuxta ueterum cōmercia in permutationem datur. Interpres retributionē uertit: Quam dabit homo retributionem &c. uulgatiore uocabulo Græci contractum συμβόλαιον uocant.

nem [d], quem Græci συνάλλαγμα, uocant ueluti emptionē, uenditionem, locationē, conductionem, ſocietatem: geſtum [e] rem ſignificare ſine uerbis factam.

IDEM LIB. XII.

d ¶OBLIGATIONEM. Ex cōtractu enim oritur obligatio, ex obligatiōe actio[m]: quapropter ex contractu actionem dari, ex obligatione naſci dicimus. Sanè & quædam eſt obligatio quæ ex contractu nō naſcitur, ſed ex quadā æquitate datur, ex ea nō actione, ſed officio iudicis ſuccurritur[n]. Planè & obligationis uerbum generale eſt, & tam ciuilem quàm naturalem cōtinet: quapropter mulier quæ obligare ſe prohibetur ſine agnati conſenſu, neq; pactum facere debitori de non petendo poterit[o], quoniam ex eo naturaliter non petere obligaretur. Sed nunquid ſimpliciter liberare poſſit, & ex uerbis dicendum eſt poſſe, niſi ratio legis aliud induceret[p], ut ſupra dixi.

m l. licet. §. de procur.
n l. qui per col lu. §. de acti. emp. in fi.
o Bar. d. §. pactus ne petere.
p Bal. in rub. C. de pact.

e ¶GESTVM. Cum rem ſine uerbis factam ſignificet, ad extraiudicialia tātum trahi Accurſius credidit, reprobantq; inde quidam eam petitionē, qua quis in iudicio geſſiſſe negotia alicuius ſe aſſerebat. Sed hæc merito non recipiuntur, cum ex ſubiecto argumento geſtum etiam accipiatur ſiue ex contractu ſiue aliter quid factū ſit[q]. Caius etiā infra tanquam leuem hanc differētiam inter geſta & facta negligit. Nec dubium eſt ex cōmuni loquendi uſu nihil hæc differre, quod Barto. annotauit[r].

q l. ait prætor §. de min.
r l. j. de offic. proc. cæſ.

VERBA contraxerunt. Si minor teſtamētum condat, aduerſus eius cōfectionem reſtitui nō poteſt, quoniā edictum prætoris de eo quod geſtū eſt loquitur[a], quæ uerba teſtamētum non compræhendunt, atq; hoc omnes probant[b]: ſi tamē dolo fuit inductus, ſuccurretur legitimis hæredibus per actionē de dolo[c]. Eadem ratione adoleſcēs qui curatorem habeat, contrahēdo res ſuas immobiles ſine decreto alienare prohibetur, & tamen teſtādo nō ſolum ipſe poteſt, ſed & concedere cui uelit, ut alienet[d]. Eodē modo lex quæ cō tractus minorum propter iuriſiurādi religionem corroborat, in eorum teſtamentis locū non habet[e]. Hinc & conſtitutio quæ à filio deportati ante patris reſtitutionem geſta confirmat[f], in teſtamento non intelligitur: ſuntq; id genus plura ſimilia[g], quandoq; tamen uidetur in lege receptum, ut pro contractu etiam teſtamentum accipiatur: quod ideo eſt, quoniā olim per imaginariam quandam uenditionē teſtamenta concipiebantur, quod ex Caij inſtitutionibus in Topica Ciceronis Boëtius explicat. Sunt enim & quædam ſucceſſiones in cōtractuum locū ſubrogatæ, ut bonorū poſſeſſ. in bonis liberti, quā imago ſocietatis induxit[h]. Nam & de contractibus ad teſtamenta plerumq; argumentamur, idq; argumentum ualet, niſi rationis diuerſitas aliud ſuadeat: ea colligitur pluribus cauſis, tum quod teſtamēta fauorabiliorem interpretationem recipiunt, tum quod ambulatoria ab teſtatoris uoluntate pendent, tum quod in eis non facile quis uel falſus uel fallendi cōſilium habuiſſe præſumitur[i], tum quod eorum robur ab aditione hæredis incipit. Cæterum & in teſtamētis contrahi poſſe dubiū nō eſt, quapropter & ab hærede ſtipulari legatario in teſtamento quis poteſt[k], & ſatis erit ſi duobus teſtibus hoc probetur, ut pleriq; ſentiunt: cum uero ex teſtamento hæreditas aditur, nō ipſe teſtator, ſed hæres quaſi contrahere cum creditoribus hæreditarijs cēſetur[l], atq; id Albericus probat: nam ita proxima contractuum naturæ eſt ultima uoluntas, ut de donatione cauſa mortis dubitatum ſit, utri magis aſſimiletur, & eſſe contractum & ſimilem donationi ſimplici omnes fatentur[m], quantum uero ad efficaciam effectumúe ultimæ uoluntatis naturam imitari[n]. Sed cum ita ſit, mirum eſt

a d. l. ait prætor.
b l. j. §. fuit. §. ad treb.
c l. lege. §. ſempronia. de lega. ij. l. non enim. de inoff. teſt.
d Bal. l. ij. C. quādo decr.
e Doc. i autē. ſacramēta.
f l. fina. C. de ſent. paſſ.
g Iaſ. in l. que de legato. §. de leg. j.
h l. j. §. de bon. liber.
i Bart. l. ſi is q. de uulg.
k l. fi. C. de fideicom.
l l. fi. §. ex qb. cau. in poſſ.
m gl. l. j. §. de do. prele.
n Doct. l. ij. §. de leg. j.

Lex XX.

VErba contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad teſtandi ius.

PAVL. LIB. XI.

Lex XXI.

PRinceps bona cōcedendo, uide-

cur conſentiente patre filiusfamil. teſtari nequeat, & tamen cauſa mortis donare poſſit[o].

*o l.tam is.§.de don. cauſa mor.*

PRINCEPS. a ¶Obligationes. Id dubium non eſt, cum is cui bona conceduntur etiã ea petere poſſit, quę alius debet, actiones enim in bonis ſunt. Sed quid ſi ſup illis bonis aliquid alteri debeatur: & idẽ eſſe Accurſius ex hoc reſponſo exiſtimauit, rationemq; affert, quoniã in beneficijs Principũ ſit pleniſſima interpretatio[a]: quæ ratio mihi non placet, ſit enim pleniſſima interpretatio in eius fauorem, cui princeps aliquid indulget, ſed in propoſita quæſtione damnum eſt impetrãtis, ut obligationes ſuſcipere cõpellatur: quare ipſe ita exiſtimauerim, bonorum appellationem ære alieno deducto intelligẽdam, idq; ex ſermonis proprietate: ex mẽte tamen diſponentis aliter quandoq; cenſendum, ea ſic præſumitur, cum aliàs aliquid abſurdum induceretur[b], ueluti quod quis pro parte tãtum eſſet hæres[c], uel quod omnia onera ad aliquẽ pertinerent, ad alium uero omne lucrum[d]. Idem eſt in reſtitutione facta à principe, qua omnia bona alicui concedit. Intelligitur etiã de obligationibus, quia aliàs is qui reſtituitur melioris fieret conditionis, quam prius eſſet[e]. Idem eſt ſi publicata bona alicui donat, nec enim ueriſimile eſt uoluiſſe eum in hoc ærarium ſuum aggrauare, ut æs alienum ſoluat, omni lucro ad aliũ ſpectante. Sed pone publicatis alicuius bonis indicta & exacta à principe eſt aliqua pecuniaria collectio, deinde ad bona ſua exul reſtitutus eſt, nũquid in eorum reſtitutione deducẽdum eſt, quod ex ea indictiõe ad eum ſoluere pertinuiſſet: & Alber. deducendum ait, idem & ipſe ſentio, ſi ad fructus quoq; interim perceptos ſit reſtitutus: quod in dubio nõ eſt dicendum[f], nam ſi fructus non ſint reſtituti, nõ debemus à proprietate uerborũ recedere, cum ſatis ſit ſi interim fiſcus, fructus ipſos lucratus eſt.

*a l.ſi qũ.C.de bon. mater.*
*b l.ſi quis ſer. §.fin.de lega.ij.*
*c l.iij.§.de bono.poſ.*
*d l.cogi. ad treb.*
*e l.j.C.de ſenten.paß.*
*f authẽ. idem C.d'hæret.*

CAIVS LIB. IIII. Lex. XXII.

PLus eſt in reſtitutiõe, quàm in exhibitione: nam exhibere[a] eſt præſentiam corporis præbere, reſtituere[b] eſt etiã poſſeſſorem facere fructusq; reddere, pleraq; præterea uerbo reſtitutionis[c] cõtinent.

PLVS eſt in reſtitutione. a ¶Exhibere rem dicitur qui in præſentiã affert[a]: quapropter actio ad exhibẽdum, uendicationes prægreditur, mobiliaq; prius exhibentur, deinde à domino uendicantur. Hinc & dicta ſunt interdicta exhibitoria, ut cũ prætor niſi tabulæ teſtamenti, uel liber homo, uel liberi exhibeãtur, interdicit[b]: quod intelligitur ut uideri, tangi, agnoſciq; poſſint[c].

*a l.ij.ad exhi.*
*b l. deinde. de lib.exhib.*
*c l.quod & l. §. ait prætor.de libe. ho.exhi.*

b ¶RESTITVERE eſt generalius uerbum, quod etiam ad fructus refertur, quod accipit Oldradus Albericusq;, cum uerbum id à lege profertur[d], alioquin ſi ab homine, fructus non contineri[e]: quod defendi poteſt, ſi alia ratio ſit in fructibus quã in re ipſa. Ego diſtinguẽdum putauerim, ſi fructus bona fide ſint percepti, nec reſtitutionis cauſa retro inferat, tunc non reſtituantur[f]: quàm ob cauſam ſi princeps deportatum de damnatis eximit, & ex indulgentia bona ei mandat reſtitui, interim acquiſiti fructus non reſtituentur[g], ſi uero mala fide percepti ſint, dubium non ſit quin reſtitui debeãt. Idem ſi reſtitutionis cauſa repetita die aſſumatur, ut cum quis in fraudem creditorum alienat, prætor enim eum contractum perinde ab ipſo principio irritũ eſſe uult, ac ſi nihil alienatum foret[h]. Sanè & à principe reſtitutio facta, alteri damnum afferre non debet: quapropter ad ea bona nõ extendetur, quæ interim alienata ſunt[i], niſi de apertiſſima principis mente conſtet, ut cum condemnationem publicationemq; pro infecta haberi uelit[k]. Idem ſi publicæ utilitatis ratio hoc ſuadeat, uel ſi ideo quis reſtitutus ſit, quia iniuſte ſit condemnatus[l], nam in his caſibus damnum afferre alteri princeps non dicitur, cum pretium reſtituere illi debeat, ex facto enim ſuo ſecuta eſt euictio: & ideo non prius reſtitui bona exiſtimauerim, quàm pretium emptori redditũ fuerit, nimis enim graue illi eſſet rem cuius poſſeſſioni incumbebat reſtituere, deinde aduerſus fiſcũ experiri.

c ¶RESTITVTIONIS uerbo. Nam non ſolum fructus continentur, ſed etiã cauſa uſucapionis[m], habetq; ex iuris interpretatione hæc uox amplam ſignificationem[n]. Sanè & reſtituere princeps dicitur, cum ordini & dignitati reſtituit[o], itemq; famæ[p], ut cum quis infamia notatus, hoc ex principali indulgẽtia impetrat, quo caſu infamia facti nõ aboletur, nec eius effectus: non enim poteſt princeps facere, quominus alicuius opinio apud graues bonoſq; uiros notata ſit[q]: Reſtituũtur & natalibus qui ſerui nati ſunt, ingenuitatiſq; iura acquirunt: Reſtituuntur & in integrum minores, & qui iuſtam cauſam, unde reſtitui eos æquum ſit, prætori probauerunt: Reſtituitur & dos ſoluto matrimonio: Reſtituitur ex S.C. Trebelliano hæreditas:

tas: Reſtituitur poſſeſſio ex interdictis.

REI APPELLATIONE. Accurſius ita intelligit, ut qui rei mentionem facit, etiã de eius cauſis iuribusq́ intellexiſſe credatur, ueluti ut cum quis generaliter res ſuas petat: quod exemplum in ſupplicatione principi porrecta procedere poteſt, item in libello q in iudicio uniuerſali, generaliúe datus ſit, ut in petitione hæreditatis, tutelæ, uel pro ſocio actiõe[a], alioquin in particulari iudicio libellus generalis parte opponẽte nõ ualet. Nun quid ergo ſi fundum petierim, ei quoq́ debitas ſeruitutes petiſſe uidear? & ſi petitus ſit cum his quæ ad eum pertinent, dubium non eſt etiam de ſeruitutibus actum, & de his omnibus quæ ex cõſuetudine rei emptæ ſolent accedere[b]. Si uero ſimpliciter fundus petitus eſt, aut per actionem perſonalem, & ſeruitutes non debẽtur: cum enim ius id in re ſit, actione perſonali conſequi illud non poſſumus. Aut per rei uendicationẽ, & uerius eſt, deberi[c], aut non conſtat quæ actio ſit intẽtata, & humanius eſt etiã de ſeruitutibus actũ intelligi, ut hic habetur, nec diſſentit Baldus[d]. Nam & rem uendens eam cum ſeruitute impoſita diſtraxiſſe exiſtimatur[e]: & rei pręſcriptio ad ſeruitutes quoq́, huiuſmodiq́ acceſſiones trahitur[f], quod & de eius interruptione dicẽdum eſt[g]. Alij hanc legem aliter interpretantur, ut appellatione rei contineãtur cauſæ, id eſt dominia: ut ſi quis rẽ legat, eius dominium legaſſe uideatur, ſi eſt dominus, alioquin id ius quod in re habet[h]: quem ſenſum ſi reciperemus, naturam ſuam cõiunctiua non ſeruaret.

a l.j.3. de ædẽ.
b Inno. c. cum ad ſedem. de reſti. ſpo.
c l. uia. §. ſi fũdũ. 3. de ſer. ruſt.
d l. ij. de cond. inſti.
e l. ſi aqua. de cõtrah. em.
f l. ſi aliena. §. hoc iure. de uſuc.
g l. fi. C. de anna. exce.
h l. ſi domus. in fi. 3. de le. j.

VLP. LIB. XIIII.

Lex XXIII.

REi appellatione & cauſæ & iura continentur.

CAIVS. LIB. VII. AD EDICTVM PROVINC.

Lex XXIIII.

NIhil aliud eſt hæreditas, quàm ſucceſſio in uniuerſum ius quod defunctus habuit.

NIHIL. Refertur hic hæreditatis diffinitio, quam ita plerìq́ intellexerunt, ut poſt defuncti mortem ante aditam hæreditatem quoddã ius interim ſubrogari exiſtimarint, quod loco defuncti ſuccedit, eumq́ repræſentat, id hereditatem appellari[a]. Exponitur itaq́ hic ſucceſſio, id eſt, ius ſuccedẽs. Sed uix eſt ut hanc ego interpretationem ſimpliciter approbem, dictio enim uerbalis ſucceſſio rem ipſam in uim nominis ſignificat, non autem ad participiũ refertur, quod uim uerbi aſſumit, ut Grammatici tradiderunt. Etymologia quoq́ huic ſentẽtiæ repugnat: cum enim hæres idem ſit quod dominus[b], ſequitur ut hæreditas ſit rerũ ipſarum dominium, non autem ius ſuccedens. Idem etiam ex eo confirmatur, quod hæreditas per quotas partes in rebus diuiſionem recipit[c], quæ uix eſt ut cõgrue iuri huic ſuccedẽti quadrare poſſit: cum enim diuiſio illa de re ipſa dicatur, cõſequens eſt, ut & quod integrũ eſt ad eam rem referatur. Nam & ſi ius hoc ſuccederet, non in multis ſed generaliter hę reditas perſonam defuncti ſuſtinere deberet[d], & tamẽ in his quæ facti ſunt nõ ſuſtinet, nempe quia quæ facti ſunt[e], in hæreditarijs rebus non ſunt, ad res igitur potius referenda eſt diffinitio. Accedit his, quod Iuriſconſultus[f], cum de hæreditate ad bonorum poſſeſſionem argumentatus eſſet, bonaq́ diffiniret, ſucceſſionem dixit eſſe uniuerſalem in ius mortui, unde credẽdum non eſt eadem uerba hic de iure ſuccedente, alibi de rebus ipſis intelligi. Nam & ueteres Iuriſconſulti hæreditatem in rebus ipſis intellexerunt, quod ex ea finitione apparet quam M. Cicero ad Trebatiũ in Topicis refert: Hæreditas eſt pecunia quæ morte alicuius ad quẽpiam iure peruenit, nec ea aut teſtamento legata, aut poſſeſſione detenta, confecta eſt. Merito igitur ſciendum eſt, quoties paterfamilias moritur, omnia eius bona, itemq́ iura ſine domino remanere, ea ſimul iuncta quadã uniuerſitate cõpræhenſa, id ius cõſtituũt, quod hæreditas dicitur, id defunctũ repræſentat, & ubi per hæredem[g] acquiſitũ fuerit, fictione legis ab uſq́ principio in eius bonis fuiſſe cẽſetur. Quapropter recte Bart.[h] quãdoq́ docuit, dum ſucceſſionem hãc pro ipſo patrimonio interpretatus eſt, quod de uniuerſali iuriũ nominumq́ collectione, non de particulari intelligendum eſt. Vnde cũ lex municipalis matrifamilias bonorũ mobiliũ immobiliumq́ alienationem interdiceret, reſponſum eſt[i], poſſe nihilominus eam teſtari, & extraneum hæredem inſtituere. Cum enim hæreditas ſit ſucceſſio in uniuerſum ius, & à bonis differat, non uidetur durã huiuſmodi legem ad hũc caſum protrahendã: iure igitur hoc caſu hæres uniuerſali in iure ſuccedet, licet particulariter mobilia uel immobilia cõſequi nequeat, ſed tamen non ideo minus hæres erit[k], tum quia etiã abſq́ corporibus hæreditarijs hæreditas ſibi conſtat, tum quia iura & debitorũ nomina conſequetur, quæ legis prohibitione non compræhẽdũtur. Et ex

a Bar. rub. de acqui. hære.
b §. fi. inſt. de hære. qual.
c l. ſeruum. §. fi. de hæred. inſti.
d l. hæreditas. de acqui. rerum do.
e l. uſusfru. de ſtipu. ſer.
f l. iij. de bon. poſſeſ.
g l. hæres quoq́. de acq. hære.
h Bar. d. l. iij.
i Cor. conſi. 104. in. ij.
k l. hæreditas. de pet. hær.

hac diffinitiōe apparet proprie hæreditatem dici,cum adhuc adita non eſt,alioquin ubi ab hærede agnita fuerit, nō amplius hæreditas, ſed hæredis patrimoniū eſt[l].Quamobrem cū plebiſcito municipali ſtantibus maſculis fœmina ab hæreditate patris excluderet, & frater poſt patris agnitam hæreditatē ſtatim deceſſiſſet,crebrius reſponſum eſt,ſororem non excludi,cum nō ampilus patris hęreditas,ſed fratris patrimonium eſſet[m].Idemq; traditum fuit,cum filia patris hæreditati renūtiaſſet, ut ad hanc fraternā extendi abdicatio illa nō debeat[n].Sed tamen ſcrupuloſa ea eſt ſententia, uidemusq; plerumq; hæreditatem appellari quæ adita ſit. Vnde lex falcidia quæ de hæreditate quartam partem deducit[o],de adita intelligitur,imò etiam in peculio locū ſibi uendicat, quod à ſubſtituto tanq; hæreditas accipitur.Sic & in S. cōſulto Tertulliano hæreditatem[p] ex ui nominis dici Iuriſconſultus ait, quæ adita ſemel fuit, licet deinde in integrum hæres reſtitutus fuerit.Idem & in plurimis legibus probatur,quibus hæreditatem uendi,cedi,reſtitui dicitur,& de adita intelliguntur, abſurdumq; eſſet toties improprie loquutos Iuriſconſultos credere. Ciceronis quoq; diffinitio,etiā ſi adita ſit hæreditas, locum ſibi uidetur uendicare.Sed ego à creberrima noſtratium ſētētia recedendum non arbitror,quæ tamē quibuſdā caſibus declaranda ſit: Et in primis plerūq; in iure hæreditas appellatur ἀναφορικῶς ad id quod fuit[q], licet amplius nō ſit,quod autem per relationē dicitur, figurate dicitur, nec figura omnino à proprietate diſſidet.Sic & quādoq; inſulā dicimus[r],quæ non eſt,ſed quæ inſula fuit.Item propter adiunctum grauamē,ut poſſit de eo ſecundū legis diſpoſitionem prouideri, adita hæreditas nomē hæreditatis ſeruat, quod in ſupra ſcripto legis falcidiæ exēplo apparet. Rurſus quoties de hæreditate ipſa diſponendū eſt,uel iuſſu legis,uel quod ita ex uſu ſit[s], de adita intelligemus, ante enim q̄ adeatur, de ea diſponere hæres nō poteſt.Quapropter cum Mediolani ſit lex,ne ulla mulier cū hæreditate extra territoriū nubat,de adita intelligetur,alioquin non cū hæreditate nuberet, ſed cū adeundi iure[t], præpoſitio enim illa cū, de habente intelligitur.Adde quod ratio legis hoc ſuadet,ne facultates ciuium in alienigenas transferantur, cū & alioquin faciliime eluderetur lex,ſi ante aditam hæreditatē nubere nō poſſet[u].Atqui cōtrariū ex ui uerborum uideretur dicēdum, ante aditam ſcilicet nubere nō prohiberi, uerba enim legis cum hæreditate dicunt,non cum iure adeundi[x]. Sed tamē & hoc caſu legi locū eſſe uero proprius eſt,tum ex uulgari loquēdi uſu, quo eā habere hæreditatem dicimus,quæ adire quoties uelit poteſt,cū idem exiſtimetur, ſiue q̄s habeat[y],ſiue habere ſtatim poſſit: tū quia ius adeundi modus eſt per quē hæreditas acquiritur,unde prohibito effectu[z], modus quoq; uetitus cenſeri debet. Et hinc ſumitur etiam alia declaratio,ut ſcilicet ex communi uſu loquendi hæreditatē dicamus etiam quæ adita ſit.Sunt qui idē exiſtiment, etiam ſi adita ſit, dum tamen rerum hæreditariarum poſſeſſio adhuc nō fuerit appræhenſa, proprie enim tum hæreditatē dici:idq; eo argumento, quod lex hæreditatis petitionē tum aduerſus poſſeſſores concedat[a].Qua ratione proditum eſt, eā formulam nō cōpetere ei qui ſemel poſſeſſionem appræhenderit,ſicut nec ei quorum bonorū[b] interdicto Prætorē ſuccurrere. Sed ipſe non arbitror rerū appræhenſione ſignificationem hæreditatis uariari,cum per ſolā aditionē patrimonio hæredis accreſcat, dominiūq; ſtatim transferatur[c]. Illud generaliter fatendum, quoties coniectura aliqua ſuadeat, de adita actum eſſe,ſemper eam interpretationē accipiendā,dum titulo hæreditario acquiſita ſit,quod in propoſita ſpecie exiſtimaui. Legauerat teſtator omnem hæreditatē patris & matris ſibi obuētam,reſponderat Decius[d] de ea quoq; actum cēſeri, quam in ſolutū à fratre acceperat. Ego contra,cū titulo hæreditario[e] eā nō acceperit,ſed ex contractu.Ex eadē quoq; diffinitione creditur iuris ciuilis hæreditatē eſſe,cum hoc à lege inductum ſit,ut id ius ipſi defuncto ſuccedere cenſeatur: ſunt tamē qui potius iuris gētium ſucceſſiones eſſe exiſtiment,cū in Biblijs,& apud Diog. Laertium appareat uſum teſtamētorū apud alias gentes q̄ Romanos fuiſſe,& ex eis hæreditates deferri ſolitas. Sed eò deuentū eſt,ut exiſtimemus origine[f] quidem tam teſtamēta q̄ hæreditates gentiū iuris fuiſſe, naturaliq; ratione & æquitate inductas. Sed cum deinde Quiritium legibus alia teſtamētorum forma cōſtituta ſit, aliusq; hæreditatum deferēdarū modus,iuris ciuilis eſſe cœperunt. Quapropter qui iura Ciuilia amittunt, ut deportati, nullam teſtamenti factionē habent[g]. Hincq; conſequens eſt, ut legibus municipalibus & dari & adimi hæreditates poſſint, & quoquo modo legiſlatoribus placuerit, immutari. Quoniam ea quæ iuris ciuilis ſunt contrario municipum iure eorum arbitratu ſubuerti poſſunt[h]. Qua ratione cum ſupremus Princeps ſpurium filium inſtituiſſet,reſpōdit Baldus[i] iure ei hæreditatē deferri, quoniam prohibitio ſucceſſionis in ſpurio iuris ciuilis eſt, quæ à principe potuit conuelli. Quod ſi is

princeps

l *l. ſed & ſi plures. §. ſi lio. de uulg.*
m *l. j. §. ueteres. de acq. poſſ.*
n *Socy. conſi. 74. in. iij.*
o *l. filiusfa. ad l. fal.*
p *l. j. §. ſi q̄s adita. ad tertul.*
q *l. itē prætor §. j. de ſuis & leg.*
r *l. inſula. de acq. rer. do.*
s *Bald. conſi. 393. in. 5.*
t *doct. d. §. ueteres. in. l. j. de pecul.*
u *c. ſi ciuitas de ſent. exc. in 6.*
x *Socy. d. cōſi. 74. i. iij.*
y *Ang. l. … §. pet… pet. h…*
z *l. ordi… ri. ma…*
a *l. ij. … de fal… pet.*
b *Alex. … 94. co… in. ij.*
c *d. §. ſi … cū he… de acq…*
d *Dec. c…*
e *l. ij. §. … ti. de … uend. … 148. … 30.*
f *l. teſta… ctio. de…*
g *l. j. C. … re. inſ…*
h *Alex. … ij. in…*
i *Bald. … 262.*

princeps legibus ſolutus non eſſet[k],aliud dicendum fuerat.Eadem ratione & illud receptius eſt,poſſe legem municipalem filijs uel parentibus legitimam ex Iuſtiniani conſtitutione debitam auferre. Quoniam inſtitutionis titulo præſtatur,& hæreditatis pars eſt, uſq; uero ad alimẽtorũ ſummam non poſſe[l], cum iure naturæ ea debeãtur,quod ciuilibus ſanctionibus ĩmutari nequit.Quocirca etiam deportato alimenta relinquenda ſunt,ea enim in publicationẽ bonorum non rediguntur[m].Hinc quoq; à pleriſq; illud deducitur,in foro, quod conſcientiæ uocãt,hæredem tametſi inuentarium nõ confecerit,ultra uires hæreditarias non obligari,iure enim ciuili obligatur,quia perſonã defuncti repreſentat[n]:at iure naturali uel diuino hæres non ideo tenetur, quod autoris perſonam ſubſtineat, ſed quia ad eum bona peruenerunt, merito eatenus ſolum obligabitur,quatenus peruenerint[o]:quæ ſententia receptiſſima eſt.Eum enim qui repertorium non fecerit,idcirco lex inſolidũ obligat quod ſubtraxiſſe hæreditarias res præſumit, at in foro conſcientiæ præſumptiones huiuſmodi legum nullius momenti ſunt,ſolaq; ueritas obſeruatur. Quapropter ſi cõſtet legatarios creditoréſue ueritatis huius conſcios eſſe,eo in foro non ultra conſequentur,quàm ad hæredem peruenerit.

k Bald.conſi. 361.in.5.
l doct.c.rdy= nutius,de teſta.
m l.legatũ. de cap.di.
n l.fin. C. de iur.deli.
o in.d.rubri.

### PAVL. LIB. XXI. Lex XXV.

Recte dicimus eum fundum totum noſtrum eſſe,etiam cum uſuſfructus alienus eſt: quia uſuſfructus nõ dominij [b] pars, ſed ſeruitutis [c] ſit, ut uia

RECTE. Duplicem eſſe uſumfructum noſtrates doctores prodiderunt,eũ qui ſeruitus ſit,quem formalẽ appellant, isq; nullo modo ad dominum rei pertinet,quia cum de ſeruitutum ſpecie ſit,ſeruire illi res ſua nõ poteſt[a]: aliũ qui cauſam dominij habeat,unde cauſalis dicitur:cõmoditas enim ea domini eſt,ut re ſua utatur fruaturúe.Sed ego hãc commoditatem non memini in iure legiſſe propriè uſuſfructus nomine appellari:quãuis enim lex[b] eum qui fundũ, deinde uſumfructum ſtipulatus ſit,ei ſimilẽ dicat, qui totum,deinde partem ſtipulatus eſt, nõ tamen de hoc uſufructu intelligi poteſt,qui non ſimilis parti,ſed uere dominij pars eſt: unde de ſeruitute accipiendum eſt,quæ in eo eſt ſimilis parti,quia integram utilitatem non affert, diuerſaq; eſt ab eo fundo: ideoq; ea ſtipulatio,ut aliqui exiſtimãt[c],ualet:tametſi qui totum,deinde partem ſtipulatur, ſecunda ſtipulatione nihil agat.Non tamẽ negauerim, aliquam ſimilitudinem inter hanc domini commoditatem & uſumfructũ eſſe. Quapropter ſi tibi fundum, alteri eius fundi uſumfructũ legauero, uſuſfructus iſte cõmunicabitur[d], & tu fructuum dimidij fundi perceptionem, alter dimidij uſumfructum habebit. Eadem quoq; ratione factũ eſt,ut quandoq; alter alteri accreſcat: ut ſi liberis hæredibus inſtitutis uſumfructum fundi uxori cum liberis legauero:nam in liberorum perſona uſuſfructus tãquam ſeruitus nõ conſtabit,cum enim ſint hæredes & domini,illis res ſua nõ ſeruit: & tamẽ mortuis liberis accreſcet uſuſfructus uxori,& econuerſo, mortua uxore,accreſcet filijs[e]. Cũ ergo etiã dominus uſumfructũ cauſæ ipſi, id eſt domino cohærentem habere dicatur,plerũq; accidit,ut uſuſfructus appellatione de proprietate accipiamus: ut ſi legato uſufructu prohibeat teſtator alienationẽ[f], nam de proprietate eum intellexiſſe prohibitio alienationis arguit.Idem ſi is,cui uſuſfructus pecuniæ legatus eſt,grauetur alteri reſtituere,cũ enim ipſe non hæres reſtituere grauatus ſit, ueriſimile eſt de proprietate actũ[g].Idem ſi re legata,modus additus ſit, ut ea legatarius uti poſſit[h], quod & in donatiõe obſeruatur[i], cum enim res ad uſum donatur, nõ fit ea interpretatio, ut ab uſu proprietas ſeparata cẽſeatur, ſed & ſi duo inſtrumẽta exhibeantur, quorũ altero habere proprietatẽ, altero uſumfructũ dicar, nõ ideo inuicẽ aduerſantia produxiſſe exiſtimandus ſum, quoniã de uſufructu cauſali ut Iaſo.& Socy.exiſtimant[k],intelligi poteſt.

a l.uti frui. §. ſi uſ.pet.
b l.q̃ uſumfru. §.de uerb.
c Raph.ibi.
d l.ſi alij.§.de uſu.leg.
e l.ſi mulieri. de uſu.acc.
f l.proculus. de uſufr.
g l.fin.de uſu. earum rer.
h l.ſpes de au. & arg.
i l.donatiões §.j.de don.
k in.d.l. qui uſumfr.

b ¶DOMINII. Si de cauſali accipimus, dubiũ non eſt eſſe partẽ, ſicut paries pars eſt domus,uſuſfructus enim ille, unà cum proprietate plenariũ dominij ius cõſtituunt.Sed iuriſcõſultus de formali hic intellexit, qui licet in ſe dominiũ habeat, (fructuarius enim illius iuris dominus eſt[l]) non tamen quicq; habet cõmune cum eius rei dominio, in qua uſuſfructus cõſtitutus eſt,imò penitus ab eo diſſidet,nec ſimul eſſe poſſunt:quapropter ſi in libello actor ſe dominũ dixerit, & de uſufructu tãtum probet,obtinebit[m],quia interpretabimur,eum de ipſius uſuſfructus dominio intellexiſſe: ſed ſi fundi dominium dixerit nõ obtinebit: quod pleriq; aſſerũt, & ego generaliter uerum eſſe probauerim, quoniã aliàs reus recte certioratus non eſſet[n].

l d.l.uti frui.
m Alex. §.nihil commune.3.co.
n l.j.de ædem.

c SERVITVTIS. Quapropter qui fundum ſtipulatus uſumfructum accepto tulit

 nihil

nihil agit o, quoniam hæc acceptilatio de re uel parte rei non eſt, quod & in qualibet alia ſeruitute procedit: differentia tamen eſt aliqua, quoniam uſusfructus portionis inſtar obtinet p, quod in cæteris ſeruitutibus non eſt: & ideo lex ait, in multis caſibus uſumfructū partē dominij eſſe q, quod intelligendum per interpretationē, non quod uere pars dn̄ij ſit: ſit aūt hæc iterpretatio ſuadēte æquitate, ut in fideiuſſore pro eo uſum fructum promittente, qui proprietatem dare obligatus ſit r: iniquū enim eſſet, deciperetur que creditor, qui ſolius rei fidē ſequi noluit, ſi ex hac ſubtilitate fideiuſſoris obligatio nulla eſſet, idē ſi alia ratione uериſimile ſit à partibus id actum s, ut uſusfructus pars dominij ſit.

& iter: nec falsò dictum eſt meum eſſe, cuius nō poteſt ulla pars dici alterius eſſe, hoc & Iul. ait, & eſt uerius. ¶ Quod Q. Mutius ait, partis appellatione rem pro indiuiſo ſignificari: nam quod pro diuiſo noſtrū ſit, id non partem, ſed totum eſſe. Seruius nō in elegāter partis appellatione, utrumq; ſignificari.

¶ §. QVOD QVINTVS. Sentētia Mutij fuit, ut qui pro diuiſo poſſideret, non partem poſſidere, ſed totum diceretur. Seruius etiam hoc caſu appellari partem poſſe dicit: quod dubium non eſt, ſi ad id tempus relatio habeatur, quo adhuc nihil diuiſum erat a, idē ſi in re, cuius conſtitutio à domini uoluntate pendeat, appareat eum uelle ut pars ſit b, cuius rei exemplum in fundo accipi poteſt: quapropter conſtat unum fundum dici, qui pro diuiſo à pluribus poſſideatur, ſi ita ipſi uelint c: idem in domo, ut ſi tu cænacula omnia, ego inferiora poſſideam, erit enim una domus d. Sed dubitari poteſt, ſi ex lege municipali qui partē domus habet, incōſulto ſocio uendere prohibeat, an cōſtructo pariete, partem ſuā ſeparare poſſit, ut nō pars, ſed alia domus uideatur. Et poſſe ego exiſtimauerim, nec in hoc Seruij ſententia nobis aduerſatur, quæ tunc nō procedit, cū partiū uoluntas reclamat e, legiſq; ratio non repugnat. Sanè & fundū, cuius pars pro indiuiſo ſit mea fundū meū appellare poſſum f, cum iuris intellectu nō diuiſione corporū in eo partes habeam g.

VLP. LIB. VI.

Lex XXVI.

PArtum non eſſe rei furtiuę partē, Scæuola libro XI. quæſtionum ſcribit.

IDEM LIB. XIIII. AD EDICT.

Lex XXVII.

AGer eſt locus q ſine uilla eſt.

PARTVM. Cum partus rei furtiuæ pars non ſit, ſequitur ut uſucapi à bonæ fidei poſſeſſore poſſit a: quod intelligendum eſt niſi apud furem conceptus ſit b: matrem enim contrectando, & eum contrectaſſe, qui eius uiſcerum portio eſt, uidetur: quod in furis hærede non eſt c: licet ipſe propter autoris ſui malam fidem uſucapere nequeat d: tolliturq; hinc illa dubitatio, cuius innominatus poëta apud Græcos Diodorū iuriſperitum illudēs, meminit hoc epigrāmate:

Ῥήτορα πρὸς Διόδωρον ἀνὴρ δείλαιος ἀπελθὼν
Ἤρετό μιν ποίης ἀμφὶ δικασπολίης.
Ἡμετέρη θεράπαινα φύγεν ποτὲ, τὴν δέ τις εὑρὼν
Ἀλλοτρίην τ᾽ εἶναι λάτριν ὠισσόμενος
Ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι, τέκεν δ᾽ ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ
Καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι
Ὃς δ᾽ ὅτε μορμήριξεν, ἔδρακε βίβλον ἑκάστην
Εἶπεν ὑποστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον
Ἢ σοὶ ἢ τῷ ἐλόντι τὴν θεράπαιναν ἀνάγκη.
Δουλεύειν κείνους ὧν χάριν ἐξερέεις.
Δίζεο δ᾽ εὐμενέοντα δικασπόλον, αἶψα δ᾽ ἀποίσου
Ψῆφον ἀριστερὴν εἴγε δίκαια λέγοις.

Quod epigrāma utcunq; latine reddidimus, quo eius ſenſus qualicūq; lectori ſit aptior:

Rhetora uir quondā paup Diodoron adiuit,
Sciret ut hac ſpecie quid ſibi iura uelint.
Serua mihi aufugit, captā quam reperit olim
Neſcio quis, famulam cōſcius eſſe meam.
Atq; ſuo iunxit ſeruo, quæ fœta puellos
Aedidit, an'ne mei pignora iuris erunt?
Ille anceps, raptus per multa uolumina, tādē
Suſtulit hac uetulum uoce ſupercilium.
Hos opus eſt uernas tibi uel ſeruire, uel illi
Qui tenet ancillam nō ſine fraude tuam.
Sed tibi fac iudex ſit amicus, dūmodo iuſtam
Cauſam habeas, punctum protinus omne feres.

AGER. Ager ab agendo dicitur M. Varoni: ſicut uilla, domus ruſtica, à uehendo, quod in eam fructus aruorum uehantur. Ex mente tamen teſtatoris quandoque ſit plenior interpretatio. Paulus ſententiarum libro III. Villis, inquit, uel agris ſeparatim legatis, alterum alteri cedit. Bart. Villam dici que ſine muris ſit. Subdūt alij, quaſi uallem uallatam appellari, quod ridiculum & ineptum eſt. Sanè & ager pro territorio urbis, & quem Comitatum uulgò appellamus, accipitur: quare non exiſtimauerim

o l. & per ius. de accep.
p l. cum filius. §. dominus. de leg. ij. l. meuius. §. fundo. eo. ti.
q l. iiij. de uſu fruc.
r l. ſi à reo. §. ij. ſ. de fid.
s d. l. meuius.
a l. inſulam. in fi. de acqui. rer. do.
b l. caius. de leg. ij.
c Bar. l. ſtip. non diui. j. queſti.
d Alexā. 24. in. 4.
e l. magis. §. fi. de reb. eorum.
f l. pup. in fi. j. eo.
g d. l. meuius §. duorum.
a l. quas. §. ſi ancilla. de fur.
b l. ſi aliena. §. fi. d'uſuc.
c l. ſi q̄s partis publi...
d l. ſeq... hered...

uerim agri Auenionēſis dici caſtrum, cuius iuriſdictio ad alios quam Auenionēſes pertineat, quamuis intra ipſorum fines conſtitutum ſit. Refertur & ager ad longitudinē, ut cum dixit Horatius, Mille pedes in frontes, trecentos Cipus in agrum.

Stipendium dictū eſt à ſtipe, ꝙ per ſtipes, id eſt modica æra colligatur, ideo hoc etiā tributū appellari Pompon. ait, & ſanè appellatur à contributione tributum, uel eo ꝙ militibus tribuatur.

PAVL. LIB. XXI. Lex XXVIII.

Alienatiōis[a] uerbum etiam uſucapionem[b] continet: uix eſt[c] enim ut non

¶ ſ. STIPENdium. Sic merces militum dicitur, ſicut & ſalariū: ea erat denarius ī ſingulos dies, Tacito lib. I. q unciæ argenti octaua pars eſt. Tributū etiam appellari Pomponius ait, ſed Tacitus lib. XX. Tributū accipit, quod prouinciales ipſi præſtant, Stipendium cum militibus datur: Neq; quies, inquit, gētium ſine armis, neq; arma ſine ſtipendijs, neq; ſtipēdia ſine tributis haberi queunt. Loquitur autē de tributis Galliæ, quæ cum à I. Cæſare in prouinciæ formam eſſet redacta, impoſitum illi uniuerſæ fuit ſtipendium HS quadringenties, quæ ſumma eſt decies cētena milia aureorum, cum hodie ter tantum de Francia, quæ Galliæ pars eſt, reges accipiant. Stipendiariæ autem omnes prouinciæ pop. Rom. erāt, Italia non erat, & ſi quæ urbes ius Italicum haberent, uel fœderatæ eſſent.

l.ſi. C. ſine cenſ.
l.j.ʒ.de ſen.

ALIENATIONIS. a ¶Alienationis uerbū late pertinet, nam ad directi & utilis dominij trāslationē, ad uſucapionē, ad pignoris nexum refertur[a], idq; ſiue à lege, ſiue in cōtractu, teſtamētoue prohibita ſit[b]. Sed hoc quidam intelligunt, cum id nominis large ſumitur, alioquin proprie alienationē eſſe cum directa dominia transferuntur[c]. Et ideo ſi in aliquo argumēto odioſo, uel pœnali, uel alioquin proprie accipiendo, alienationis mentio fiat, pignoris quod uериſimiliter luendum ſit nexus[d], uel hypotheca, uſusfructusue conſtitutio nō prohibebitur[e]. Ego & iſtis caſibus proprie alienationē fieri non dubitauerim: cum enim de iure rei diminuitur, in aliumq; transferatur, quod translatum eſt negari nō poteſt eſſe alienatum: ſed in eo uertetur coniectura, an de huiuſmodi translatione partes egerint, idq; ex ratione legis[f] uel cauſa cōtractus diſcernitur, ita ut in dubio à uerbis nō recedamus. Finge duos Tyrānos ita conueniſſe, ne aliquid de territorio alterius in alterū alienari acquiriq; poſſit, de iure hypothecæ interim actum non cenſebitur[g]: quoniā huius pactiōis uериſimile eſt eā fuiſſe rationem, quod more aquilarum uicini eſſe nollent: quæ ratio in ſimplici hypotheca nō procedit, niſi cū iure pignoris dominiū impetraretur[h]: quapropter licebit creditori id ius alteri cedere, ne uerbis pactionis teneatur. Nam & prohibita alienatiōe, permutatio quādoq; permittitur, cum cauſa prohibitiōis ſola fuit ne qs facultatibus laberetur[i]: ceſſat eñ ratio, cū tantundem ex permutatione cōſequuturus ſit. idē ſi rerū particularis affectio nulla fuerit[k]. Sed nunquid quod de alienatione dicitur locum ſibi uendicet, ſi lex emptionis uenditioniſq; uerbo utatur: Et idem eſſe traditum eſt[l], quoniam lex XII. tabularū emptiōis uerbo omnem alienationē complectitur[m]: ſed in ea lege id erat, quoniā quælibet alienatio per imaginariam emptionē, ſicut & hæredis inſtitutio & emācipatio celebrabatᷣ. Obſeruabimus itaq; an ratio legis generaliter ꝓcedat[n], uel in ea tātū cōtractus ſpecie[o].

a l.fin. C. de reb. ali.
b c. nulli de reb. eccl.
c l.j. C. de fun. dot.
d l.q habebat. de leg. iij.
e l. nō alienat ʒ.ti.j.
f l. ex hoc. §. j.ʒ. de ali. iud. mut.
g l. in quorum ʒ. de pig.
h l.j.C. de iure dom. ipe.
i l. fin. ʒ. de iur. dot.
k l.emp. in fi. de leg. ij.
l Bart. d.l. in quorum.
m §. quintus. ʒ. de ſtatul.
n l. fin. C. de præd. cur. lib. x.
o Iaſ. l. fi. C. de iur. emp. col. 29.

b ¶VSVCAPIONEM. Quod ergo alienari prohibemur, uſucapi quoq; non poterit[p], ut nemo nō fatetur. Sed quandoq; non procedere uidetur: nā minor alienare immobilia nō poteſt, & ea tamē hoc iure præſcribi poterāt[q], in quo magna eſt altercatio. Ipſe negauerim eorū alienationem ſimpliciter prohiberi: Oratio enim diui Seueri ſolū ſe interdicere tutoribus & curatoribus, ne ea diſtrahant ſine cauſæ cognitione aſſerit[r]. Nec obeſt, quòd adoleſcētes ipſi etiā alienare prohibeantur, quia hoc nō eſt propter res ipſas introductum, ſed quia in his quæ ſecum geruntur, præſumuntur propter facilitatem labi[s]: quæ ratio in præſcribente, qui nihil cum eis agit, locum non habet. Sanè & res litigioſa alienari nō poteſt, & tamē præſcribi poteſt[t]: quod ideo eſſe Accurſius tradit, quoniam uitium hoc rem ipſam non afficit. Ego accepi, licet id uitium perempta inſtantia duret, nō tamen alienationem rei factam, irritam eſſe[u], quapropter nec præſcriptionē. Et ex hoc cōſequens eſt, ut quibus caſibus prohibitio alienationis non efficit quo minus diſtractus ualeat, uſucapio quoq; procedat[x].

c ¶VIX eſt. Interpretatur enim lex, quia patitur uſucapi, cum alienare: quæ interpretatio cum ex iuris antiqui æquiparatione proueniat, generaliter etiam in correctorijs locum

p l. ubi. ʒ. de uſucap.
q l.ſi. C.ī qb. cau. in inte.
r l.j.ʒ. de reb. eo.
s l.iij. C. de in int. reſt. mi.
t l.j. C. de lō. tem. præſ.
u Bar. l. cenſemus. C. de litig.
x l.ea.l.C. de cōd. ob cau.

locum habebit. Et hinc eſt, quòd ſi ex forma legis municipalis nō poſſit ſentētia dici nulla, niſi intra triduum, eo elapſo, non poterit neq; excipi, tanquàm iuriſditio in iudice nō eſſet: qui enim terminum labi permiſit, magis ex facto ſuo, quàm ex iudicis ſententia uidetur excluſus, nec ulterius erit audiendus, ut Pau. Caſtrē[y]. reſpōdit, cuius ſentētiam etiā alij probant.

y conſil. 329. Alexā. 105. in. 5. calcā. cōſi. 15.

d ¶ NON utendo. Alij codices, abutendo: ſed cōmunis lectio magis cōuenit. Hinc q; argumētum ſumitur idem eſſe ſiue expreſſe quis alienet, ſiue tacite per lapſum tēporis: quandoq; tamen tacita hæc alienatio efficacior eſt[d].

d l. j. C. q ad.

uideatur alienare, qui patitur uſucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui nō utendo[d] amiſit ſeruitutem. Qui occaſione acquirendi nō utitur, non intelligitur[e] alienare: ueluti qui hæreditatē amittit, aut optionem[f] intra certum tempus datam non amplectitur. ¶ Oratio quæ neq; coniunctionem neq; diſiunctionem habet, ex mente pronuntiantis uel coniuncta uel diſiuncta accipitur.

e ¶ NON intelligitur. Merito lex in hæreditate exemplum poſuit, quoniam ea nō niſi adeunti acquiritur: in legatis aliud eſt, quæ ipſo iure in legatarij dominium tranſeunt[b]: unde ſi repudiat dominiū ſibi iam quæſitum abdicat, merito alienare cenſetur[c]. Sed finge Titio legatā quartam partem bonorū, cum in hoc legato ipſo iure dominium nō tranſeat[d], repudians alienare nō uidebitur: in edicto tamē quo prætor in fraudem creditorum geſta reuocat non compræhēdetur qui legatum repudiat[e], quoniam alienationis uerbo Prætor uſus nō eſt, ſed ſimpliciter non permittit fraudationē, quæ minime interueniſſe uidetur, in eo qui id repudiat, quod ex concedentis intentione arbitrarium ſibi fuit, acciperet an non acciperet, nec enim hoc egit teſtator ut creditoribus prodeſſet. Planè ſi quis ex natura contractus acquirere mihi teneatur, in eo quod dolo malo fecit ne acquireret, condemnabitur[f], idem ſi non ex natura contractus teneatur, ſed ut fraudi lex obuiam eat, in eius rei reſtitutionē aliquem grauauerit, quæ non ſolum peruenit, ſed peruenire ad eum potuit[g].

b l. à titio. de fur.
c l. magis. §. fundum. de reb. eorum.
d l. ſi qs bonorum. de leg.
e l. qui aūt. de his quę i fr.
f l. ij. §. non tantū. de here. uend.
g l. ſed ſi. §. perinde. ꝫ. pet. hered.

f ¶ OPTIONEM. Quod prius mēte optauimus, re ipſa eligimus, quapropter promiſcue optio electioq; aſſumitur.

§. ORATIO. Coniunctiua dictio utriuſq; rei concurſum requirit, diſiunctiua alterius. Finge ergo me ita ſtipulatum, Titium Pamphilum Seium dabis: ſi de mente contrahentiū non conſtet, diſiunctiue deberi Iac. ſenſit, ut ad minimam ſummam interpretatio redigatur. Accurſius idē hoc caſu arbitratur, ut aduerſus eum qui ea uerba protulit, fiat interpretatio: tametſi ceſſantibus coniecturis non neget ea coniūctim prolata potius uideri. Ipſe à uerbis nō recederem, quæ in coniunctam inferūt: nam & ſimili caſu quandoq; Accurſius apponēdum pūctum affirmat, quod coniunctionis loco ſit.

IDEM LIB. XVII. Lex XXIX.

Coniūctionem[a] enim nonnunquàm pro diſiunctione[b] accipi Labeo ait, ut in illa ſtipulatione, mihi hęredíq; meo[c] te hæredemq; tuum.

a ¶ CONIVNCTIONĒ. Grāmatici cōiunctionē ſimpliciter uocant etiam quæ diſiuncta eſt, quapropter Iuſtinianus[d] coniunctionem, inquit, aut pro & accipi, ut uideatur copulatiuo modo eſſe prolata, ut magis ſit συνάφεια, ut & primam perſonam &c. Ita enim legēdum, & uox græca ex antiquis codicibus reſtituenda: ſicut uice uerſa Rhetores diſiunctam orationem uocant, & ſi concurſum enūtiatorum requirat dummodo κῶλα, id eſt, membra orationis ſeparatim proferantur: cuius rei Aquila Romanus autor eſt. Sed iuriſconſulti aliter accipiūt, & diſiunctionem appellant, quam uulgo alternatiuam dicimus, de qua inferius latius dicetur.

d l. cū C.

b ¶ PRO diſiunctione. Quapropter ſi pater filium, & ex eo nepotes in poteſtate habens ita inſtituat, filium & nepotes inſtituo, coniunctio naturam ſuam non ſeruat, quoniam ordo charitatis affectionisq;, neque non inſtitutionis neceſſitas, ſuadent ut donec pater uiuat filij non admittantur, ſed ipſe ſolus hæres ſit, ut communiter traditum eſt[b]: quod ſi neceſſitas hæc uel affectio non ſubſit, à natura uerborum non recedemus.

b l. gall. j. 5. d. poſt.

c ¶ MEO. Atqui mentio hæredis uidetur ſuperflue addi, cum qui dari ſibi ſtipulatur[c], utiq; hæredi quoq; ſtipulat̄, imò ſi alteri ex hæredibus tantum ſtipulari uellet, nō poſſet: quoniam cum lex XII. tab. obligationes æquis portionibus inter hæredes diuidat, ſu-

c l. cū 3. de

pra

pra contingentem portionem cenſentur extranei, & alteri extraneo nemo ſtipulari poteſt. Sanè illa ſtipulatio, mihi hæredíq; meo, nõ ſemper diſiunctiue accipitur, uerumq; eſt Labeonis exemplũ, cum in ſtipulationem id deductum nõ eſt quod tractum habeat: ut ſi mihi hęredíq; meo centũ promittas, ſed ſi p te[d], hæredéq; tuũ habere licere promittas, itẽ per te hæredemq; tuũ[e] uim nõ fieri, coniunctionis uim attendemus, infraq; latius hæc attingentur.

*d l. ſtip. iſta. §. j. ſ. de uerb.*
*e l. ſi ſtip. ſ. eo. titu.*

CAIVS. LIB. VII.
Lex XXX.

SYlua cædua eſt, ut quidã putant, quæ in hoc habetur ut cædatur. Seruius eam eſſe quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus[a] aut radicibus naſcitur. ¶ Stipula[b] inlecta eſt ſpicæ in meſſe deiectæ, necdum lectæ, quas ruſtici cum uacauerint colligunt. ¶ Noualis[c] eſt terra proſciſa quę

SYLVA. Arborum aliæ fructiferæ ſunt, aliæ cęduæ, aliæ nõ cęduæ. Cęduas eſſe hic apparet, quæ exciſæ repullulant, ſiue ab eodẽ ſtipite, ſiue ex ſtirpibus, ut ſalix, arũdo, ornus, fraxinus, laurus, alnus, bętulla, ſambucus, populus, æſculus, quercus[a], multæq; id genus ſpecies, quod ita intelligẽdũ eſt, ſi in eũ uſum haberetur ut cæderẽtur, ſiue materiæ cauſa, ſeu lignorũ[b]: alioquin ſi in eum uſum habitę nõ ſint, ex prima quæ hic refertur opinione, pro cęduis nõ erunt. Quid enim ſi animi cauſa platanũ, ulmum, fagũ, fraxinũ, ilicem educauerim? quid ſi ſyluam antiquã eãdemq; glandariã habeã, quam nuncq; cędere ſolitus ſim, ſed ſubulcis locare? an ſola arborũ cupreſſus non cędua erit, quia ſola nõ repullulat? quod Aret. & Picus[c] ſenſerũt, ſed dubio procul, male. Inter hæc arborum genera nõ leuis differẽtia eſt, nã fructiferas fructuarius nõ cędit[d], niſi uetuſtate conſumptas[e]: quod ſi ui uentorũ deiectæ ſint, in uſum ſuũ, uel uillæ, ſi aliunde non habeat, accipere poteſt[f], reliquum ei auferre extra agrũ, ne ſolo officiant, permittitur[g], ad dominum tñ pertinebit. Cęduis uero ſicut paterfamilias cędebat uti, uel per frõdatores ramos decutere poteſt, pedamentaq; (ſunt hi pali teretes uitiũ ſuſtinẽdarũ cauſa) cõficere[h], & etiã alteri uendere. In nõ cęduis, id ſolum conceditur, quod pro ipſius uineæ uſu neceſſarium ſit, dum fundus deterior ea cauſa nõ fiat, uel arbores grãdes non ſint, huiuſmodi enim uoluptatis cauſa ſolum habentur, quam decuſſa coma amitterent[i]: harũ & M. Varro rei ruſticæ lib. III. cap. IIII. meminit, uideturq; grãdes arbores intelligere, quæ in ſylua cędua relinquuntur, nec unà cum cæteris amputãtur: poſſunt tamẽ etiam intelligi grãdes arbores, quæ decacuminationẽ, quam Græci ἐπικόσμην uocant, non ferunt:

*a l. cum manu §. ſylua de contrahen.*
*b l. item. §. ti. de uſufruct.*
*c rep. §. titia. q. 36.*
*d l. æquiß. §. fructuari.*
*e l. agri.*
*f l. arboribus*
*g l. Proculus.*
*h l. ex ſylua.*
*i d. l. ex ſylua.*

ut picea, pinus, abies, palma, addũt aliqui cupreſſum, & cedrum. Quid ſi grãdẽ arborem intelligamus, quam Græci ἀξιολογώτατορ uocant, uidelicet prægrandibus ramis, ordinatis, paribuſq; numero, qualis fraxinus, ſorbus, picea: In conductore emphiteotaq; aliud dicendũ eſt, fructiferas eñ demortuas ut lucretur ſubſtituere alias debet[k]: qđ etiã in nõ cæduis opinor[l]: cæduas ĩdiſtinctè cędit[m], modo ex cõſuetudine regionis, uel patriſfam. locatoris, ſi aliud actum nõ præſumatur, accepto: nõ minus enim quàm fructuarij horum eſt ius.

*k l. in fraudẽ. §. pe. de iu. fiſ.*
*l l. diuortio. §. puto. ſol. mat.*
*m d. l. cum manu.*

a ¶ STIRPIBVS. Sunt ſtirpes ferulæ ſeu uirgulta quæ de radicibus naſcũtur, ea & germina dicũtur[n], hinc & germinalis arbor. Accurſius quæ ſtirpes ſunt pedamenta eſſe arbitratur, cõtra. M. Varronis & Columellæ cæterorumq; antiquorum autoritatem.

*n d. §. puto.*

b ¶ STIPVLA illecta. Culmus eſt cum ſpica non collectus, ſed in metẽdo derelictus, quem cum otium adeſt ruſtici deinde metũt: & quod dicitur deiectæ melius quadraret relictæ ſecundo caſu, quamuis & illud defendi poſſit. Sanè ex lege ueteri, quæ in Deuteronomio habetur, præceptũ eſt, ne ſtipulam illectam, oliuas relictas, racemoſq; remanentes dominus colligat, ſed aduenæ, pupillo, & uiduæ permittat, unde ſpicilegium racemationemq; facere poſſint, quod præceptum etiã in præſentia à pleriſque obſeruatur. Aduertendum tamen, ne non uacauerint hic legendum ſit, ſed occauerint: quo ruſtici primo meſſes faciant, deinde occent, fodiantq; uineas, quo opere tanquam magis neceſſario perfecto, racemationem faciant: ſolere enim poſt meſſes occari uineas, autor eſt Palladius lib. VII. & VIII.

c ¶ NOVALIS. Græci νεαγὴν ſeu ut alij νέομα uocãt, & duplici ſignificatione accipit, ut terra ſit quæ anno ceſſat, quod Paulus hic ait, itemq; ager nũc primũ coli cæptus[o] cum prius ſylua eſſet, uel alio modo incultus, atq; ita etiam Hieronymus interpretatur[p]. Addit Appianus lib. I. decimam partẽ fructuum Reipublicæ ſolitam pẽdi pro uectigali eorũ agrorũ qui deſerti ad culturã redigerentur, hincq; apparet inculta loca in dubio præſumi Reipublicæ, nec fieri occupantis quod & alij tradiderunt[q], ſanè proſciſſa dicitur terra, quæ

*o l. ſi. in fi. de ter. mo.*
*p c. j. c. qd ſit extra co.*
*q l. j. de acq. poſ.*

quæ primum aratrum experta eſt grandioribus glebis relictis Catoni, Plinio, cæteris.

d ¶ INTEGRA. Vt ſi quis uendat terram integram, intelligetur nõdum à pecore depaſtam, licet Accurſius paſcendi uerbum hic pro pinguefaciendi, cõtra rationem ſermonis, intellexerit[r],

r l. j. de glo. leg.

e ¶ GLANS caduca quæ ex arbore cecidit. Vnde interdictũ de glãde legenda cõpetit. Sanè hæc expoſitio ex ꝓprietate ſermonis nõ eſt, quoniam caducus non qui cecidit, ſed q facile caſurus eſt, ruinãq; minatur, ſignificat, unde & paries caducus.

¶ §. PASCVA ſylua. In quam ius eſt paſcendi cauſa pecora mittere. Sed finge depræhendiſſe me pecora uicini in agro meo, quo iure mihi prouiſum eſt? & lege aquilia agendũ eſt[s], non autem iure pignoris pecus retinendũ, niſi illud diu aluerim[t], cum dominum ignorarem: uidetur enim, quia in rei utilitatẽ alimẽta uerſa ſunt, eorũ ratione retineri pecus poſſe[u].

s l. quintus ad l. aquil.
t l. hoc ãplius §. de his de dam. inf.
u l. ſi nõ. §. cẽtũ. ſ. com.

PRATVM. Pratum quaſi paratum, ut Vlpianus, ad fructuum perceptionem, uel ut Varro, ad conſtitutionẽ: modico enim opere pratum fit, ut quod nec aratro, nec annua ſemente indigeat. Et hinc probatur, legatis pratis etiam inculta contineri, unde tamẽ aliquid fœni teſtator colligeret, ſecus ſi in eis pecuaſcere tãtummodo ſolebat, nam ea non prata, ſed paſcua dicentur: quæ ſi ad pagum aliquem in uniuerſum pertineant, uulgò uicanalia appellãtur: Vicani enim ruſtici ſunt. Sed an prati appellatione arbores quæ in eo ſunt contineantur? ut in eis damnũ inferens ea pœna afficiatur, quã lex municipij in eos conſtituit, qui in prato damnum fecerint? Et quibuſdam uidetur[a], tanq; arbores pars fundi ſint. Sed ego ratione legis conſiderandam arbitror: ex ui enim uerborũ nõ uidetur qui arbores inciderit, damnum prato feciſſe.

a Albe. ĩ dictĩ.

MINVS. In ſermone Latino hæc dictio quãdoq; uim comparatiui non habet, unde quod nõ recepi, recte dixero minus recepiſſe, & minus tribuere uidetur[b], qui nihil tribuit, quod & infra uidebimus. Et hinc argumentum colligitur, ſi in tranſactione[c] annuos ciuilium annonarum reditus tibi conceſſerim, addita lege ut ſi plus uel minus exigeretur tuo periculo eſſet, quamuis nihil exigatur, me non teneri. Verum eſt ẽm te minus exigere, ſi nihil exigis: id tamen ex ꝓprietate ſermonis non eſt, ſed ex interpretatiõe. Vnde ſi aliam mentẽ cõtrahentiũ fuiſſe præſumamus, à ꝓprietate comparationis non diſcedemus.

b l. illud. §. j. de tribut.
c l. uerb... l. ſi ita...

anno ceſſat, quam Græci νεαγὴν uocant. ¶ Integra[d] autem eſt in quam nũdum dominus paſcendi cauſa pecus immiſit. ¶ Glans[e] caduca eſt quæ ex arbore cecidit. ¶ Paſcua ſylua eſt quæ paſtui pecudum deſtinata eſt.

VLP. LIB. VIII. AD EDICT.
Lex XXXI.

Ratũ eſt in quo ad fructum percipiendũ falce dumtaxat opus eſt, ex eo dictum, quod paratum ſit ad fructum capiendum.

PAVL. LIB. XXIII.
Lex XXXII.

Minus ſolutum intelligitur & ſi nihil eſſet ſolutũ.

VLP. LIB. XXI. AD EDICT.
Lex XXXIII.

Palam eſt coram pluribus.

PALAM. Palam quid fieri uarijs modis accipitur: palã nuncupatus hæres dicit, ſi teſtes exaudiuerint: palã quæſtum facit mulier, quæ paſſim, & ſine delectu ſtuprari ſe ſinit[a]: palam ſpurio reliquiſſe uidetur, qui apertis uerbis uſus, nec hæredis fidẽ tacite ſequutus eſt[b]: palam quoq; rẽ eſſe dicimus, de qua conſtat. Hic tractatus ſolet quadrupliciter accipi, aut enim res euidẽs eſt, quod uulgò notorium dicimus, aut ſimpliciter manifeſta, aut liquida, aut tantũmodo clara. Notorium eſt, quod omnibus conſtare poteſt, & colore nullo offuſcatur, nec probatione indiget, ut palatium in urbe eſſe: idẽ de re quam per inſpectionem iudex deprændit, ut cum quis accuſatur occidiſſe Seium, & Seius uiuus exhibetur, & talis allegatio quandocũq; fieri poteſt: unde etiã ſi in cauſa cõcluſum ſit, debent iudices accedere in rem præſentem[c], huiuſmodi enim probatio præualet omnibus, imò hac ex cauſa res iudicata nullius momenti erit[d]: res enim iudicata quamuis hac in ſpecie cõtineatur, & quod ex ea cõſtat, ſit euidẽtiſſimũ, id tamen nõ uere, ſed præſumptiõe legis eſt, quã præſumptionẽ notoriæ huic ueritati cedere æquiſſimum eſt. Manifeſtũ eſt quod allegari probariq; oportet, ut Titium coram populo occiſum, Seium publice fœnus reprobum exercere, atq; id genus multa, quæ põtificij iuris interpretes notoria quoq; dici contendũt: qua in re ego nõ multum operæ poſuerim, qui ſciam uerborũ hanc differentiam plerũq; confundi, de re ipſa igitur nõ de uerbis

a l. pal... ric. ...
b l. non... gitur... iur. ſi...
c l. ſi ... fin. re...
d c. frater... tis. de...

bis diſputādum eſt. Ego hac in ſpecie id contineri arbitror, quod probabili aliqua excuſatiōe obtegi poteſt, quod regulariter in his rebus procedit, quæ facti permanentis non ſunt, & ideo ſententia aduerſus huiuſmodi perſpicuitatē lata ipſo iure ualeret, prouocandiq́ꝫ remedium ſolū ſupereſſet[e]. Liquidū dicit̃ id, quod iudici ex actis liquet, id enim proprie manifeſtū dici non poteſt[f], tametſi iuris interpretatiōe nō multū ab eo differat. Hac in ſpecie uidentur contineri, quæ per inſtrumētum uel confeſſionem in actis conſtant: ſi enim huic inſtrumento uel confeſſioni nihil probabile obijciatur, ſi item confeſſionis error nō adducatur, cēſebitur res liquida[g]. Sed & acta ipſa rem faciunt iudici liquidam, ſic & atteſtationes: hæc autem non ſimpliciter rem faciunt liquidā, ſed ipſi iudici tantū, indeq́ꝫ aliqui effectus iuris oriūtur[h]. Quapropter ſi filius uel uxor contra patrem uel maritum agant, hiq́ꝫ negent filium uxorémue eſſe, ſufficient huiuſmodi teſtimonia, etiā ante publicationē, ut iudex decernat eis interim alimēta deberi, itemq́ꝫ expēſas litis[i]. Id enim eſt liquidum, quod ſine moroſa difficultate iudici probatur: & ideo ſi conſtitutū ſit, cauſas inter agnatos cōpromitti, non intelligetur de his quæ hoc modo liquent[k]. Clarum generaliter accipi poteſt, ut ſupraſcriptos caſus comprændat, ſed inter ipſas partes id clarum fuiſſe iudex arbitrabitur, quod inter eas geſtum ex inſtrumento uiderit, quod interim nō modicæ utilitatis eſt[l]. Sed & quoties ſola admonitio ſufficit ne quis dolo denūtiare uideatur, ex inſtrumēti extra iudicium oſtenſione, res palam facta exiſtimatur[m]. Sed cū omnino in iudicijs expectanda ſit ſententia, quæ rem iudicatam inducat, quorſum attinet tam ſcrupuloſe perquirere, an res manifeſta, clara, liquida ue ſit? Verum his ego reſpōdeo in eo uerſari utilitatem, quod in euidenti & manifeſto lata ſentētia præſumatur[n], retro quo rem fuiſſe euidentem, & manifeſtam, quod in alijs caſibus non ita eſt. Sed hæc hactenus. Illud nō prætereundum, differentiā eſſe quid palam factum dicatur, an publice: quādoquidem palam fieri dicitur, quod corā pluribus, puta duobus fit, at publice quod coram populo. Inde ſi teſtis aſſeruit publice ita affirmari in urbe, perinde erit, ac ſi exſtare publicā famam dixiſſet, quod quidā reſponderūt, licet alij hac in re controuertant[o].

e l. ciues. C. de appel.
f Card. c. ueſtra. 7. & 31. q.
g c. fi. de coh. cl.
h c. ſignificauerunt. de teſti.
i c. ex parte. de accuſ.
k l. poſtrē. de tranſ.
l Bar. l. j. ī. j. q. d' op. no. nun.
m Bart. d. l. j. q. xj.
n Fed. cōſi. 8.
o Saly. l. ea quidem. C. de acc. pen. char.

PAVL. LIB. XXIIII.
Lex XXXIIII.

Actionis uerbo etiā perſequutio[a] continetur.

IDEM LIB. XIIII.
Lex XXXV.

Reſtituere autem is intelligitur, qui ſimul & rem & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti[a] tempore res ei reddita fuiſſet, item & uſucapionis cauſam, uel fructus.

ACTIONIS VERBO. a ¶Perſequutio eſt imploratio officij iudicis, quod nobile uulgò appellant, eſtq́ꝫ extraordinarium remedium, ſicut enim actiones aduerſus eos qui ex facto ſuo uel alia iuſta obligatione tenētur, cōpetunt, ita perſequutiōes aduerſus eos dātur, qui ſola æquitate, & quod dicit̃ de bono & æquo, ſunt obnoxij, quare harum actionū inſtar habent perſequutiones[a]: & ubi de ſtricto iure nulla actio datur, ex æquitate officiū iudicis imploramus. Quandoq́ꝫ autē huiuſmodi imploratio uim actionis habet, quandoq́ꝫ exceptionis[b]: non tamen dubium eſt, quin ex larga ſignificatiōe perſequutio actionis uerbo comprændatur: ideoq́ꝫ ſi eadem ratio ſubſit, quod in actiōe diſpoſitū eſt, in hac perſequutione etiam in ſtricta materia obſeruabitur[c]; quod ſi non eadē ratio ſubſit, aliud erit; uerbi gratia, non poſſunt cœnobitæ minores actionibus in iudicio experiri, æquū eſt ut ſaltem officio iudicis eis ſuccurratur[d], quod etiā in filiofamilias aduerſus patrē cōcedendū eſt[e].

RESTITVERE. Qui rē ut reſtituat condemnatus eſt, is & fructus reſtituere debet, à tempore litis cōteſtatæ perceptos[f], & actorē in eam cauſam ponere quam habiturus eſſet, ſi ſtatim ante litis conteſtationem reſtituiſſet[g]; unde ſi ideo actor nō uſucapit, quia eo tempore res ſibi reſtituta nō ſit, reus quanti ea res erit tenebitur[h].

a ¶IVDICII accepti, id eſt, litis cōteſtatæ[i], tunc enim iudex iuris dicendi poteſtatē accipit, cum ante diffinitiue condēnari nemo poſſit, ſolebant autem tunc partes quibuſdā uerbis ſolennibus uti, quibus de eo negotio iudicandi poteſtatē faciebant, ut ex M. Varrone lib. V. de lingua latina colligi poteſt. Sanè quod hic dicitur, procedit in his caſibus, in quibus à tempore lit. conteſt. fructus reſtituēdi ſunt, quod in obligationibus dādi regulare eſt; in eo aūt qui tradere tenet̃ aliud eſt, quippe is à tempore moræ fructus perceptos reſtituere debet[k]. Sed quid in uſurario? & lucrum ſeu fructus quos ſola induſtria ſua

a l. actionis. de act.
b l. plane de pet. hære.
c Alex. l. j. de iur. om.
d l. quintus de an. leg.
e gloſ. l. j. C. qui ad.
f l. præterea. de reiuen.
g l. cū fund. ſi cer. pet.
h l. iul. §. fin. ad exhib.
i l. is q ſe obt. de reiuen.
k l. uideamus de uſur.

acquirit nunc̃ reſtituere debet, quales ſunt, ſi qui ex ipſa pecunia licite perueniunt, cæteros reſtituere tenetur, damnumq́ue omne illi reſarcire, cui fœnora extorſit, atque ita etiam Theologi ſentiunt[l].

*l Anc. reg. peccatũ. i 6.*

VLP. LIB. XXII.
Lex XXXVI.

LItis nomen, actionem ſignificat, ſiue in rem ſiue in perſonam ſit.

PAVL. LIB. XXVI.
Lex XXXVII.

VErbum oportere, non ad facultatem iudicis pertinet, q̃ poteſt uel pluris uel minoris condemnare, ſed ad ueritatem refertur.

LITIS. Litẽ poſt conteſtationem ſolũ dici, cauſam uero etiã ante, Doctores ferè crediderunt[m]: quod ipſe nõ negauerim, quoties ſubiecta argumẽti ratio hoc fert, ut ꝑ inſtãtia cauſæ lis accipiatur[n]: alioquin proprie etiam ante iudicium acceptum litẽ eſſe Iuriſcõſultus hic oſtẽdit, q̃ actionẽ ſiue in rem ſiue in perſonã ſit ſignificari ait: nã & cum litem conteſtatam eſſe dicimus, uerba indicant quãdo adhuc conteſtata non erat, nihilominus litem fuiſſe. Eandẽ ſentẽtiam etiam Corn. Fronto. probat: Dum lis, inquit, naſcitur, pertinacia efficit cõtrouerſiam. Idemq́ue de controuerſia Fortunatianus ſcribit, uideturq́ue etiam extra iudicium litem dici[o], quod & Nonius Marcellus ferè ſentit, nec alij diſſentiunt. Hinc illa inſcriptio, Hei uxor etiam mortua litigas? Et quod in lite eſt, ipſe etiã in quæſtionis uerbo eſſe dixerim[p], quãuis Bart. cũ quæſtionis uerbum in lege reperitur poſt litem cõteſtatam ſolũmodo accipi ſenſerit[q], quod nõ probo: nam & dubium non eſt, etiam ante lit. cõteſta. cauſam dici[r], ut eiuſdem fere ſignificationis has eſſe dictiones credere pronius ſit.

*m l. cauſas. C. de tranſ.*

*n l. poſtquam. C. de pac.*

*o Abb. c. ex parte. extra eo.*

*p l. ſi tibi. C. de lib. ca.*

*q l. amplius. rẽ rat. ha.*

*r c. de cauſis. de off. del.*

VERBVM oportere. Solennia uerba actionum iure ueteri erant, aio te mihi dare oportere: quorum uerborum Valerius Probus in opuſculo de notis antiquis meminit. Pone ergo me in libello dixiſſe, te mihi decem dare oportere, quomodo hæc uerba accipiemus? Et Iuriſconſultus ait, tametſi uere mihi ea debeãtur, licere tamen iudici uel pluris uel minoris condemnare. Hincq́ue apparet eouſque arbitrium iudicis protendi, ut ab eo quod uere debetur recedere poſſit, & ex cauſa cõdemnationem uel augere uel minuere. Auget in arbitrarijs[a], uel in his quæ ex infitiatione duplantur[b], quod & expẽſarum, uel eius quod intereſt ratione fieri poteſt[c]. Minuit ſi totius ſummæ actor capax nõ eſt, uel ſi pars aliqua poſt iudiciũ cœpit nõ deberi[d]: minuit & in exequutione: cum reus non niſi quatenus facere poteſt conuenitur[e]: & hæc exempli cauſa ſatis ſint, alioquin generaliter licitum eſt iudici, ex cauſa legis diſpoſitionem interpretatione mutare[f]: quapropter quamuis lex ſimpliciter uelit interrogatiõibus reſpondere: poterit etiam diſiunctim reſpondẽtem admittere[g]: & quamuis certa pœna noxijs ſtatuta ſit, illi tamẽ eam minuere uel etiam augere permittetur[h]. Quod & ĩ dilationibus à lege cõceſſis obſeruamus: ei enim qui pro tribunali cognoſcit eas, prorogandi coarctandiue ius non denegatur[i], qua ratione & à uoluntate teſtatoris recedere ex iuſta cauſa conceſſum eſt. Quid enim ſi fauore pupilli hæredis prohibuit teſtator diuiſionem fieri, appareatq́ue id in euidens eius damnum reflecti[k]? Poteſtq́ue quandoq́ue plus iudicis ipſius q̃ teſtatoris iuſſus[l]: nam & tutori, quo minus repertorium facere teneatur, teſtator remittere non poteſt, iudex poteſt, ut ſi uideat pupilli intereſſe ne patrimonij ſui ſecreta aperiantur[m]. Planè quoties huiuſmodi facultate iudex utitur, exiſtimationi eius cõſultius erit, ſi nõ niſi expreſſa cauſa id agat, curetq́ue ut in actis eius ueritas appareat[n]. Accurſius in huius legis interpretatione nec̃ cœlũ, quod dicitur, nec̃ terram attigit.

*a l. j. de in lit. iur.*

*b Inſt. d' pœn. tem. lit.*

*c l. terminato C. de fr. & lit. exp.*

*d l. ſi ſer... cõd. ſu...*

*e l. ſunt qu... re iud.*

*f l. Fely... pẽ. char... cõſt. ...*

*g l. iuſi... ad. §. ... lum. de ... iur.*

*h l. quide... §. pœn... infa.*

*i l. ij. de... dic.*

*k l. iij. §. ... ter. de... tut.*

*l Arct. ... 22. i. ij...*

*m l. in ... mãdo... tatem... fir. tu...*

*n Bart. l... us. de...*

VLP. LIB. XXV.
Lex XXXVIII.

OStentum labeo diffinit, omne cõtra naturã cuiuſq́ue rei genitũ factumq́ue. Duo genera ſũt oſtẽtorum, unum quoties quid cõtra naturã naſcitũ, tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis quæ naturæ contraria eſt: alterũ, cũ quid prodigio

OSTENTVM. a ¶ Oſtentũ Corn. Fronto ait, quod præter conſuetudinẽ offertur, utputa ſi uideatur terra ardere, uel cœlum. Portentũ, quod porrò & diutius tendit, futurumq́ue poſtmodũ aliquid ſignificat. Monſtrũ, quod contra naturam eſt, ut Minotaurus. Prodigium, quod mores faciunt per quod detrimẽtũ expectatur: id enim eſt prodigere. Sed Feſtus quod futurum prædicat per literarum immutationem prodigiũ dici arbitratur: alij quod porrò ſit adigẽdũ, quod Nonius Marcel. ſentit, qui & alias differentias refert. Sed antiquos indifferenter his uerbis uſos ueriſimilius eſt.

Quod

ſum uidetur, quod Græci φάσμα uocãt[b].

b ¶ QVOD Græci uocant φάσμα. Ab apparendo nomen ſumpſit, Ciceroni ſpectrũ dicitur, nos etiam miraculum appellamus, ut ſi appareat uir humana forma auguſtior, qui deinde euaneſcat. In hanc ſignificationẽ mentio eſt etiam Herodoto. Habent & Græci ἐμπῦσαν, quam interpres Ariſtophanis ait uarijs formis ſub meridiem apparere, & calamitoſis ab Hecate immitti ſolitam. Hoc & dæmonium meridianũ in pſalmis appellatur. Sunt enim huiuſmodi cacodæmonum ferè aëreorumq; ſpirituum opera, quorum uirtute etiã magi plurimum poſſunt: ut minime conſequens ſit aliquẽ ſanctitate uitæ præcelluiſſe, quod miracula fecerit[o]. Aduerſus ea præſentiſſimum alexipharmacon eſt, inuocatio nominis IESV, qua de re diligenter diſſeruit Capnion lib. de philoſophia Pythagorica ultimo. C. Caſſus apud Plutarchum in uita M. Bruti, ex Epicuri ſententia, nullos eſſe dæmonas diſputat, nec huiuſmodi ſpectra uere apparere, ſed nobis ita quãdoq; uideri, idq; ex imaginibus quas falſò mens cõcipit. Cui opinioni & Lucianus accedit, ædito hac de re dialogo, qui φιλοψευδὴς, ἢ ἀπιστῶν inſcribitur. Sed Chriſtianis auribus hæc ſententia impia eſt, & id mali genus Galenus de affectorum locorũ notitia libro tertio φαντασίαν uocat, quam diffinit eſſe intellectus corruptionem: quo morbo Athenis laborauit Thraſylaus, qui cum ad ſanitatem redactus eſſet: Pol me occidiſtis amici, non ſanaſtis ait, ut eſt apud Horatium.

o j.q.j. teneamus.

PAVL. LIB. LII.

Lex XXXIX.

SVbſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptũ eſt: nam ueteres ſubſignationis uerbo pro ſcriptione uti ſolebant. ¶ Bona intelligũtur cuiuſque, quæ deducto ære alieno ſuperſunt. ¶ Atteſtari eſt abſenti denuntiare.

SVBSIGNATVM. Subſignare eſt ſignum ſuum, quod & ſigillum dicitur, ſubijcere. Ea ſigilli impreſſio autoritatẽ ſcripturæ confirmat, receptumq; eſt literis iudicis ſolito eius ſigillo munitis, plenam fidem adhiberi[a], ſi de his atteſtatur quæ ad eius officium pertinent, & ab arbitrio ſuo pendent: quod ſi etiam teſtium ſubſcriptio acceſſerit, tunc generaliter iuſtam probationẽ facere[b]. Subſignare quoq; ſimpliciter eſt ſubſcribere: nam & ſcriptura ſignum eſt, unde ſcribentis perſona indicatur. Quoniã uero qui chirographo alicui ſubſcribit uel ſubſignat, ſe obligat, nõ ſecus ac ſi totum chirographum ſcripſiſſet[c], receptum eſt, ut id uerbum etiam pro eo capiatur quod eſt obligare[d]. Subſignabant & olim reſponſa ſua Iuriſconſulti, quod & hodie ferè obſeruatur, reddere enim teſtimonium uidentur quid iuris in propoſita queſtione ſit[e].

a c. poſt ceſſ. de prob.

b c.ij. de fin. inſti.

c Bart. l. emptor. §. lucius. de pac.

d l. ſemper. §. conduct. de iur. im.

e l.ij. §. & ut obiter. de origi. iur.

¶ ſ. BONA. Finge Titium mihi tertiam partem bonorum ſuorum donaſſe, deinde deceſſiſſe, & in eius hæreditatem quadringẽta eſſe: deducetur primo æs alienũ, quod forte centũ eſt, & ex trecentis quæ ſuperſũt tertia pars mihi præſtanda erit[f]: ante enim quàm bonorum computatio fiat, æs alienum deducendum eſt. Qua ratione ſi uxori quis uſumfructũ bonorũ legauerit, poterit hæres eatenus de rebus hæreditarijs uẽdere[g], quatenus creditoribus ſatisfaciat, & in his quæ ſupererũt mulier uſumfructum habebit, quod etiam in legatarijs, ut illis ſatisfiat[h], procedere uerius eſt, niſi annua ſint legata, huiuſmodi enim de reditibus ſatisfaciendũ eſt[i]: & hæc cũ inuentarium hæres fecit, alioquin ſolus citra diminutionẽ ullã uſusfructus, inſolidũ tenebitur[k].

f l. fi. l. generali. in fi. de uſu. leg.

g l. uſufructu. ad. l. fal.

h l. fi. §. ſinautẽ æs. C. de bo. quæ lib.

i Picus. §. tertia. q. lx.

k l. fin. C. de iur. delib.

¶ ſ. ATTESTARI. Dubium nõ eſt proteſtationẽ etiam abſente parte fieri poſſe[l], ut cum quis denũtiat præſcriptionis interrumpendæ cauſa: uel cum pater receptis à filio, qui mutuum ipſius nomine contraxerat, literis, ſe non cõſentire proteſtatur[m]. Sed dubitabit aliquis, cur magis atteſtari dicatur qui abſenti, ꝗ qui præſenti denuntiat? an quod uidentur antiqui hoc uerbo uti, cũ quis denuntiat, & ea de re teſtes rogat, eiſq; imam aurem (quod ibi memoriæ locus eſt, ut Plinius ait) uellit, ſic Horatius licet atteſtari? ego uero oppono auriculam rapit in ius. Sic Plautus in Curcul. & in Perſa accepit. Qua ratione deinde receptũ eſt, ut cum abſenti denuntiamus, proprie dicamur atteſtari: quia denũtiatio per ſcripturam fit, in qua neceſſario teſtes non niſi rogati interſunt[n]: quod in præſente, quem uiua uoce admonemus, neceſſariũ non eſt: nam tunc uel fortuito repertos, minimeq; rogatos teſtes ſufficere noſtri Iuriſconſulti exiſtimarunt, ueteres enim teſtes uidentur pro rogatis accipere. Virgi. diuos quamquàm nil teſtibus illis profeci, id eſt inuocatis & rogatis. In alijs codicibus, deteſtari, ſcriptum eſt: atq; ita etiã Bart. alicubi legit: uidetur enim utrũq; uerbum eiuſdẽ ſignificatiõis eſſe, de qua re infra diffuſius diſſeram.

l l. pen. C. de an. præſc.

m l. ſi filius. ij. ad Mac.

n auth. rogati C. de teſtib.

¶ §. INCERTVS. Poſſeſſor ille nobis incertus eſſe dicitur,cũ ignoramus eum poſſidere: & cum poſſidere facti ſit, huiuſmodi ignorantia eſt probabilis. Reſpectu autẽ ſui ipſius nemo omnino incertus eſt poſſeſſor, cum incertam(ratione loci ſimulq́ quotæ portionis) rem nemo poſſeſſionis cauſa acqrere poſſit[o]:quòd ſi huiuſmodi incertitudo declaretur,aliud eſt: ut cum lex poſſeſſionem transfert, ea enim de his,quæ per rerum naturam eſſe poſſunt,nunq́ dubia eſt[p]. Idem cũ ambiguitas ſublata eſt, quod fit per relationem ad aliquod inſtrumẽtum, uel per euẽtum[q]: ut ſi cõſtituas te meo nomine etiã bona futura poſſidere,eis enim acquiſitis incipis poſſidere:tunc quippe quale quãtumq́ ſit quod poſſides certũ eſt. Sed & quod mihi per ſeruum uel filium ex peculio quæritur, quàmuis incertus ſim,poſſidetur tamen[r], & hæc in poſſeſſione: nam in contractibus dubium non eſt,poſſe generaliter deduci,omne ius quod tali in loco habeo[s], ſicut & incertam partem in iudicijs uniuerſalibus uendicare non prohibeor[t].

¶ Incertus poſſeſſor eſt quem ignoramus.

VLP. LIB. VI.

o l.iij.§.j. de acqui.poſ.
p l.cũ quidam §.quod dicitur de acq.poſ.
q l.ſi quis extra in ſi. de acq.hære.
r l.j.§.de acqui.poſ.
s l.quod ſi.de hære.uend.
t l.quæ de tota.§.j.de reiuen.

DETESTATIO, Proteſtationẽ quidam diffiniuerunt,clamoſam eſſe teſtationem, quæ ob teſtãtis ipſius cautionem inuenta ſit. Sed hanc finitionem pleriq́ recte reprobauerunt, cum etiam citra clamorem, & in occulto quoq́, proteſtatio fieri poſſit, uel coram teſtibus,uel ſcriptura, quæ nõ niſi improprie clamare exiſtimatur. Adde quod & quandoq́ proteſtatio in alterius quàm in proteſtantis cautionẽ inducitur, ut cum pro alio proteſtamur, quod quibuſdam caſibus permiſſum eſt[a]:uel cũ utilitatis publicæ cauſa denuntiamus. Quare Bart.[b] hoc in reſponſo ueriorem diffinitionẽ referri exiſtimauit, declarauitq́ denuntiationem dici,ut ab ultimis uoluntatibus,itemq́ contractibus differat, teſtationem requiri ut oſtendatur & in ſcriptis & abſq́ ſcriptura fieri poſſe[c]. Sed uix eſt ut hoc ego approbare poſſim,cum denũtiatio ſit ſpecialius nomen,& anguſtius proteſtatione,eam enim ſolum ſignificat,quæ alteri nuntiatur. Quod & etymologia ſatis indicat. Sed & teſtationem ad teſtes non referẽdam arbitror,cum de ſubſtantia proteſtationis non ſint teſtes,neq́ ſcriptura[d]:ſed probationis cauſam ſolum reſpiciant: nam & in libro rationum quandoq́ fit proteſtatio[e], nec ulli teſtes neceſſarij ſunt. Merito igitur nec Bartoli ſententiam ipſe ſequor. Videturq́ cõmodius ſic diffiniri:Proteſtatio eſt animi noſtri declaratio,iuris acquirendi,uel cõſeruandi,uel damni depellẽdi cauſa facta. Huius duplicem eſſe ſpeciem uerius eſt, alterã quæ ex animo proteſtantis principaliter pendet,alteram quæ factum eius cui proteſtamur reſpicit. Illa declaratoria,conſeruatoria, certificatoriaq́ dicitur: hæc ĩcitatoria,p̄hibitoria,inhibitoriaúe:illa à teſtatione nomina accepit,hæc à nũtiatione. Et primæ illius uariæ ſunt appellationes, quæ tamẽ aliquam inuicem differentiam cõtinent. Et in primis teſtatio nomen eſt generale, quoquo modo animi ſui ſententiam quis declaret[f]. Specialiter uero eo nomine dicitur,quæ coram teſtibus facta eſt. Vnde & teſtato conuenire, teſtato admonere dicimus[g]. Addit Barto. idẽ eſſe cum ſcripturam adhibemus, quoniam in ea teſtes rogandi ſunt. Deteſtatio eſt quæ ad abſentem mittitur,ut hic & ſupra apparet, idq́ præpoſitio de oſtendit,cuius natura eſt augere,efficacioreq́ actũ demõſtrare. Quod & in uerbo deprecor A. Gellius li. VI. cap. XVI. declarat. Tunc enim nõ ſolũ ſententiã ſuam quis ſimpliciter oſtendit, ſed ſcriptura etiam conuocatis teſtibus declarat. Conteſtatio eſt proprie plurium,ut in iudicijs, cũ actor quid mentis ſuæ ſit,petendo explicat, contra reus negando diffitetur, unde & litis conteſtatio dicta. Idem & in exceptionibus[h],præſcriptionibusue[i]. Sed & quando quis de dolo uel metu coram amicis proteſtatur,idq́ clam metu concuſſoris cõteſtari dicitur[k]. Atteſtatio uidetur eſſe,quæ præſenti ſit, declarandi animi cauſa[l]. Quod ſupra ex Plauto Horatioq́ docuimus: quàmuis ex uulgatis codicibus ibi atteſtari de abſente accipi uideatur: Sed uerior eſt lectio deteſtari[m]. Proteſtatio eſt,quæ declarat quo animo aliquid facturi ſimus[n], præpoſitio enim pro anticipationem temporis arguit. Secundæ ſpeciei quæ à nunciando nomen ſumit,uaria quoq́ ſunt nomina:& in primis nuntiatio ipſa,quæ in edicto Prætoris de operis noui nuntiatione prohibitionẽ ſignificat,in lege Iulia de annona[o]: qua mulierum nuntiatio admittitur, accuſationem. Erant & nuntiationes, quas publice conſtituti Irenarchæ præſidibus faciebant,de delictis quæ ubiq́ fierent,hæc & notoria latine dicũtur[p]:iubetque lex,ut hi notorijs ſuis aſſiſtãt, & quæ detulerunt ita eſſe probent[q]. Quod & in Curioſis recipiẽdum eſt[r]: ſunt Curioſi qui in curia Principum uel Magiſtratuum commiſſa

Lex XL.

DEteſtatio[a] eſt denuntiatio facta cum teſtatione.

a l.j.C.ſi per uim.
b in.§.morte.
c l.ſi.de cuſt.rerum.
d Bar.l.nemo põt de le.j.
e l.neſennius.de neg.geſ.

commiſſa delicta denũtiant. Eſt & denuntiatio quæ ad alium mittitur, & maxime incitatoriam continet: ut cum aliquem admoneo ut ab emptione deſiſtat, ut defendẽdæ cauſæ adſit, ut à matrimonio cauſa legis Iuliæ exercendæ abſtineat. Fit & teſtibus, ut in iudiciũ cauſa perhibendi teſtimonij ueniant[s], cũ alioquin ſponte ſe offerentes ſuſpicione non careãt. Quæ prohibitoria erat obnũtiatio propriè dicebatur. Vnde obnuntiare cõſilio Ciceroni in oratione quam in ſenatu poſt reditum habuit. Item obnuntiatio Augurum, cum aliquid fieri prohibebant, quoniam auſpicia non addixiſſent. Cicero Philipp. II. Nos enim (inquit) nũtiationem ſolum habemus, Conſules & reliqui Magiſtratus etiam inſpectionem. Rurſus, Ementitus es auſpicia, obſtrinxiſti populum Romanum religione, Augur Auguri, Conſul Conſuli obnuntiaſti. Eſt & renuntiatio, cum quis ius ſuum repudiat, unde & renuntiare hoſpitium ueteres dixere: ſumitur & quãdoq; pro relatione quam Architecti re inſpecta iudicibus faciunt[t]. Renuntiantur & ſuffragia, cum refertur & proclamatur quem ſuffragia deſignarint. Sic & Magiſtratus renuntiari quandoq; legimus. Et hæc quidem, quod ad proteſtationis nomen attinet, ſufficiant: nunc de eius effectu aliquid attingendum. Et hic triplex eſt diſtinctio. Aut enim proteſtatio in his facta eſt, quæ à iure depẽdent, aut in his, quæ à poteſtate noſtra tantum, aut in his quæ à nobis, itemq; ab alterius facto uires ſumunt. In prima ſpecie pro regula traditum eſt, proteſtationem in his quæ à legis diſpoſitione pendent nihil operari[u]: quapropter ſi mater alat filiũ: proteſteturq; ſe animo alimenta ab ipſo repetendi id facere, non tamen his caſibus repetere poterit, quibus uel ipſa ad id tenebatur, uel maritus. Sic ſacra ædicula conſtituta, ædituoq; deſignato, fruſtra ꝓteſtamur[x], nolle nos ius aliquod epiſcopo in ea eſſe: nec enim poteſt quiſq; facere, ne in actionibus ſuis leges locum habeant. Et cum lex iure publico aliquid diſponit, cuiuſquam uolũtate nõ inſpecta, fruſtra ille proteſtatur. Quapropter ſi plures arbitri in ſentẽtia ſua expreſſerint, ne in maiore ſumma minor inſit, cũ id à lege pẽdeat, prędictio huiuſmodi nullius erit momẽti[y]: & qui dicit ſe litem cõteſtari animo non conteſtandi, litẽ conteſtatus intelligitur[z]: huiuſmodi enim actus à iuris diſpoſitione depẽdent, & cum alio agũtur, qui poſtquam eum conteſtari accepit de eius animo nullam ulterius curam gerere debet. Sicut & cũ quis alteri, ſaluo (inquit) honore tuo mẽtiris: uerbũ enim ipſum iniuriã irrogat[a], quam honoris

s l. lege Iul. de teſtib.
t l. qui fundũ. de contrah. emp.
u glo. l. alimẽta. de nego. geſt.
x x. q. j. c. ſic quidam.
y gloſ. c. j. de arbi. 6.
z Ang. l. iuris gen. §. quod ferè. de pac.
a Bart. l. ſi qs extraneus. d' acqui. hær.

illa ſeruatio non extinguit. Quod & in ea ſpecie proditum eſt cũ quis tædet me, inquit, falſi damnatum te eſſe[b], proteſtatio dolẽtis animi nullius effectus eſt. Idem cũ quis aduerſus teſtes allegat, falſos eos, ſceleſtos, facinoroſoſúe eſſe, proteſtaturq; id ſe non animo iniuriã illis faciendi, ſed cauſam ſuam defendendi dicere, poterit nihilominus Lege Cornel. de iniurijs conueniri[c]. Sed & Canonici collegam ſibi adoptãtes, ſi proteſtentur ne ei ius ſit reditus aliquos præbẽdamúe accipere, nihil tali prædictiõe agunt[d]: quia lex ei qui canonicus ſit, dari ea omnia iubet. Huc pertinet etiã cũ in his proteſtamur, in quibus nulla nobis de iure eſt poteſtas, ſed de facto tantum, ut in delictis, nihil enim tali teſtatione agimus: ut cũ quis uulnerat, præfatus animum ſibi occidẽdi non eſſe, ſecuto homicidio, nihil ea prædictione iuuabitur[e], non enim in manu ſua eſt certos ictus dirigere, & qui nõ niſi ex præſcripto lædant. Sed & cũ quid ex diſpoſitione legis itemq; facto alterius pẽdet idem eſt, ut cum emphyteota incõſulto domino alienat, ſaluo domini cõſenſu, uolente enim domino ex Iuſtiniani conſtitutione à iure ſuo cadit[f], nec proteſtatione huiuſmodi adiuuatur, ſi tamen ea diſpoſitio legis in priuatum fauorem alicuius introducta ſit, eo conſentiente ualebit proteſtatio[g], idq; in pacti conuenti uim. Quapropter patronus qui ſacram ædem cõſtituit, ex epiſcopi autoritate id facere poteſt, ut inſtituẽdi ſacerdotis ius nõ ad epiſcopum, ſed ad alium præſulẽ pertineat[h]. Et hinc infertur, cum cauſidici actionem ædunt ſaluo addendi uel minuendi iure, fruſtra his uerbis uti, cũ addere uel diminuere propoſitæ intentioni, non niſi ex legis præſcripto poſſimus[i]. Quod & reſpõſum eſt, cũ inſtrumẽta in actis exhibent, in his tãtum quæ ſibi utilia ſint, poterit enim iudex religionem ſuam etiam aduerſus producẽtem ex his inſtruere[k]: idq; uerius arbitror, cum fides inſtrumenti ſeparari nequeat. In ſecũda ſpecie, cum omnino à uoluntate noſtra proteſtatio pendet, regula eſt, ualere proteſtationem, animumq; declarari[l], nec referre præſenti fiat an abſenti, in ſcriptis an id minus, cum cauſa an fine, ſufficit enim, ut ille inquit, pro ratione uolũtas[m]: quapropter traditum eſt lapſo triennio, poſſe dominum aduerſus emphyteotam, qui nõ ſoluit, proteſtari, declarareq; uolũtatis ſuæ eſſe ut à meliorationibus is cadat, quamuis abſens ſit. Sed & cum quis in cauſa, qua ſolenniter libellus offerendus erat, ſe intentionem ſuam in formam qualiſqualis petitionis offerre dixiſſet, reſpondit Anch.[n] proteſtationi huic ſtandum, adeò ut potius perperam egiſſe uideri

b Ang. l. ueſtẽ. de iniur.
c Socy. cõſil. 118. j.
d c. cum M. de conſt.
e c. fin. de homi. 6.
f l. fi. C. de iure emph.
g l. iij. C. cõ. ut iud.
h l. cum dilectus. de cõſ.
i l. ædita. C. de æden.
k Bald. l. j. C. ut quæ deſ. ad.
l l. at ſi quis. §. pleriq;. de relig.
m l. quia. ad Treb.
n Ancha. conſil. 32.

debeat,id enim à ſola actoris uoluntate pen‑
debat:ſi tamen quiſq; ex huiuſmodi proteſta
tione grauaretur,is certior fieri deberet: nec
enim æquitas patitur, ignorantem aliquem
captari,quod in tertia ſpecie latius explicatu
rus ſum. Is ergo qui admonitus erit,nõ po‑
terit ignorantiæ prætextu ſe excuſare[o],& his
caſibus quibus ſciẽtia & patientia cõſenſum
inducit,niſi aduerſatus fuerit,conſenſiſſe cen
ſebitur[p]: per huiuſmodi quoq; notitiã in ma
la fide conſtitueretur,unde rem tanquam fur
tiuam uſucapere nõ poterit,& uice uerſa,qui
dominum admonuerit, non poterit cenſeri
clam poſſediſſe[q]. In eo etiam ea iuris regula
obſeruabitur. Eum qui certus eſt, amplius
certiorem facere nõ oportet[r]. Sed & prote‑
ſtans ipſe, ſi eum cuius intereſt admonuerit,
uel eius familiã, inſimulari non poterit,clam
uoluiſſe quicquam facere[s]. Hincq; apparet,
hac in ſpecie comprændi qualemcũq; prote‑
ſtationem,ſiue animũ noſtrum declaret, ſiue
iuris noſtri alieniúe conſeruandi cauſa facta
ſit,dum à ſola uolũtate noſtra id pendeat:cu‑
ius rei plurimis caſibus accipi exemplum po
teſt, ut cum creditori ſolutiõis cauſa debitor
fundum pignoratũ dat,iſq; proteſtatur,uel‑
le priora iura ſibi ſalua eſſe[t]: uel cũ quis ſor‑
tem in præſentiarũ recipit ſaluo ſibi iure uſu
ras,uel pœnam,huiuſmodiúe acceſſiones pe
tendi[u]: uel cũ recepta ab aliquo ex pluribus
reis debendi parte,proteſtatur creditor ius ſo
lidi ſibi ſaluum eſſe debere[x]:uel cũ immunis
aliquis onera ſubit, proteſtatus abſq; immu‑
nitatis ſuæ præiudicio ſe id facere[y]: uel cum
emphyteota alienat, ſaluo domini conſenſu,
iſq; deinde cõſenſerit[z]. Sed & cum teſtator
fundum legat,ſaluo iure coloni,ualet prote‑
ſtatio[a]:ſicut & ſentẽtia qua iudex expenſarũ
uel fructuum taxationem ſibi reſeruat,uel in
poſſeſſionem ex decreto ſuo mittit, ſaluo iu‑
re legitimi poſſeſſoris[b]: uel debitorem certa
pecunia cõdemnat, ſaluo ſi intra decem dies
illud uel illud fecerit[c]: quod & in cõceſſioni‑
bus principum receptum eſt, cum ſaluo in‑
quiunt iure alieno, & ſi qua ſimilia. Sed hic
ambigua ſuboritur quæſtio, an per cõtrariũ
factum ea proteſtatio tollatur; & Barto. ſi in‑
continenti ſubſequatur, non tolli exiſtima‑
uit, ſi ex interuallo ſecus[d]: Verum hac in re
altius cõſiderandum eſt, uidemus enim quæ
in præfationibus dicuntur, in ipſo contractu
cẽſeri repetita[e]: uidemus item ea quæ tracta‑
ta ſunt, ſi in contractu omittantur, per erro‑
rem omiſſa cenſeri[f]: & errorem in principali,
etiam in conſequentibus exiſtimari[g]: Vide‑
mus rurſus ex præcedẽtibus dictis, intentio‑
nem cuiuſq; aliquid facientis declarari[h], etiã

o l. ſi fideiuſſor. §. j. mãda.
p l. j. §. j. de libe. agno.
q l. ſi ancillã. pro ſuo.
r c. eũ qui. de reg. iur.
s l. aut qui aliter. quod ui aut clam.
t Bart. l. ſi qs aliã. de ſolu.
u Bart. l. fi. de eo quod cer.
x l. ſi creditori. C. d' pac.
y l. j. C. de his qui ſpon.
z l. j. C. d' fundis patri.
a l. ſi qs legauerit. d' le. j.
b l. terminato C. de fruc. l. ille. §. j. ad Treb.
c Spec. tit. de ſent. §. ſpecies.
d l. per retentionẽ. C. de uſu.
e l. titia. §. j. de uerb. ob.
f l. ita ſtipula. eo titu.
g l. et ſi me. §. j. de cõd. id.
h l. ſi ſer. plur. §. fi. de le. j.

ſi extra illum actum,& ex interuallo dixerit[i].
Ad hæc,iuris regula eſt, Cuiuſq; uolũtatem
mutatam non cenſeri:quæ procedit etiam ſi
diutinum tẽpus lapſum ſit[k]:quapropter cõ‑
cludendum, proteſtationem etiam ad cõtra‑
rium actum, qui ex interuallo interuenerit,
trahendam:cum & lex proteſtationem in te‑
ſtamento factam,etiam in codicillis obſerua‑
ri mandet[l]:ſolentq; codicilli etiam lõgo tem‑
pore poſt tabulas teſtamenti confici. Vnde
& generalis eſt concluſio, Solere codicillos,
quocunq; tempore factos,ſecundum expreſ‑
ſam in teſtamento mẽtem declarari[m]. Obſer‑
uabitur autem id tum certius,cum proteſta‑
tionis uerba generaliter cõcepta,& futurum
reſpiciunt[n]: idem ſi ex natura rei talis prote‑
ſtantis mens argueretur,ut cum quis prote‑
ſtatur,nolle ſe alimenta donare,cum enim eo
rum præſtatio tractum habeat, etiam prote‑
ſtatio in futurum protendetur[o]. Idem ſi ſem‑
per eadẽ ratio & cauſa ſubeſt, ut in eo qui ſe
religionibus,metu initiari profeſſus eſt[p], uel
qui metu Tyranni ſoluit, uel matrimonium
cõtrahit[q],& ſi qua ſimilia. Idẽ ſi natura con‑
tractus id ſuadeat,ut in mandato quod nõ ſo
let protinus per procuratorẽ expediri[r]. Vn‑
de ſi Titio mandaueris, ut hominem occidat,
etiam ſi poſt aliquod tempus fecerit, mãdati
criminis reus eris. Tametſi dici poſſit id iccir
co eſſe,quia factum ſubſequẽs, proteſtationi
nõ ſolũ nõ aduerſatur, ſed cõcordat,eiuſque
executionem reſpicit[s]. Qua ratione etiã tra‑
ditum eſt,ſi in uenditiõe excepta ſit ſeruitus,
& deinde ex interuallo re tradita, ſtipulatio
nulla ſeruitutis interceſſerit,iure agi ad ſerui
tutem poſſe[t],traditio enim executionem cõ‑
tractus reſpicit:quãuis ſint qui ideo agi poſſe
exiſtiment, quia uenditori ex proteſtatione
iam ius quæſitum erat[u]. A prædicta conclu‑
ſione tres caſus excipiuntur. Primus eſt in
contractibus qui cum alio geruntur,& iuſta
eſt eius exiſtimatio, à proteſtatione receſſum
credentis[x]:quod maxime obſeruandum, cũ
proteſtatio pœnalis eſt,ſeu uſurarium pactũ
adiuuat. Vnde per nouam conuentionẽ ma
iorum uſurarum,non cẽſetur obligatum pi‑
gnus[y], quæ enim ex conuentione partium
ob cõmodum actoris contractui inſunt,non
cenſentur nouata ſtipulatione repetita[z], ut
fideiuſſores,pignora,pœnæ,uſuræ. Alter eſt
quando ex ſubſequuto actu aliqua proteſtan
tis pœnitentia arguitur:uerbi gratia,cũ quis
proteſtatus eſt de actu, quem incontinenti fa
cere debebat, nã ſi ex interuallo fecerit,ſicut
in tẽpore pœnituit,ita & à proteſtatione ipſa
diſceſſiſſe uideri debet[a]:idem ſi aliter geſſerit
quàm dixerat[b],præſumitur enim proteſtatũ
rebus

i Bal. l. … bus. … C. de …
k l. ſa… C. de…
l l. ſi … princi… ga…
m l. talis … de leg.
n l. ſi … ij. de …
o d. l. … nius.
p Bart. l. … de con… tur. …
q glo. c. … de ſpo…
r Bart. … ſu. §. … dato. … iur.
s l. ſi … euic.
t l. ſi … de ſer…
u Alex. … 2. j. …
x glo. l. … nouati… pac.
y d. l. per … tione…
z l. ſi … tor. … uat.
a l. ſi … tu. de…
b l. diuus … cet. de…

rebus ſic ſtantibus,capieturq́ facilius huiuſmodi mutationis cōiectura in his quæ ex interuallo,quàm quæ incontinenti fiant[c]. Tertius eſt caſus,cum factum illud poſt proteſtationem cum alio gerendum eſſet, tunc enim factum contrarium,non autē proteſtatio obſeruatur,ne alioquin ille damno præter mentem ſuam afficeretur[d]. Vnde qui proteſtatur ſe nolle eſſe hæredem,ſi pecuniā deinde à ſtatu libero cauſa cōditionis implendæ accipiat, uidetur proteſtationi renuntiare,cum ille liber nō eſſet, fruſtraq́ pecuniam dediſſet,niſi renuntiatum cenſeretur[e], merito ad factum attendimus, proteſtationem nihili facimus. Sed tamen & hoc perpetuum non eſt, & plerunq́ præualebit proteſtatio. Quid enim ſi ille cum quo actus geritur proteſtationi cōſenſerit[f]: ualebit utique dum in ea materia agatur,quæ uoluntati cōtrahentium ſubijciatur,ſufficietq́ uel tacitus cōſenſus, unde qui ſalua prouocatione ad ſedem apoſtolicam, ad archiepiſcopum acceſſit,ſi ab eo tanquam cōtraria allegans reijciatur,proteſtationi renuntiaſſe non cenſebitur[g], quia archiepiſcopus eum reijciens, proteſtationi tacite cōſenſiſſe uidetur.Quid item ſi pars quidem non conſenſit,ſed tamē ſubeſt iuſta cauſa, puta metus uel iuſſus iudicis: certe proteſtatio ualebit[h], actus cōtrarius non ſeruabitur.Quid rurſus in foro quod conſcientiæ uocamus: cū enim in eo ſolam mentem perſpiciamus,proteſtantiſq́ teſtimonio ſtetur, tum quoq́ proteſtatio præualebit[i]. Quapropter ſi mulier iurauerit patri,ſe fundum dotalē nunquam alienaturam,atq́ ita ſit proteſtata, ſi inde alienauerit,etiam conceptis uerbis, tamē uerius eſt proteſtationem ualere,contractum nō ualere[k]: quoniam ſequens iuramētum per prius eliditur,& legis Iuliæ prohibitio firma remanet:poterit tamen emptor actione de dolo id conſequi quod ſua intereſt, cum fraude mulier egerit,quæ eum prioris illius iuriſiurandi non admonuerit[l]. Et hoc in iuramēto obſeruandum,quod principaliter Deo præſtatur, & ex foro conſcientiæ interpretationem capit.Cæterum & quoties eodem momento actus proteſtatioq́ illi contraria perficiuntur,proteſtationem ualere,actum perimi Bartol.ſenſit,eo exemplo,cum quis dicit, obligo me,non animo obligandi,non enim cenſebitur obligatus[m]: quæ ſentētia eo quoq́ exēplo fulciri poteſt,quo traditū eſt, creditorem uenditioni pignoris,ſaluo iure ſuo,cōſentientem,nihil agere, & ſaluum illi ius remanere[n]. Nam & ſi teſtator fundi ſui fructū, deducto uſu,legauerit,propter proteſtationem deductionis uſus,legatum perimitur[o]. Vnde apparet etiam parū referre, ſiue proteſtatio ipſi facto contraria ſit,ſiue cōſequentibus intrinſecus facti ſubſtantiam,qualis eſt uſus in fructu,ſemper enim factum perimitur,proteſtatio efficacior erit:quod ſi proteſtatio adminiculum aliquod reſpiciat,ſecus eſt[p],ut cum teſtator uſumfructum fundi legat,& proteſtatur ne eum ſequatur aditus,cum uia adminiculum quoddam ſit,non autem pars ſubſtantiæ uſusfructus,inutiliter illud adiectum uidebitur. Verum & cum præcario aliquid datur,ſub proteſtatione, quod in Calendas Iulias poſſideat,proteſtatio ceu contra præcarij ſubſtantiam reijcitur[q],quia ea in fauorem accipientis facta eſt,qui uerisimiliter conſenſurus eſt,ut ſaltem ſimpliciter cōtractus ualeat, nec omnino extinguatur[r], cum uel modicū habere præſtet quam nihil. Sed & quoties lex proteſtationi repugnat, ſemper cōtrario actu tollitur:ut cum quis ſaluo iure appellationis Metropoliten adijt, illeq́ eū non reiecit,adeundo enim iudicem,cēſetur à lege appellationi renuntiaſſe[s]. Idem in diacono,qui in ordinis aſſumptione proteſtatus erat, ut ſaluum ſibi ius ducendæ uxoris eſſet[t]. Idem in eo qui ſacerdotium accepit,cum proteſtatione,quod non renuntiabat gratiæ ſibi cauſa alterius obtinēdi conceſſæ[u]: fruſtra enim, lege prohibente,proteſtatus eſt. Sed hæc magis ad primam ſpeciem pertinent. Et hæc quidem tum in animaduerſione ſunt, cum proteſtationi contrarius eſt actus: ſed ſi non contrarius,uerum diuerſus ſit, in cōfeſſo eſt, huiuſmodi actum ambiguum ex proteſtatione declarari[x]: ut cum quis reſpondeat libello,animo litem non conteſtandi,ualet reſponſio,& cenſetur reſponſum ut ſimpliciter iudex inſtruatur[y],& cum quis adit iudicem, ſaluo iure propria autoritate exequēdi,quod ex pacto ſibi competit, nam non cenſebitur illi renuntiaſſe[z]:& cum quis in iudicio proteſtatur,ſe iudicem non approbare,non exiſtimabitur prorogata iuriſdictio[a]: & cum ad rogatum rei,reſpōdet actor, uelle ſe teſtibus uti quatenus uerū dicant,excuſabit eum proteſtatio à falſi pœna[b]: & ſi quis de poſſeſſione aduerſarium deijciat,proteſteturq́, ſe ciuilem tantum uel naturalem uelle acquirere, ualebit proteſtatio[c], cum alioquin omnem abſtuliſſe uideretur[d]. Intelligendū tamen ex proteſtatione declarari actū ambiguum,quādo huiuſmodi interpretatio ab animo proteſtantis pendet, ſecus ſi à legis diſpoſitione, quod ſupra diximus.Idemq́ ſi ea legis diſpoſitio non ex ueritate,ſed ex quadam firmiore præſumptione oriatur[e]. Sed & ſi declaratio rem turpem & illicitam induceret, nō eſſe ei

c l. nam ad ea. de cond.
d c. j. quod metus cauſa.
e l. pro hærede. §. papi. de acq. hær.
f glo. d. l. pacta.
g c. ſolicitudinem. de appel. in fi.
h l. qui aliena. §. fi. de acq.
i c. tua. de ſpōſal.
k Alex. cōſil. 16. iij.
l gl. c. licet. de iur. in 6.
m l. obli. ſubſt. de actio. & oblig.
n l. ſi debitor. §. j. quibus mod. pig.
o l. per ſeruū. §. penul. de uſu & ha.

p l. j. §. j. ſi uſusfr. pet.
q l. cū precario. ff. de prec.
r l. ſi peculiū. §. j. ubi Barto. de pec. leg.
s d. c. ſolicitudinem.
t c. diacono. 28. diſt.
u Cle. gratiæ. de reſcrip.
x gl. l. in cōcubinatu. de cōcub.
y Doct. c. j. & lit. conteſt.
z Alex. conſi. 130. in 5.
a Alex. l. ſi ita ſcriptum. de leg. j.
b Bar. l. diuus. de fal.
c glo. j. C. uti poſſ. uerb. nec ui.
d gl. Bar. l. ſed ſi nolit. de acqui. poſ.
e gl. c. p tuas. de cōd. app. Iaſon. d. §. morte.

ſtandum,receptius eſt[f]. In tertia ſpecie,cum de his proteſtamur,quæ à facto noſtro,itemque alterius pendent,non eſt dubium ualere proteſtationem,dum tamen illi facta ſit. Solet autem diſtingui,ut cũ de iure quæſito tollendo agitur,requiratur conſenſus[g],quia ius noſtrum à nobis ſine conſenſu noſtro auferri non poteſt.Sed & nautæ,caupones,ſtabularij,ſi proteſtentur ut hoſpes,uel uector, res ſuas ſeruet,nolle enim ſe cuſtodiam præſtare, nihilominus tenebuntur,niſi ille expreſſe cõſenſerit[h]: ſuſpecta enim lex iſtorum ingenia habet,ne aduerſus eos,quos recipiũt,cum furibus coëant[i],& ideo obligari iubet,niſi pars expreſſe remiſerit. Quod & ego in locatore horrei obſeruandum arbitror,accipitur horreum pro quocũq; loco ad reponẽdum merces, cuius cuſtodia & claues ad horrearium ipſum pertinent,Pone igitur eũ habuiſſe propoſitum,ſeu quod idem eſt,pro ualuis horrei proſcripſiſſe (nec enim propoſitũ pro mente accipere poſſumus,cũ ſi ſubſtãtiua uox eſſet, Iureconſulto Latine dicẽdum fuiſſet,Propoſitum habuit recipiendi, non recipere, quod Valla libro I. cap. XXVII. annotauit)ſe aurum,argentum,margaritam, periculo ſuo nõ recipere, deinde ſimpliciter eas receperit, certe niſi expreſſus mercatoris conſenſus acceſſerit,nihil ab huiuſmodi proteſtatione iuuabitur[k]:nam cum claues ipſe habeat, facillimum illi eſſet cum furibus coire,& mercatorem decipere, idemq; in eo iuris eſt, quod in nautis,atq; id genus ſimilibus:cũ enim exercitiũ horrearij elegerit, uidetur ſicut & nautæ, & caupones tali cuſtodiæ ſe à principio obligaſſe,quæ obligatio nõ niſi expreſſo partis conſenſu remittitur:Tacere enim eos ueriſimilius eſt,non quod conſentire uelint, ſed quia ius ſuum durare ſciant[l].Si uero de iure quærendo agatur,tunc ſatis eſt partẽ admoneri,nec conſenſus requiritur,Et ideo ſi creditori Titij prædixero,ne me in fideiuſſorem accipiat,quia ſi acceptus fuerim,nolo obligari,iſq; non cõtradixerit,ſed ſimpliciter tacuerit,& deinde me in fideiuſſorem acceperit,nõ tenebor[m];ſibi enim imputet,qui proteſtationis meæ ſciens non eſt auerſatus:idq; frequẽtius receptum eſt,tametſi non parum à ueteribus hac in re altercatũ ſit, Bartolusq; ipſe[n] aliter quãdoq; diſſeruerit,qui diſtinguit,pro teſtatio cauſa obligationis tollendæ fiat, an uero limitãdæ, ut hoc caſu nõ requiratur expreſſus cõſenſus,illo requiratur: ſed crebriore calculo id reprobatum extat[o].Sed & cũ ab emphyteota, qui per triennium nõ ſoluerat, dominus canonem etiam futuri temporis recipit, proteſtaturq; ius caduci ſibi ſaluũ fore,

f Aret.d.l.titia.§.j.
g l.perfectam. C.de dona. quæ ſub mo.
h l.fin.§.item ſi prædixerit.ff.nautæ caup.ſtab.
i l.j.in princ. eo.tit.
k l.cum in plures.§.locator.ff.loc.
l l.ſicut.§.nõ uidetur. qb. mod. pig.
m Bar.d.l. pacta nouiſſ.
n Barto.d.§. morte.
o Imo.& Alexan.ibi.

niſi emphyteota contradicat, ſentit Bartolus proteſtationẽ ſuſtineri[p]: quod opinor ea ratione defendi poteſt, tanquàm emphyteota tacendo conſentire uideatur,agit enim de eo iure quærendo,à quo ceciderat,merito lapſo ſolutionis tempore, manus inijci fundo poterit[q].Sunt tamen & alij caſus,quibus taciturnitas ſufficit, lexq; conſenſum interpretatur, ut cum de priuilegij remiſſione agitur[r]: cũ enim facilius priuilegio quàm iuri derogetur,ſilentium pro conſenſu eſt. Vnde ſi tibi proteſter,quod ſi mecum contraxeris intendo fore,ne priuilegio ulli locus ſit,tuq; tacueris, perinde erit, ac ſi conſenſiſſes. Idem cum præter ſilentium aliquod quoq; factũ interuenit,quale eſt receptio literarũ[s]: quamobrẽ paterfami.literis filij aſſerẽtis ſe mutuũ quaſi ex mandato eius contraxiſſe,receptis, ſi obligari nõ uult,nec uideri conſenſiſſe, cõtinuo proteſtationem cõtrariæ uoluntatis interponere debet[t]. Nec hic ego Pauli Caſtrẽſis ſententiam ſequor,id cõſtitutum aſſerentis propter odium exceptionis,quæ ex Macedoniano Senatuſconſulto oritur: itemq; quia uel ſola ſcientia pater obligatur: nam reſpectu patris, quod ipſe ex contractu filij obligari non debeat,regulare eſt, nec odium aliquod adeſt. Quod aũt ſola ſcientia obligetur,uerũ eſt,cũ pater ſcit,& prohibere poteſt, nec prohibet[u]: at ubi abeſt, qui noſter caſus eſt,non uidetur conſentire,niſi acceptis literis. Illud fateor,cum lex continuo conteſtationem interponi uelit, arbitrio iudicis id intelligendum, ut tempus huic non denegetur legendi, cogitandi, peritiores conſulendi: debet eñ ueriſimilis eſſe cõſenſus,qui præſumptioni legis innititur. Quid enim ſi rationem calculi hæ literæ contineant: num credendum erit diſpunctioni conſenſum[x]? Iaſon enim negat, & recte:nam & cum procurator ſcripſiſſet domino,ſe eius nomine centum Titio donaſſe[y], reſpondit Raphaël Comenſis receptis literis ius ſaluum domino eſſe perſcrutandi,donatio uere facta eſſet uel ne. Cæterum ſunt qui in iudicialibus quoque taciturnitatem pro cõſenſu eſſe exiſtimauerint: ſed horum ſententia recepta non eſt: quod eo exemplo proditum eſt,Cum quis teſtes in iudicio interrogari citra iuramenti religionem curauit, aduerſarius enim qui præſens & ſciens tacuit, non tamen acquieuiſſe exiſtimabitur[z]: aut enim actus fit à iudice, & tacens non cenſetur conſentire, niſi lapſo conquerendi prouocandiúe tempore[a]: aut fit à parte, & tunc idem obſeruandum, quod in extraiudicialibus,ut qui contradicendo actum impedire potuit, & non fecit, cenſeatur approbaſſe,

probaſſe[b],alioquin contra[c].Ad hanc ſectionem etiam pertinet,cum iuris noſtri conſeruandi cauſa proteſtamur, ut cum legatarius hæredi rem legatam alienanti cõſentit, ſaluo iure ad pretium,non enim alius conſenſus requiritur[d], imo etiam contradicente hærede, ſaluum eſſet huiuſmodi ius: ſicut quando aliquis immunis ſubit munera,cum ſe immunitati renũtiare nolle prædixiſſet[e].Nam & monachus poſt probatiõis annum, pallium,cucullionemq́ indutus, ſi non ideo uelle ſe initiari proteſtatus ſit,nõ cenſebitur profeſſus[f], etiam ſi proteſtationi huic monachi aduerſati ſint:hic enim agit ne ulterius aggrauetur, unde ſatis eſt ſi proteſtatio ei cuius intereſt palam facta ſit,nec enim tunc eius conſenſus requiritur[g]:Qui enim certior factus eſt, non debet conqueri ſi alius iure ſuo utatur. Sed quid ſi is qui lædi poſſet incertus ſit, quo modo admoneri poterit? Finge conſtituiſſe me iam diu Titium procuratorem meum,quem nunc uelim reuocare,non enim diuinare poſſum quis cum eo contracturus ſit,& ſi certus ſit locus in quo contrahendum eſt, ſufficit ſi proteſtatio huiuſmodi ibi proſcribatur[h], & publice proponatur[i]:quod ſi locus quoq; incertus ſit,frequentiſſima urbis parte proſcribendum eſt,edictaq́ proponenda:& ita crebrior ſe habet ſententia[k],quam uerã eſſe etiã eo caſu arbitror, quo faciliter potuit proteſtãs de loco uel perſona certiorari: adhuc ẽm uidetur ſufficere edictum,cum hic principaliter nõ agat ut alium ſibi obliget,ſed ſolũ ut ſe exoneret, ne ex mandato quod reuocauit poſſit obligari.Illud cõſtat,ut quis ſe ab obligatione legali abſq; facto ſuo orta exoneret, non requiri aliam partis ſcientiam: ut cũ pater proteſtatur,ſe electioni filij, qua in decurionem cooptatus eſt,non conſentire[l]: cum enim abſq; ſuo facto ex præſumpto cõſenſu obligaretur,per cõtrariæ uoluntatis teſtationem præſumptio eliditur,& remanet liberatus:in actionibus enim legum, ſciẽtia partis neceſſario nõ requiritur[m]. Sed quid ſi is qui admonendus eſt abſens ſit? & regulariter uidetur ſufficere, ſi adhibitis teſtibus proteſtetur[n]:ſicut etiam ſolemus dicere, cũ quis metu aduerſarij nõ audet coram eo proteſtari[o], ſatis enim erit ſi id ipſum publice, uel coram probis uiris faciat[p]: quod tamen non procedit,cum aduerſarius ipſe eſt iudex, tum enim debet coram alio iudice proteſtari[q]: quod ſi de iudice conquerar,haud quaq; mihi neceſſitas iniungitur eum diutius perquirendi, ſed ſufficiet ſi apud tribunal teſtationẽ interpoſuero[r],dum talis ſit, qui pro tribunali ius dicat, alioqui corã honeſtis perſonis teſtari nos

b l.j.C.de rel.
c Bar.l.pompo.§.rati. de procur.
d l. codicillis. §.j.de le.3.
e Bart.d.l.j. C.de his qui ſp.
f Inno.d.c.j. quod me.ca.
g l.ſi mandaſſem.ff.mãd.
h l.ſed ſi pup. §.proſcrip. de inſtito.
i l.ſi putator. ad l.aqui.
k Bart.l.q ho minẽ.§.ſi titiũ.de ſolut.
l l. honores. §.ſi. de decur.
m l.ſi pecuniã §.planè. de cond.ob c.a.
n l. labeo. de nau.fœn.
o l.ſi.C.d'his qui per met.
p l. iubemus. C.de def.
q l.ut pfectus. C.de anna. præſ.
r l.j.§. adeundi.qñ ap.ſit

lex iubet[s]. Sed & his caſibus, quibus in ius uocari de domo quis poteſt, putarim etiam proteſtationem ad domum tranſmiſſam ſufficere[t]:quod maxime in ea proteſtatione obſeruandum,qua quis alium non offendit, ſed ſe excuſat,ne clã feciſſe uideri poſſit,tunc enim & uxori, & amico, & familiæ denuntiari poteſt[u].Sed & emptor pupillo, ſi tutore careat, uel is abſens ſit, euictionis cauſa denuntiare poterit[x]:quod pupilli fauore introductũ eſt, ne ſola teſtatione eo abſente facta periclitaretur.Sed an ſcriptura proteſtationi neceſſaria eſt? & reſponſum eſt non eſſe[y],niſi cum proteſtatio uice actionis uel exceptionis obijcitur,ut cũ præſcriptionẽ interrumpere uolumus[z],uel exceptionem non numeratæ dotis opponere[a], nã ſicut actio in ſcriptis neceſſario ædenda eſt,& exceptio in actis producenda,ita & proteſtatio ſcripturam requirit, cũ earum uicem ſuſtinet.Hinc presbyteri ſi tutelam acceptare uolunt,ex ſcripto proteſtari debent[b],is enim actus fori eſt. Idem cum maritus uxoris aſſectatori denuntiat, ne cum ea cõueniat[c], cũ ẽm impune eũ occidere poſſit, iusque propria autoritate ſibi dicat, ſcriptura neceſſaria eſt, perinde ac in iudicijs. Sunt & qui idem exiſtiment, quoties aliquis filio uel agnato denuntiat,ut curam furioſi ſuſcipiat[d]:oportet enim ex ſcriptis atteſtationem eis dirigere, alioquin denũtianti hæreditatis lucrum non defertur.Ego accepi, quãuis lex ſcripturæ mentionem faciat,non tamen eam probationem excludere quæ teſtibus fit[e].

¶ SVPEREST ut ad ſecundam ſpeciem deueniamus, quæ à nuntiando nomẽ ſumit, quoniã ab eius facto,cui aliquid nuntiamus, effectum habeat. In hac quoq; dupliciter diſtingui poteſt,aut enim huiuſmodi denuntiatio regulas iuris imitatur,aut aduerſatur.De prima uidẽdum,& eius exemplum eſt, cum aliquem admones,ut id faciat quod debet,ueluti debitorẽ meũ interpello ut mihi ſoluat, ualet huiuſmodi requiſitio[f], & eum in mora conſtituit, nec alia fides ei fieri debet, qui obligationis à ſe cõtractæ probabilem ignorantiam non habet[g]:quod ſi haberet,ut quia in alterius locum ſucceſſiſſet,& alieno ex facto obligatus eſſet, tunc fides ei faciẽda eſt[h], oſtendendumq́ nominis contracti inſtrumẽtum,uel aliàs autoritate iudicis ei iubendum ut faciat,quia res ita ſe habeat[i]. Sed & ſi mihi centum ſpeponderis poſt Titij mortem, & denuntiem ut ſoluas quia deceſſerit Titius,huius rei fidem ſaltem duorum teſtium relatione tibi facere debebo, alioquin iuſte credes in humanis adhuc eſſe Titium. Qua ratione etiam emptor, cui mota eſt controuerſia,

s c.paſtoralis §.ſi.de offi. del.
t Bar.l.iij.§. prætor. de dam.infe.d. cle.cauſam.
u d. l. aut qui aliter.
x l.ſi dictũ. in ſi.de euic.
y l.ſi.C. de nego.ge.
z d.l.ut perfectus.
a glo.in auth. de temp. nõ num.dot.
b authẽ. preſbyteros. C. de epi. et cl.
c auth.ſi quis et.C. de adul.
d auth.ut cum de app.§.ſi quis de prædictis.
e l.j.C.de iure emph.
f l.quod te.ſi cer.pet.
g l.ſi.pro ſuo.
h Cle.cauſam. de elect.
i l.fin.de leg. com.

uerſia, uenditori denuntians ut litem ſuſcipiat, cœptæ litis fidem, citationiſq; uel libelli copiam ei facere debet, cum alioquin iuſte credere poſſet, controuerſiam nullam adhuc eſſe. Sed & debet huiuſmodi denuntiatio clara eſſe: certioremq; uenditorem facere cur ei denuntietur, nempe ut ueniat, & iudicium ſuſcipiat [k], ne uenditor idcirco ſe admonitum credat, ut ipſi emptori inſtrumenta probationesq; ſuggerat [l], non ut liti aſſiſtat: unde tametſi ſciat litem motam, tamẽ receptius eſt incitationem hanc neceſſariam eſſe [m]. Et hoc eſt quod lex ait, autorem laudandum [n], id eſt citandum, & ad partes trahendum, quã uis nihil referat uerba expreſſim incitatoria ſint, an tacite hoc inducant. Quid enim ſi debitorem meum interpellans, urbaniusq; agendum putans ſic dixerim: Indigerem tali pecunia, uel: nihil mihi in præſentia antiquius eſſet, quàm ſi meæ illius pecuniolæ meminiſſes, opinor recte interpellatum uideri. Cæterum & loco & tempore congruo faciẽda eſt, regulariterq; receptum eſt, quemlibet locũ, & quodlibet tempus idoneum uideri [o]: unde & in eccleſia, & feriato die ualet denuntiatio, actus enim eſt extraiudicialis, qui quandocũq; fieri poteſt: quapropter quibus caſibus in iudicio fieri debet, aliud eſſet obſeruandum [p]: conferenda tamen erit ſolutio in locum & tẽpus idoneum. Potero igitur te in Lupanari fortuito repertum, interpellare, ut mihi loco congruo ſoluas: potero tibi noctu inuento prædicere, ut cras mihi de reliquis ſatisfacias, nõn enim tempus noctis ſat idoneum eſt recipiendis nummis, ſicut nec cum quis in mẽſa uel in lectulo eſt, uel tranſuehitur, uel funeralem pompam ducit [q], & ſi qua ſimilia. Ad hanc quoq; ſpeciem pertinet, cum inhibeo tibi ne id facias, quod iure facere non potes, & in hoc enim regulam iuris imitamur, ualetq; huiuſmodi denũtiatio, efficitq; ut quod alioqui clam feciſſe uidereris, ui cẽſeatur factũ [r]: quod ſi iuſta cauſa præceſſit, qua iuſte facere arbitrabaris, debet tibi fieri fides eam cauſam amplius non ſubeſſe, cum aliter inhibitio ſit nulla: quod eo exemplo receptum eſt, Cum quis exulem publicum hoſtem occidere uellet, iſq; obnuntiabat abolitionem indulgentiamq; criminis ſe conſecutũ, non erit ei credẽdum [s], niſi in promptu aſſertionẽ ſuam ueram eſſe docuerit, uel in iudicium ſe tunc uẽturum obtulerit [s], poſſitq; tutò deduci. Sanè his caſibus procuratoris quoq; denuntiatio ſufficiet [t], quoniam iuris communis regulæ conſentanea eſt, quod & in negotiorum geſtore, & in coniuncta perſona receptum eſt [u], dum tamen debitorẽ interpellent ut ipſi creditori ſoluat [x], negotiorum enim geſtori uel coniunctæ perſonæ ſolui non poteſt. Nunc ad ſecundam tranſeundum, in qua id regulariter fatendum eſt, denuntiationem, quæ regulis iuris aduerſatur, non ualere, ut cum incito ut id facias quod in tua poteſtate eſt uelis uel nolis [y], nec enim meo ſuaſu auferre ius tuum poſſum: præſtat tamen hæc denuntiatio proteſtanti iuſtam excuſationis cauſam, ut cum per eum non ſteterit, cõditio pro impleta habeatur [z], unde & debitorem excuſat, qui ſoluere creditori uoluerit, ne in mora amplius cẽſeatur, ſed ipſe potius creditor [a]: qua ratione & creditor conditionalis, qui conditionem adimplere potuit, huiuſmodi nuntiatione in mora conſtituitur [b]: & uice uerſa idẽ in debitore conditionali reſponſum eſt, qui interpellatus cõditionẽ adimplere neglexit, ſiue is ex ultima uoluntate debeat [c], ſiue legis iuſſũ [d], ſiue ſententia iudicis [e], ſiue, ut ego opinor, ex contractu: ut cum ita ſtipulatus ſum, ſi hominem Pamphilum nõ dederis, centum dabis: poſtq; enim denuntiauero ut hominẽ des, tuq; neglexeris non amplius homo, ſed pecunia debebitur [f], quod Paradoxorũ lib. I. cap. XI. latius à nobis diſputatũ eſt. Quod in incitatoria hac ſpecie dictum eſt ut regulariter non ualeat, in prohibitoria quoq; receptum eſt, cum id prohibemus, quod prohibito facere arbitrarium eſt: pari enim ratione obnuntiatione mea efficere non poſſum, ut quod arbitrij tui eſt, id non ſit: quod maxime obſeruandum ſi nullam iuſtã cauſam habuero [g], uel etiam ſi habuero, ſed tu ſalua honeſtate & exiſtimatione tua obtemperare nõ poſſis [h]: uel ſi ad me negotium illud nihil attineat, is enim cuius non intereſt, uix eſt ut audiri debeat [i], niſi in id tãtum, ut quod clam erat detexiſſe, ſcientiamq; qualemqualem induxiſſe uideatur [k], quæ tamen ſcientia eo modo inducta alteri non proderit, qui uel in dolo ſit, uel de lucro captãdo in alterius damnum tractet [l]. Quandoq; tamen inhibitio huiuſmodi ualet, nempe cũ eius qui prohibet intereſt, iuſtaq; cauſa ſubeſt, & à principio priusq; ius aliquod ſibi quæreretur fuit monitus [m]: ut cum denuntio, ne emas talem fundum, quia eſt meus, uel mihi obligatus [n]: uel cum te admoneo ne uendas, quia fundum ipſum uendicaturus ſum, niſi parueris, uideberis dolo diſtraxiſſe [o]. Idem etiã cum creditores teſtato emptorem conueniunt, ne debitoris ſui bona temere emat, ſi emerit, dolo emiſſe cenſebitur [p]: quod ſi poſtquam emerit denuntietur, nulla eſt interpellatio, niſi aſſertionis illius fiat fides, idq; inſtrumentorum exhibitione [q], uel iudicis autoritate, quod ſu-

pra à

k c. ſi. de emptio. & uẽ.
l l. emptori. C. de euic.
m l. qui abſenti. ff. de pcu.
n l. herẽnius. §. j. de euic.
o l. dies. C. de ferijs.
p l. cum poſtulaſſem. j. titu. j.
q l. ij. ff. de in ius uoc.
r l. j. & ij. quod ui.
s l. non oẽs. in fi. de re mil.
s Alexã. d. §. morte.
t l. cũ ſatis. §. fi. C. de ag. & cen.
u l. ſi qs ſolut. §. j. de uſur.

pra à nobis proditum eſt. Et cum tradiderimus quæ alieni arbitrij ſunt, non poſſe nos noſtra denuntiatione efficere, ut ideo minus ſint, conſequens eſt ut idem multo fortius fateamur, cum ei prohibemus ne faciat quod facere tenetur, ut ſi uenditori qs prohibeat, ne fundū uēditum tradat[r], ut ſi debitor ei ꝗ pro ſe cōſtituit denūtiet ne ſoluat[s], qui ēm facere quiſquam poteſt ne uenditor fidē non ſeruet, aut qui cōſtituit non ſoluat? quod eo magis ſeruandū eſt, cum nulla prohibitionis iuſta aut uera affertur ratio, tametſi etiā ſi allegetur tātum idem ſit, cum nihil referat quid uerū nō ſit, an non probatum[t]. Oportet igitur, ſi iuſta & uera cauſa prohibitionis ſubſit, ut denūtiatio ualeat, fidē fieri, inſtrumentumq; ei cui denuntiatur legi[u], uel eius exēplum ei relinqui, eadē quam ſuperiori caſu diximus ratione. Sola tamē uериſimilis cauſæ allegatio alicuius quandoq; effectus eſt, in eoq; ſufficit ut excuſandus ſit debitor, niſi cautio à creditore præſtetur, indēnem eum eius denuntiationis cauſa futurum[x], quod in arbitrio iudicis plurimū reſidet. Sed & uerіſimilis cauſa id efficit ut excuſari debeat qui denūtianti credidit[y], poſſitq; aduerſus eum de dolo agi, & ſi ſoluēdo non fuerit, reſtitutio in integrum detur[z]. Sed & quoties res principaliter ad denuntiātem pertinet, denuntiationi huiuſmodi, etiam ſi alia fides tūc non fiat, obſequēdum eſt[a]; ut cum debitor fideiuſſorem ſuum admonet, ne creditori ſoluat, quia pacti, uel acceptilationis, uel alia exceptiōe tutus eſt. Idem cum à denūtiantis uolūtate res omnis effectum ſumit, quapropter creditore denuntiante debitori ne ſoluat, iuſte parendum eſt, moraq; omnis diluitur[b]. Sicut & cū prohibetur quod ſola denuntiantis uoluntate illicitum ſit, ualet proteſtatio; ut ſi uetuero ne fundum aucupij aut uenationis cauſa ingrediaris[c], ne negotia adminiſtres, ne mandato tibi ceu procuratori meo facto amplius utaris, id enim mei plane liberi arbitrij eſt, unde alia probationis fides non eſt neceſſaria. Sed an huiuſmodi denūtiatio per procuratorē fieri poſſit? Et clarū eſt poſſe, dum mandati huius fides fiat[d], quod ſi nō fiat, cautio rati nequaq; ſufficeret[e]. Lex enim ſic fieri denuntiationē iubet, ut is cui ea fit cognoſcat rē ita eſſe; quæ notitia ex cautione huiuſmodi non percipitur, tametſi aliàs in iudicialibus, & in noui operis nuntiatione, quod iudicij præuia ſit

*l. ſi quis prohibuit. de publi.* — *l. utrū. de cōſti. pec.* — *Arch. 30. q. 5. iudicantē.* — *d. cle. cām.* — *d. l. nomen.* — *l. hæc autē. ff. ſi cui plus quā per l.* — *l. j. de eo per quem fact.* — *l. ſi. eo. titu.* — *l. ſi fideiuſſor. mand.* — *d. §. ſequitur.* — *l. diuus. de ſer. ruſt.* — *d. l. ſi quis in fic. depoſ.* — *Bal. in rub. extra de pc.*

¶ Serui[b] appellatio etiam ad ancillam refertur. ¶ Familiæ[c] appellatione liberi quoque continentur. ¶ Vnicus[d] ſeruus familiæ appellatione non continetur: nec

ſufficiat[f], idq; receptius eſt. Quapropter nec negotiorum geſtori id ius cōpetit, niſi in his caſibus, quibus ſola notitia à quocunq; facta ſufficit[g]: ut cum poſſeſſori hæreditatis denūtiamus ne bona diſtrahat, quoniam hæreditas ad eum non pertinet, conſtituetur ēm in mala fide[h]. Qua ratiōe & appellatiōis intimatio à negotiorum geſtore fieri poteſt[i], quod multo magis in cōiuncta perſona admitttēdum[k]. Sed an procuratori fieri poterit? & nō putarim, niſi his caſibus, quibus ſciētia procuratoris dño nocet[l]: quod & tum quoq; nō procedit, cū lex in domini plenā notitiā peruenire aliquid iuberet, nō enim ſufficeret etiam ſpecialem procuratorem admoneri[m]. Item nō procedit, niſi cū dominus ipſe propter abſentiā conueniri nequit[n]. Sed & cum animi uitiū, puta malā fidem domini inducere uolumus, nunq; ſufficit procuratori nuntiare[o].

b ¶ §. SERVI. Econuerſo autē appellatione ancillæ ſerui non continentur[p], quod obſeruandum eſt: etiam ſi eadē utriuſq; ratio ſit[q], niſi gratia frequētioris uſus de fœminis mētio facta proponatur. Quapropter ſi lex prohibeat capras in uilla haberi, nec hircos quidē habere licebit, atq; ita ex facto reſponſum fuiſſe conſtat[r]: aruis enim calamitoſum, præſertimq; Baccho, infeſtum id animal eſt, ut etiam Græco epigrammate admonemur.

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.

Rode caper uitē, tamē hinc cū ſtabis ad aram
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.

c ¶ §. FAMILIAE. De familiæ ſignificatione infra latius diſſeretur, quod ad præſentem rem attinet dubium faciebat, quoniā familia ab oſco uerbo famul deducitur, quod ſeruum ſignificat, atq; ideo de ſeruis proprie dici debuit, non autem ad filios, uel etiam liberos homines trahi: ſed tamē uſus aliter obtinuit. Hincq; ſequitur, ut argumētum ab Etymo, itemq; quod in Topicis M. Cicero à coniugatis uocat, probabile, non autem concludens ſemper ſit.

d ¶ §. VNICVS. Videtur hinc Baldi ſententia confutari[s]: Exiſtimauit ipſe conſtitutionem de eo qui cum familia acceſſerit uerba faciētem, illum quoq; complecti, qui cum unico ſeruo accedat, ſi eum ſolum habuerit. Sed ego rationem legis perpendēdam magis crediderim, quæ ſi in dubium deducatur, propius erit ut de unico ſeruo familia, quatenus ad perſonas

*f l. de pup. §. qui procuratorio.* — *g Bar. l. facta §. ſi hæres. ad Treb.* — *h d. §. petitā.* — *i Rota. 127. nouiſſ.* — *k d. l. qui abſentem.* — *l l. procuratoris. de trib.* — *m glo. d. cle. cauſam. uer. appellatum.* — *n d. l. aut qui aliter.* — *o d. §. petitā.* — *p l. ſeruis. de leg. iij.* — *q c. quoniam. de ſym.* — *r Alber. ī ſta. j. q. 104.* — *s Bal. l. iubemus. §. ſin autem. C. ad Treb.*

ad perſonas refertur, dici nequeat: in inter dicto tamen à familia deiectus[t] dicitur, qui uel ab unico ſeruo deiectus eſt: ſed id ex interpretatione, non ex ui uerborum eſt. Sed quid ſi lex municipalis cuiq; alienigenæ ius ciuitatis cōcedi prohibeat, niſi per decēnium cum familia in urbe habitauerit, an is qui relictis parentibus & familia, cum unico ſeruo habitauerit, reijcietur? Et ex facto cōſultus reijci reſpondi, tū huius reſponſi argumento, tū quia familiam alibi maiorem reliquerat, & in patria ius incolatus retinuerat, ad quam uerìſimile eſt eum quandoq; reuerſurum fuiſſe. Lex autem municipalis id beneficium cōcedit his, quos per tanti temporis incolatū ſuſpicatur non receſſuros.

t l. j. §. familiæ. de ui & ui ar.

duo quidem[c] familiam faciunt.

CAIVS LIB. XXI. Lex XLI.

ARmorum appellatio nō utique tantum ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes, & lapides.

c ¶ NEC duo quidem. Tres ergo familiam cōſtituent[u] ſicut & collegium, cœtus uero decem homines requirit[x], quod & de turba dicēdum eſt[y], quæ uox à Græco ſermone τύρβη deducitur, quod & de cōgregatione[z] ego crediderim, niſi ex ſubiecto argumēto aliud inducatur, quo caſu à Canoniſtis nō diſſentirē, qui uel ex duobus congregationem conſtare dixerunt. Sed & populū plebemúe decem uiris confici plerique exiſtimauerunt: quod nuſq; probatur, & ratione caret: cū maiorem numerum populi appellatio, q̃ cœtus requirat. Sanè dubium non eſt, quin decem oues gregem conſtituant, quod de minoribus animalibus ſolū intelligitur: nā quinq; ſues, uel quatuor equinos pullos, gregem ſuū equorumúe conficere Bartolus ſenſit[a]. Cuius rei argumēto, ſi lex pœnam ei qui gentem congregauerit, imponat, eū non puniri exiſtimauit, qui minus decem peditibus, aut quatuor equitibus cōtulerit. Sed mihi magis arridet, ne à turba gēte diſtinguamus, idemq; utroq; ſit caſu. Illud non omittendum, tametſi uniuerſitates huiuſmodi ex pluribus perſonis cōſiſtant, cæteris extinctis, ius uniuerſitatis in unum recidere, nec extingui[b].

u l. neratius. j. eod.
x l. j. C. de tuto. ill. perſ.
y l. prætor. ui bon. rap.
z c. j. de elect.
a l. oues. de abig.
b l. ſicut. in fi. quod cuiuſ. uni.

ARMORVM. Armorum appellatio non ad ea tantum, quæ offendendi cauſa habemus, refertur, ſed & ea continet, quæ pro noſtri corporis tutela gerimus, ut clypeus, & caſſis: quod ſi lex nō de armis, ſed de telis loquatur, aliud eſt: nam hæc uox ea ſolū ſignificat, quæ alterius lædendi cauſa habentur[a]. Nec Angeli[b] ſentētiam ſequi poſſum impropriè arma dici exiſtimantis, quæ ſolum defenſionis cauſa parantur, id enim à Iuriſcōſulti noſtri mēte procul abeſt: non tamē negauerim, ex ſubiecta materia, armorū appellationem aliter quandoque aſſumi: ut in Iuſtiniani conſtitutione[c], qua fabricenſibus inhibet, ne arma priuatis hominibus uēdant: intelligitur enim de his quæ militantibus uſui eſſe poſſent, quoniā id publicæ ſecuritatis cauſa conſtitutum fuit. Qui ergo cultrum uel fuſtem habuerit, nō tenebitur[d], tametſi & cultellus quo panem incidimus, uel calamum acuimus, idemq; in graphio, armorum nomine non comprændatur: & ideo ſi quis huiuſmodi gladiolo aliquem occidat, non uideri eum occidendi animum habuiſſe[e], Aretinus[f] reſpondit. Sed & conſtitutio qua Monachis tenere arma non permittitur, haud quaq; de fuſtibus & lapidibus intelligitur, cum hæc in alium uſum haberi ueriſimilius[g] ſit, conſuetudoq; uulgaris ſermonis hoc hodie habet, ne appellatione armorum contineantur[h]. Sed cum Iuſtiniani ſanctio, qua arma à priuatis retineri prohibitū diximus, conſuetudine non ſeruetur, an licebit machinas fuſiles habere: quales ſunt quas Bombardas, Colubrinas, Sclopos maiores uocamus? & non licere crediderim, cætera enim arma alio prætextu haberi poſſunt, at huiuſmodi quæ ad demolitionem murorum ſolum ſunt uſui, nullo pacto priuatis conceduntur, nec ad hunc caſum uidetur producenda conſuetudo.

VLP. LIB. LIII. Lex XLII.

PRobrum & opprobrium idem ſunt. Probra quædā natura turpia ſunt, quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis, ut puta furtū[b]: adulteriū eſt natura tur-

PROBRVM. a ¶ Probrum pro crimine ipſo quādoq; accipitur, ſed quia ex huiuſmodi delictis ignominia oritur, ſolentq; ea à conuiciantibus obijci, frequentior uſus obtinuit, ut pro ignominia conuicijsq; accipiatur, ſicut & opprobriū, quod nil aliud eſt, quam obiectum probrū, hocq; modo à Vallæ morſibus defenditur Vlpianus.

b ¶ FVRTVM. Accurſius ita intelligit, ut furtū, adulteriumq; natura probrum ſit, quoniam in Decalogo legitur, Non furtum facies, nō mœchaberis: quæ interpretatio ut uera ſit, poteſt tamē ita punctis diſtingui, ut

a l. j.
b l. j. qui
c c. j. gat tur.
d l. p. con de p

gui, ut defendamus furtum nõ natura, ſed ciuili lege probrum eſſe, adulterium uero etiã natura: nam leguntur fuiſſe aliqui populi, apud quos furari impune licebat, ut Aegyptij: quod ex Ariſtone Iuriſconſulto A. Gellius tradit. Lacedæmonijs certe etiam laudi dabatur eſſe furem, nec deprændi: qđ hoc potiſſimum exercitamento cautiores diligẽtioresq́ adoleſcẽtes fierẽt. Leges autẽ XII. tabularũ aliquid quoq; de Lacedæmoniorum moribus ſumpſiſſe dubium non eſt. Cũ ergo cõmuni omnium gentiũ iure furtũ non puniretur, meritò huiuſmodi probrum magis ciuile, quàm naturale dicitur: quod nõ eſt de adulterio, id enim etiam iuregentium abhominabile eſt, utpote quod matrimoniũ polluit, datamq; à coniugibus inuicem fidem corrumpit. At hodie in his ciuitatibus quæ male inſtitutæ ſunt, maior pecuniæ quàm morum ratio habetur, fureſq; laqueo ſtrangulantur, adulteri mulctantur pecunia. Sane quàmuis lege Iudæorũ fures punirentur, nõ tamen conſequens eſt, iuregentium id crimẽ puniri, nec enim ſoli Iudæi ius gentium cõſtituunt: quibus, ut Cornel. Tacitus inquit, Moſes nouos ritus, cõtrarioſq; cæteris mortalibus indidit. Sed & ſi concedamus lege naturali furtum uetari[a], non tamẽ ſequetur ut ideo ſit probrum: nam & lege ciuili, non poteſt maritus donare uxori, & tamen huiuſmodi donatione opprobrium aliquod nõ inducitur. Illud ergo probrum eſt, quod non ſolũ prohibetur, ſed etiam ignominia delinquentem afficit. Et hæc utcunq; cõtra receptam ſententiam induci poſſent, licet ab ea recedere periculoſum ſit.

c ¶ NON natura. Diſtinctio hæc Iuriſconſulti non magni effectus uidetur eſſe, quãdoquidẽ parum refert, quis iure ciuili an naturali propudioſus ſit, parem enim infamiæ notam ſuſtinet[b]: multum uero refert in pactionibus, quæ contra bonos mores fiunt: nam ſi contra bonos mores, quatenus iure ciuili cõſiderantur, initæ ſint, iuramento confirmantur[c]. Atq; hinc eſt, quod donatio inter uirũ & uxorem, uel patrem & filium iureiurando ſancita, neceſſario obſeruanda eſt[d], ut cõmuni calculo proditum eſt: quod procedit cum ſimpliciter lege ciuili cõtractus prohibetur, nam ſi etiã pœna appoſita ſit, aliud forte eſſet dicendum[e]: idem ſi iuregentium conuentio reprobata ſit, huiuſmodi enim nec iuramẽto quidẽ roboratur.

a l. j. de fur.

b l. j. de his. qui not.

c c. cũ contingat. de iureiur.

d l. pacta quæ contra. C. de pac.

e l. cõuenire. de pac. dot.

pe, enimuero tutelæ damnari, hoc nõ natura[c] probrum eſt, ſed more ciuitatis: nec enim natura probrum eſt, quod poteſt & in hominẽ idoneum incidere.

IDEM LIB. LVIII. Lex XLIII.

VErbo uictus cõtinentur, quæ eſui, potúique, cultúique corporis, quæq; ad uiuẽdum homini neceſſaria ſunt, ueſtẽ quoq; uictus habere uicem, Labeo ait.

CAIVS LIB. LXXII. Lex XLIIII.

CAetera qbus uiuẽdi, curãdiúe[a] corporis noſtri gratia utimur, ea appel

VERBO uictus. Si quis legauerit Titio uictũ, cẽſebitur omnia legaſſe quæ ei ad uiuendum neceſſaria ſunt, & ideo & ueſtiariũ, & calceariũ, & habitatio, & lectus debebitur: ideóq; & ſi alimẽta legata ſint, uel educatio[a]: hęc eñ nomina exæquata ſũt. Legatis uero diarijs[b] uel cibarijs, ſecus eſt: Interpretamur autem diarium, unius diei cibum, quem Græci δίαιταν uocant. Sed quid ſi alicui promiſero (quod uulgò dicimus) tribuere expenſas? & uidetur uerba idem ſignificare quod uictus, ut uidelicet impẽdere illi omnia tenear, quæ eius uitæ neceſſaria ſunt. Sanè non probat Valla, ut uictus appellatiõe, de ueſtiario quoq; intelligamus: cum multæ ſint regiones, in quibus ueſtes uſui hominibus nõ ſunt, ut in Aethiopia: quod ridiculũ eſt, nec eñ Aethiopum leges hic interpretamur, ſed Romanorum, qui ſine ueſte nõ ſolent uiuere. Non tamen negauerim, hanc ſignificationem ex interpretatione magis, quàm ex ſtricta uerborum ui eſſe: & ideo ex mente diſponentis aliter quandoq; iudicamus. Vnde ſi quis alimẽtis uel uictui renuntiauerit[c], non cenſebitur de ueſtiario uel calceario actum, huiuſmodi enim repudiationes ſtricte accipiũtur. Qua ratione qui famulo uictum mẽſtruamq; mercedem promittit, nõ uidetur de ueſtibus intellexiſſe, nec ulla alia re præter cibaria[d]: & idem in prætore, qui ſimili modo officialibus ſuis promiſerit, quod & generaliter in quacunq; odioſa materia procedit.

a l. fi. de alim. leg.

b l. diarijs. co. titu.

c l. cum hi. §. qui tranſ. de tranſ.

d Bar. l. legatis. 3. de ali. lega.

CAETERA. a ¶ Curãdi. Intelligunt hoc doctores, ut qui uictũ debeat, etiã ægrotanti pharmaca ſuo ſumptu præſtare teneatur, ſine his enim curatur nemo: qui uero cibaria debet, ſatis eſt ſi ea præſtat, quæ ad cibum pertinent[a], ut pullos: catapotia enim, & decoctiones, cæteraq; medicamenta emere non tenetur, niſi forte modica impenſa habere ea poſſit[b], quod aliqui exiſtimauerunt.

a Bart. d. l. legatis.

b l. in rebus. §. poſſunt. cõmod.

m Sed

Sed nunquid qui alere tenetur, in diſciplinā quoq; mineruale pendere cogatur? & non teneri uerius eſt[c], niſi iure ſanguinis ex legis diſpoſitione id debitum cōtractum ſit: ut in patre qui filium alere debet, idoneisq; præceptoribus inſtruēdum cōmittere[d], quod & in fratre dicendum eſt.

c d.l. legatis.

d l. quod de bonis. §. pe. de car. edi.

lation ſignificātur.

VLPIANVS.

Lex XLV.

IN ſtratum omne ueſtimentum continere quod iniſciat, Labeo ait: neq; enim dubium eſt quin ſtragula[b] ueſtis, ſit omne περιστρώμα. In uictum ergo ueſtē accipiemus, non ſtragulam: In ſtratum, omnē ſtragulam ueſtem.

IDEM LIB. LIIII.

Lex XLVI.

PRonuntiatum[a] & ſtatutum dici idem poteſt, promiſcue enim & pronuntiaſſe & ſtatuiſſe, ſolemus dicere eos, q̃ ius habent cognoſcēdi[b]. ¶ Matremfamilias[c]

IN STRATV. Si quis prohibuerit uictū & ſtratúmue[a] iudicato in carcerem deferri, & pœnali actione & iniuriarū tenebit. Sed quomodo intelligemus uictū & ſtratum? & Vlpianus in ſtratu eſſe omnia ueſtimēta quę inſternuntur, ſeu iniſciuntur ait, qualia ſunt, toralia, gauſapa, cētones, aulæa, tapetia: in uictu uero cætera ueſtimenta quæ non ſternuntur. Ex qua interpretatione uideretur dicendum, eum cui uictus uel alimenta debentur, ſtragula aliqua conſequi non poſſe: quod bona ratione non ſubſiſtit, ſine illis enim uiuit nemo: nam & cum ex qualitate perſonæ alimenta debeantur[b], æquum non eſt, nobilem uirum ſine ſtragulis agere. Sed & cum cōſtet huiuſmodi legato lectum cōtineri[c], de inſtructo apparatoq; uideretur intelligendum: durum tamen eſt à uerbis legis recedere, niſi aliter de uoluntate teſtatoris conſtet. Nec uerū eſt ſine ſtragulis uiuere aliquē non poſſe, qui enim aliunde non habet, ſuum ſibi indumentum inſternat: quod ſi uictus & ueſtitus legatus ſit, forte etiam ſtragula debebūtur, nam ea ueſtitus appellatione cōtineri uidentur[d].

a l. ſi uictū. 3. de re iud.

b l. quos nos. in fi. j. eo.

c l. pen. de alimen. leg.

d l. ueſtis. de aur. & arg. lega.

b ¶ STRAGVLA ueſtis, ſit omne palliū. Atqui pallium indumenti ſpecies eſt, nō ſtragulæ. In duobus meis antiquis codicibus legitur, ſit omne περιστρώμα, quam dictionem aliqui ſuperaddito gloſſemate īterpretati ſunt pallium, eaq; gloſſula ab imperitis in cōtextū recepta eſt. Significat Græce periſtroma omne quod inſternitur, ſicut Latinis ſtragula: nec ea uox à noſtris non recepta eſt, Plauto in pſeud. & Cicer. in Philip. II. Hincq; apparet contra Vallæ ſentētiam ſtragulam nō pro lecti operimento tātum, ſed generaliter pro omni ueſte quæ inſternitur accipi: ſic & Tranq. Funeratus eſt, inquit, Nero ſtragulis albis auro intextis, quibus uſus KL. Ianuarijs fuerat. T. Liuius lib. XXXIIII. Cum tibi uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti. Feſtus Pomp. Veſtis generaliter dicitur, ut ſtragula, forēſis, muliebris: ueſtimētum pars aliqua, ut pallium, tunica, uel penula.

PRONVNTIATVM. Siue dicamus iudicem pronuntiaſſe, ſiue ſtatuiſſe, idem eſt: hæc enim uerba ſentētiam latam oſtendunt. Sicut & ordinare, iudicare, præcipere, decernere, cenſere, & iubere. Non tamē[a] eiuſdem ſignificationis ſemper eſt pronūtiare & ſtatuere: quandoquidem pronuntiare proprie dicimur, quod uiua uoce & memoriter proferimus, ſicut recitare, quod ex ſcripto: ſtatuere uero dicitur etiam qui generaliter aliquid conſtituit, ut cum lex in uniuerſum ſancitur. Hincq; eſt ut leges municipales uulgò ſtatuta appellentur, quem ſenſum non habet pronuntiare. Refertur enim ad id ſolum quod inter partes pronuntiatur, idq; Accurſius probat. Dum ergo lex alibi dicit[b], nulli qui ſtatuendi non habeat facultatem interdicere cuiquam patria ſua permitti, ego intellexerim, ut qui in uniuerſum pro certo delicto cōſtituere interdictionis pœnam non poteſt, is nec priuatim ea pœna mulctare aliquem poſſit, licet alij aliter accipiant.

b ¶ COGNOSCENDI. Cum ergo arbitri[a] ipſi quoq; ius cognoſcendi habeant, ſequitur proprie dici eos pronuntiaſſe, uel ſtatuiſſe, quod & in arbitratoribus admitterem: tametſi negent Doctores ſentētiam proprie dici[b], quod ab arbitro pronuntiatū eſt: quod tamen mihi non ſit ueriſimile, cum id quod unuſquiſq; etiam priuatus ſentit, Latine & eleganter ſententia dicatur: nec aliter ſolent Iuriſcōſulti arbitrorum definitiones[c], quàm ſententias appellare. Laudum enim barbara uox eſt, & inepta.

c ¶ §. MATREMFAMILIAS. Tribus modis olim uxor habebatur, uſu, farre, emptione. Confarreatio ſolis pontificibus conueniebat, nec enim ad eam dignitatem admittebantur, niſi confarreatis parentibus geniti, ut Cornel. Tacitus ſcribit. Emptio quibuſdam ſolennitatibus peragebatur, & ſe coëmendo inuicem interrogabant: Vir, an ſibi

ſibi mulier materfamilias, Illa, an uir ſibi paterfamilias eſſe uellet: reſpōdebātq́ inuicem, uelle: atq́ ita mulier in uiri manū conueniebat: & erat materfamilias uiro loco filiæ: ut ex Vlpiani autoritate in Topicis Ciceronis Boëthius refert.

accipe debemus, quę non inhoneſte in domo ſua uixit: matrē em̄ familias à cæteris fœminis mores diſcernūt, atq́ ſeparāt: proinde nihil intereſt, nupta ſit, an uidua, īgenua an libertina: nam neque nuptiæ, neq́ natales faciunt matremfamil. ſed boni mores.

PAVL. LIB. LVI. AD EDICT.

Lex XLVII.

LIberationis uerbum, eandē uim habet, quā ſolutiōis.

Si uero abſq́ hac ſolēnitate nuptiæ cōtractæ fuiſſent, huiuſmodi uxor uſu habebatur. Conſentiunt igitur Cicero, Boëthius, Vlpi. Aul. Gellius, cæteriq́ antiqui, matremfamilias ſolā apud ueteres fuiſſe, quę coëmptione nupſerat, & in manum, id eſt poteſtatem uiri conuenerat, in eius em̄ familiam ſic tranſibat. Sed hæc antiquitus fuere, nā longa conſuetudine obliteratis illis ſolennitatibus, ex pudicitia & bonis moribus materfamilias appellari cœpit. Sumitur tamen ſignificatio quandoq́ etiam ſtrictius, ut ſolam matronam comprændat, quæ notæ ſit autoritatis[d]: ſiquidem dicebat Euripides, Famam mulieris, nō formam uulgatam eſſe oportere. Latius uero capitur, cū de qualibet fœmina intelligimus, quæ ſui ſit iuris, ut Accurſius ait[c], quod nō arbitror uerum, niſi adſint & boni mores, ut in exemplo uiduæ quod Iuriſconſultus affert.

LIBERATIONIS. Soluere eſt eum qui alligatus ſit liberum facere: inde qui præſtitit quod debet, ſoluiſſe dicitur, & ſe ab obligationis nexu liberaſſe: quo fit ut ꝓprie ſolutionis uerbum liberationisq́, eiuſdem ſit ſignificationis[a], atq́ ideo ſiue debitor ſatisfecerit, ſiue acceptilatione ſit liberatus, dicetur ſolutus. Quod ſi lex non ſimpliciter de ſolutione loquatur, ſed pecuniam ſolui requirat, tūc acceptilatio nō ſufficeret[b], in ea enim pecunia nō īteruenit. Nec nos mouet quod edictum prætoris, quo iudicatos ut pecuniā ſoluant, mandat, ſibi locum non uendicat, aduerſus eum qui acceptilatione ſit liberatus[c]: quoniam in eo edicto pecuniæ mentionem prætor fecit, non quod acceptilationem excludere uellet[d], ſed ut oſtēderet nō ſufficere iudicato ſi ſatisfaceret, puta datis pignoribus uel fideiuſſore, ne obligationes ex obligationibus fierent. Alĳ tamen frequentiore calculo diſtinguunt, ut de ſtricta ſignificatione ſoluiſſe non dicatur, niſi qui pecuniā numerauit: latiore uero ſenſu quoquo modo quis ſit liberatus, cenſeat̃ ſoluiſſe. Sed hoc non tamen improprie erit, quandoquidem poteſt una dictio & ſtricte & late accipi, utroq́ tamen modo proprie[c].

d l. deinde. in fi. de lib. exhib.
c l. nā ciuium. de his q ſunt ſui.
a l. ſolutionis. ī. de ſol.
b l. ſolutam. de ſolu.
c l. iiĳ. §. ſoluiſſe. de re iudi.
d d. l. iiĳ. §. ait.
c l. cum lege. de teſta.

CAIVS LIBRO I. AD EDICTVM. PRAET. VRB.

Lex XLVIII.

QVi neq́ ſequātur neq́ ducantur. ¶ Solutum nō intelligimus eum, qui licet uinculis leuatus ſit: manibus tamē tenetur: ac ne eum quidem intelligimus ſolutū, qui in publico ſine uinculis ſeruat̃.

QVI NEque ſequantur. Accurſius uarias his uerbis interpretationes affert. Aliqui enim in libris Caĳ Iuriſconſulti ita inſcriptum titulum credidere, alĳ eum qui prætoris edicto obſequi nō tenetur, coram tribunal per uim minime eſſe deducendum[a], ſunt & qui affirmant ſicut in ius de domo ſua uocatus ſequi uiatorem non tenetur, ita nec inuitum debere deduci[b]. Ipſe arbitror interpretari Caium eiuſdem ſignificationis eſſe ſequi & duci, quandoquidem is ducitur, qui ante ſe quem ſequatur habet. Vnde & Duces dicti, qui præcedunt. Vergilius: Dux fœmina facti. Hinc & Senecæ uerſus: Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt. In antiquis ſanè codicibus ſic inſcriptum legitur: Caius lib. I. ad edictum prætoris urbani, titulo, qui neq́ ſequuntur, neq́ ducuntur.

¶ §. SOLVTVM. Solutus ergo is dicitur cui recedendi eſt libera facultas[c], nō ſi adhuc ſub cuſtodia ſit, & idcirco cū promiſſio in carcere ei facta qui iniuſte me in eum locum detruſit nullius ſit momēti[d], ſi extra deductus, aſſiſtente tamen aliquo cuſtode eam ratam habuerim, nihilo magis confirmatur, ſed cū poſſit iudex ex cauſa, uel propter uiri probitatē, aut criminis leuitatem, alicui ciuitatem pro carcere aſſignare, uel ſub uadimonio dimittere, an huiuſmodi dicitur ſolutus[e]: & hic uidetur probari, non eſſe ſolutum[f].

VLP. LIB. LVIII. AD EDICT.

Lex XLIX.

BOnorum appellatio, aut ciuilis,

BONORVM. Bona accipiuntur & naturaliter & ciuiliter: Naturaliter cum id

a l. in crimina li. C. de iur.
b l. pleriq;. de in ius uoc.
c l. ij. de libe. ho. ex.
d l. qui in carcerem. quod me. cau.
e Ange. l. ſi à bonæ. ī. de rei uend.
f l. nec nō. §. j. ex quib. cau. ma.

ſolum ſignificant quod beat, id eſt prodeſt: unde quod ſupereſt, deducto ære alieno, bonorum appellatione naturali ſolum cõprænditur. Ciuiliter uero id intelligitur, quod etiã onera admixta habet, ut hæreditas, uel id qđ bona fide poſſidemus, atque ita Accurſius interpretatus eſt. Ego aliã fuiſſe Iuriſcõſulti ſententiã exiſtimauerim, nam bona ex naturali ſignificatione omnia comprændũt quę proſunt, ex ciuili ad facultates tantũ referuntur. In naturali ſenſu eo modo hæc dictio accipit, quo apud Græcos τὰ ἐσθλά, de quo extat diſtichon:

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις.
Ἄμμι δίδου τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.

Quod nos ita uertimus.

Siue uelint homines ſeu nolint, Iuppiter illis
Da bona, quæ mala ſũt etiã cupiẽtibus aufer.

Hinc antiquis Iouis epitheton eſt Optimi, quod Cicero interpretatur beneficentiſſimi. Igitur cũ ſenſu naturali bona diceretur quæcunq́ nobis benefaciunt, lex ciuilis ad facultates noſtras hoc traxit, quoniam & hæ proſunt, utilesq́ nobis ſunt, hinc diſtinctio bonorũ corporis & animi apud Philoſophos.

a ¶BEATOS. Beati dicũtur diuites, quia cæteris prodeſſe poſſunt, & debent. Iuuenal. Vetulæ ueſica beatæ. Sic appellantur etiam felices, non abſimili ratione. Virgil. O terq́ quaterq́ beati. Fit & inde diminutiuum beatulus, Perſio: Beatulus alto impoſitus lecto, eodem ſenſu.

b ¶SVPERFICIARIA. Bona hæc ſunt eius qui in alieno ſolo ædificium poſſidet, nam utilis in rem actio huic datur[g]: diſtatq́ ab emphyteota, quod ille & ſolũ & meliorationes ſuas à domino recognoſcit, certamq́ ex hac cauſa penſionẽ præſtat: hic plerumq́ nihil pendit, nec meliorationes à domino habere dicitur, niſi ſuperficiem quocq́ conduxerit, imò finito contractu indiſtincte eas illi auferre licet. Et hinc argumentari poſſumus, ius quod quis ex conducto habet, bonorum appellatione contineri.

g l. ij. §. de ſuperfi.

c ¶ET SI QVID. Quod ergo nobis uel actione in perſonam, uel petitione in rem, uel officio iudicis debetur, in bonis computatur: nam & nuda bonorum appellatione dubiũ non eſt nomina, huiuſmodiq́ iura contineri. Hincq́ conſequens eſt, in generali bonorũ obligatiõe ea quoque comprændi, quę bona fide poſſidemus, ut hic traditur: eorũ enim cauſa nobis actio competit, à Publicio prætore cõſtituta[h].

aut naturalis eſt. ¶ Naturaliter bona ex eo dicũtur, quod beãt, hoc eſt beatos[a] faciũt: beare enim eſt prodeſſe. ¶ In bonis autẽ noſtris computari ſciendum eſt, nõ ſolum quæ dominij noſtri ſunt: ſed & ſi bõa fide à nobis poſſidentur, uel ſuperficiaria[b] ſint. ¶ Aeque bonis adnumerabitur, & ſi quid eſt[c] in actionibus, petitionibus, perſequutionibus: nam hæc omnia in bonis eſſe uident.

IDEM LIB. LXI. AD EDICT. Lex L.

NVrus appellatio etiã ad pronurum, & ultra porrigenda eſt.

CAIVS LIB. XXIIII. AD EDICTVM PROVINC. Lex. LI.

APpellatione parentis non tan-

NVRVS. Cũ in aliquo actu fit nurus mentio, de pronuru quoq́ & ulterius intelligi põt: quapropter cũ in edicto prætoris infames pro quibuſdã affinibus & nuru poſtulare permittantur, poterũt etiam pronurum tueri[a]: & cum rupto teſtamento per petitionem bonorũ poſſeſſionis contra tabulas conſeruetur legatum nurui pro dote factum, idem erit ſi pronurui debeat[b], & ſicut poſſumus nurui noſtræ donare, ita & pronurui[c], hæc tamen interpretatio non procedit, cum ipſius nurus perſonã reſpicimus: ut ſi tibi promiſerim pro tua nuru, non intelligitur de pronuru[d], propriè enim non eſt nurus, quod indicat Iuriſconſultus dum dicit, appellationem porrigendam. Porrigere enim eſt extendere, alioquin dubitandum nõ erat, an ſic ut eam quæ ex adoptiuo filio nurus fuit uxorem ducere non licet, ita nec pronurũ liceat[e]: itemq́ an edictum prætoris quo qualemcunq́ fideiuſſorem nurui in iudicio ſiſtendæ ſufficere ait, ad pronurum extendatur[f]. Sanè ſicut appellatio nurus ad pronurum protenditur, ita & ſoceri, generi, nepotis, aui, ad proſocerum, progenerum, pronepotem, proauum[g]: quod inferius ſuo loco explicabimus.

APPELLATIONE. Parentis appellatione pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, etiam ex ſermonis proprietate continentur: quod & in ſuperioribus benigna interpretatione admittẽdum eſt, alioquin hi ſolum maiores dicerentur[a]: atq́ ita proprio

proprio uocabulo Romanos uſos accepimus[b], nõ quod pater, & auus, & deinceps maiores nõ dicerẽtur, ſed quod cũ ultra tritauũ parentes non dicerẽtur neceſſario qui ſupra erant, maiores appellabãtur, ut parẽtes inſint maioribus, ſicut ſpecies ineſt generi, nã & huiuſmodi dictio eos ſimpliciter quandoq; comprændit, qui natu maiores ſũt: ut cum M. Portius Cato Tuſculo ortus primus ſui nominis in ſenatũ allectus, ueſtuſtiſſimos ſenatores, qui Reipublicæ fundamẽta iecerãt, maiores ſuos apud Salluſtiũ appellat. Quapropter Vallæ ſententiam non omnino probo, in elegantijs ſuis à Iuriſconſulto noſtro diſſentientis. Et hinc receptum eſt, ut conſtitutio Pontificum, qua defunctos in ſepulcro maiorũ ſuorum tumulari debere cautum eſt[c], ita obſeruetur, ut in patris & aui conditoriũ quis potius deferatur[d], q̃ in eorũ, qui deinceps fuerunt, locum: quod & obſeruandum erit, cum principis edicto unuſquiſq; habitare in ea urbe cõpellitur, in qua ipſe & maiores ſui nati ſunt[e], tametſi alij aliter. Sanè parentes hodie uulgò intelliguntur eiuſdem gentis, & inuicem quoquo modo coniuncti, quod & Hieronymum nõ latuit Lib. aduerſus Rufinum II. Hinc & parentela, quæ dictio apud Capitolinũ in Gordiano legitur. Quapropter in edictis quæ uulgari ſermone cõcipiuntur, uel ab imperitis compoſita ſunt, hæc ſignificatio erit accipiẽda, ſi igitur perduellium parentes capiẽdi honoris ius huiuſmodi edicto amiſerint, & affines & cæteros aliqua ratione coniunctos excludi Angelus reſpondit[f], cui aſſentio: niſi ratio conſtitutionis aliud ſuaderet. Sed quod de parẽtibus Iuriſcõſultus inquit, an idem eſt & de patre? & Accurſius negat[g], propriè enim ad ſolũ genitorem refertur: interpretatur tamen plerumq; lex, ut patris nomine auus demonſtrari intelligatur[h].

tum pater, ſed etiam auus & proauus, & deinceps omnes ſuperiores cõtinentur: ſed & mater, & auia, & proauia.

VLP. LIB. LXIII.

Lex LII.

PAtroni appellatione & patrona continetur.

PATRONI. Sicut domino ſubijcitur ſeruus ita patrono libertus. Accipitur & patronus pro defenſore eorum quos in clientela habet, primumq; locum poſt patrem in officio apud clientem obtinere patronus debet. Hinc & iura patronatus, quæ uel in libertos habemus, uel in clientes, quorũ hodie inſtar obtinent, quos barbara uoce Vaſallos uocamus. Sanè huius reſponſi duplex eſt interpretatio, poteſt enim intelligi, ut quæ iura de patrono loquantur, eadem & de patrona, quæ ſeruũ manumiſerit, intelligi debeãt: quandoquidẽ dubium nõ eſt, quin maſculinũ, ut uulgò dicitur, fœminũ contineat, atq; is ſenſus omnium calculo probatur, niſi qđ aliter ſpeciali ratione conſtitutum quãdoq; legere eſt[a]. Poteſt & alio modo accipi, nimirum ut quod de patrono dicit̃, de eius quoq; uxore dictũ cẽſeatur, ut patronam hic pro patroni coniuge declaremus. Verũ hæc expoſitio haudquaq; placet, quoniam huiuſmodi propriè patrona non eſt, licet bonis moribus conueniat, huic etiam reuerentiam à liberto exhiberi, & ideo ſine uenia in ius uocari non debeat[b].

b l. fi. §. parẽtes. de grad.
c Oldr. conſi. 25.
d l. lex que. uerſic. maiorũ. C. de ad. tut.
e Iaſ. d. l. iiij. §. prætor.
f §. œconomis in auth. de alie. et emp.
g l. lege. de ri. nup.
h l. iuſta. j. eo.
a l. ſicut pat. de op. lib.
b l. j. C. de in ius uoc.

PAVL. LIB. L. AD EDICT.

Lex LIII.

SAepe ita compertũ eſt, ut coniuncta pro diſiũctis[a], & diſiuncta pro cõiunctis accipiãtur. Interdum ſoluta pro ſeparatis. Nã cũ dicitur, apud ueteres agna-

SAEPE ITA compertum. Proſequitur eleganter Iuriſconſultus, & declarat, quẽadmodum plerumq; una dictio pro alia ponitur, ut coniunctiua pro diſiuncta, & cũ nulla appoſita eſt, quo caſu oratio dicitur ſoluta, id eſt neq; coniunctim, neq; diſiunctim connexa, fieri interpretationem ex ſubiecta materia. Sunt autem coniunctæ dictiones, &, que, atq;, ac: Diſiunctę, aut, uel, ue, ſeu. Addit diuus Auguſtinus, in ea quam ſcripſit grammatica, nec, neq; diſiunctiuam eſſe[c], quod noſtri non admitterent, coniunctim enim negant, & ideo quamuis alterum non fiat, committitur ſtipulatio[d].

a ¶ CONIVNCTA pro diſiunctis. Negari non poteſt, quin regularis coniunctiuæ ſignificatio ſit, ut coniungat, & utriuſq; coniuncti concurſum requirat[a]: quod procedit, niſi ex re ipſa, uel argumento de quo agitur, aliud iudicari æquum ſit. Quid enim ſi repugnantia copulentur? tunc dubium non erit, pro diſiũcta accipi: ut cum quis fundũ, eiuſq; uſumfructum Titio legat[b]. Quid ſi eiuſdem ſignificationis duæ dictiones coniungantur? nã & tum ad diſiunctã, uel potius expoſitiuã ſignificatio trahetur[c]. Quid ſi ſecundũ hunc ſenſum abſurdum aliquod cõſequeretur? ut cum quis filios & hæredes ſubſtituit[d] uel filijs & hæredibus ſtipulatur. Sed & ubi uerba inter quæ copula additur, ex ſe principaliter,

c l. ſi ita quis ſtipu. §. de uerb. obli.
d l. ſi is q̃ cc. §. cũ ita. de reb. dub.
a l. ſi hæredi. de cõdi. iſti.
b l. ſi titio. de uſu. leg.
c l. j. §. de pac.
d Bart. l. gallus. §. etiã. de lib. & poſt.

non autem alterius reſpectu, proponuntur, diſiunctim fit interpretatio, ut lege XII. tab. cum dicitur, Agnatorum gentiliumq́; hæreditas ſit: prius enim agnati admittũtur, nam & hoc æquitas ſuadet. Sicut cum pater filios & nepotes inſtituit[e], cæterũ & idem eſt, quoties orationibus ſeparatis cõiuncta interſeritur, quæ & ipſę alicuius ſpeciei reſpectum nõ habent, ut ſi lege notari infamia dicantur, qui depoſitum abnegauerint, & qui ſocio tutelæ mandati condẽnati[f], & qui calumniæ præuaricationiſq́; iudicati ſint. Eadem ratione concurſus non fit, cum duo adiectiua multitudinis numero abſq́; aliquo ſubſtantiuo proferuntur[g], ut lego empta & parata gratia uxoris: perinde enim eſt ac ſi dictum eſſet, lego empta, & lego parata. Idemq́; eſſe arbitror, quoties ea adiectiua ſubſtãtiuum reſpiciunt generale, uel indefinitum[h], ut idem ſit, ſiue empta & parata legantur, ſiue res emptæ & paratæ: prioris enim legati uerba in hæc reſoluuntur. Quapropter cui ueſtes emptæ & paratæ legãtur, eas etiam obtinebit quæ paratæ, licet nõ emptæ ſint[i]. Si igitur alicui ſeruos uernas & textores legauero, mihi uerius uidetur, etiam eos deberi qui ſimpliciter uernæ uel textores ſint[k]: quod Socynus probauit, licet Barto. diſentiat. Sed & ſi nomina appellatiua cõiunctim prolata proponãtur, ſi materia odioſa non ſit, putarim hunc concurſum non requiri: ut cum quis medicis & doctoribus legat, nec enim requiremus eundem & medicum doctorem eſſe[l]. Idem in conſtitutione quæ debitores fugitiuos & ceſſantes aliqua pietate proſequatur[m], quod ſi odioſam quãdam ſeueritatem exerceat, non niſi qui idem & ceſſans & fugitiuus ſit ea coërceri humanius eſt[n].

*e d.l.gallus. §.j.*
*f l.j.de his q no. infa.*
*g l. ea tamen. de leg.iij.*
*h l.j.de iuſt. & iur.*
*i l.q concubinam.de leg. iij.*
*k l.ſi is q cc. §.utrum.de reb.dub.*
*l Bal.& Iaſ. d.l.j.*
*m Rom. cõſi. 104.pater.*
*n Ang. conſi. 16.uiſis.*

b ¶ AGNATORVM. Verba ſunt legis XII. tab. quorum mentio eſt libro Rhetoricorum ad Herẽnium primo, Si paterfam. inteſtatus moritur, familia, pecuniaq́; eius agnatorum gẽtiliumq́; eſto, & rurſus: Si furioſus exiſtat, agnatorum gentiliumq́; in eo pecuniaq́; eius poteſtas eſto. Sunt autem gentiles, quos uulgò uocamus, eiuſdem parentelæ. Eos ita in Topicis Cicero diffinit: Gentiles ſunt, qui eodem inter ſe nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit: nam ſine dubio latior gẽtis quàm familiæ eſt ſignificatio, Suet. in Nerone: Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt. Et rurſus in Cæſare: Cuius gentis familia eſt noſtra. Igitur gẽtis nomẽ agnatos & cognatos continet. Vnde cum prius agnatorum mẽtio facta ſit, ſequitur ut de cognatis ſub gentilium appellatiõe accipiamus: quã interpretationem Accurſius ꝓbat. Alij gẽtiles clarioris familiæ agnatos exiſtimãt, quã interpretationem in lege XII. tab. propter Ciceronis diffinitionem probauerim: poſtea enim etiam qui à ſeruis oriundi erant, gentiles dicti ſunt. Plin. Lib. XXXIII. Singuli Marcipores Luciporesúe dominorum gentiles uitam in promiſcuo habebant.

torum[b] gentiliumq́;, pro ſeparatione accipitur: at cũ dicitur[c], ſuper pecunia tutelaúe ſua, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt: & cum dicimus, quod dedi aut donaui, utrumque continemus. Cũ

c ¶ AT CVM dicitur. Diſiunctiuæ dictiones ſunt, aut, uel, ne, ſeu, ſiue: in his regula eſt, ut non utrumq́; diſiunctum, ſed alterum tantummodo requirãt: quæ tamen plerumq́; non obſeruatur, ut cum alterum ſine altero eſſe nequit: ueluti in lege qua iubetur tutorem ſuper pecunia tutelaúe pupilli dari: cum enim pupilli cuſtodiæ tutor datur, conſequenter etiam rebus datur, curaq́; pecuniæ pars adminiſtratiõis ipſius tutelæ eſt: nam & quum inter genus & ſpeciem diſiuncta ponitur, plerumq́; in coniunctã tranſit[d]. Sed & ſi Titium uel Seium inſtituero, uel tutores conſtituero, uel legatum fideiúe commiſſum illis dedero, coniunctim huiuſmodi diſpoſitio accipietur[b], ne propter perſonæ incertitudinem reddatur inutilis: quod & generaliter admittendum eſt, quoties uel ex ui uerborũ, uel ex alijs legibus, uel ex præſumpta loquentis mente hoc infertur. Primi caſus exemplum eſt, in dictione ſeu[c] quæ ampliandi uim habet: quapropter ſi quis donet pecuniam quam Peruſij ſeu Patauij habet, utranq́; donaſſe intelligitur: idem enim eſt, ac ſi pecuniam quam Peruſij, uel etiam Patauij habet, donaſſe ſe dixiſſet: quoniam diſiunctiua hæc duplex ſubdiſiunctiuæ coniunctæq́; ſimul uim habet[d]. Secundi exemplum in lege aquilia accipitur cũ in ea punitur qui quadrupedem uel pecudem iniuria occiderit: declaratur enim alibi quadrupedem, id eſt pecudem, intelligi debere, ut diſiuncta pro expoſitiua ſcripta ſit. At cum quis ita ſubſtituit, ſi filius meus, aut filia hæres non erit, Seius eſto: clarum eſt ex mẽte teſtatoris diſiunctam pro coniuncta accipi[e], ne cum altero filiorum concurrat extraneus. Idemq́; in ea ſubſtitutione

*d l.Q. de u...*
*b l.pen...*
*c l.ſi ... leg. ... leg.*
*d l.ij. de aquil.*
*e d.l.ſi ... §.ſi.*

tione, ſi filius meus inteſtatus, uel ſine liberis deceſſerit[f], non enim ueriſimile eſt uoluiſſe teſtatorē nepotes ſuos excludere, quia filius teſtatus non ſit.

f l. generaliter. C. de inſtito.

uero dicimus[d], quod eũ dare facere oportet, quoduis eorum ſufficit probare. ¶ Cum uero dicit prætor, ſi donum, munus[e], operas redemerit, ſi omnia impoſita ſunt, certũ eſt omnia redimēda eſſe: ex re ergo pro cõiunctis habentur, ſi quędã impoſita ſũt, cætera non deſiderabuntur. ¶ Item dubitatum[f] eſt, illa uerba, ope, cõſilio, quemadmodũ accipiēda ſint, ex ſententia cõiungē tiũ aut ſaparãtium: ſed & uerius eſt, & Labeo ait, ſeparatim accipienda: quia aliud eſt factum eius qui ope, aliud eius qui conſilio furtum facit: ſic enim alij condici[g] poteſt, alij non poteſt[h]. Et ſanè poſt ueterum autoritatem eò peruentum eſt, ut nemo uideatur feciſſe, niſi & conſiliũ malignum[i]

d ¶ CVM VERO dicimus. Solutam pro ſeparatis poni pręter regulam eſſe oſtendit dictio interdum, cuius natura eſt de frequētioribus caſibus excipere: niſi ergo ex ſubiecta materia aliud appareat, ipſe arbitror ſolutam orationē in cõiunctam magis, quàm diſiunctam inferre. Vnde cum uerba tũc coniuncta dicantur, alterutrũ fieri non ſufficiet[g]: licet alij aliter: etiã crebriore calculo. Contra quos etiam eſt ueterum Rhetorum ſentētia, qui διάλυσιν id eſt diſſolutionem uocant, quam iuriſconſultus hic ſolutã dicit, eam ſic Cicero diffiniuit: Diſſolutio eſt quæ coniunctionibus uerborum è medio ſublatis, partibus ſeparatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legibus. Item, Deſcēde in integram defenſionem, noli quicquam recuſare, da ſeruos in queſtiones, ſtude uerum inuenire. Quod loquendi genus & acrimoniam habet, & uehemētiſſimum eſt, & ad breuitatem accomodatum: hæc ille. Cæterum dubiũ non eſt, in quibus caſibus diſiuncta improprie accipitur ut coniungat, multo magis ſolutã coniungere: & rurſus. Quoties coniuncta diſiungit, & ſolutã diſiungere: uidetur enim huiuſmodi ſoluta oratio ambigua eſſe: quę in alterutrã ſignificationem cõmode uerti poteſt. Sanè in huiuſmodi oratiõe illud proprie procedit, quod quandoque Accurſius dixit, punctum loco copulæ eſſe.

g l. in eo. §. ubi. j. tit. j.

e ¶ SI DONVM, munus. Edixerat prætor[h] ſi donũ, munus, operas à patrono impoſitas libertus redemiſſet, aduerſus eius tabulas bonorũ poſſeſſionē patrono non daturũ. Pone ergo ſolũ donum fuiſſe impoſitum, ut libertus poſſit libere teſtari illud debebit redimere: non autem deſideratur, ut etiã non impoſita redimat: quod ſi munus quoque & operas impoſuerit, etiam hæc redimenda ſunt.

h l. iul. de bon. lib.

f ¶ ITEM dubitatũ. Eum, cuius ope, conſilio, furtũ factũ ſit, furti teneri lex ait: unde dubitatũ eſt, an coniunctim hæc uerba accipi deberent, an ſeparatim: uariaueruntque in hoc antiquorũ ſententię, ſed Labeo eos, qui ſeparatim accipiēda dixerunt, probauitque aliud ſit conſilio, aliud ope furtum fieri. Vnde qui ſolam opem adhibet, furti tenetur, tametſi ipſe nõ conſuluerit, furtũ fieri debere, quod ut uerum ſit, defendi tamē & illi poſſunt, qui cõiunctim acceperē: quoniam non ſat ſit opem pręſtare, niſi eo cõſilio, id eſt animo præſtetur, ut furtũ fiat. Si ergo cõſilium pro ſuaſione accipiamus, ſoluta illa oratio diſiunctiue: ſi pro doloſa adiuuantis intētione, coniunctim intelligetur. Et hic uerus eſt huius reſponſi ſenſus, quem nec Accurſius, nec cæteri ſatis percepere.

g ¶ ALII condici. Scilicet ei qui opem tulerit: quod tũc procedit, cum ad eum res peruenit, uel cũ fur ſoluendo non eſt[i]: ipſe enim in ſubſidium tenetur, alioquin nec cõtra eum qui opem præſtitit furtiua condictio competit: atque ita uulgò dicitur[k].

i l. peculiũ. §. ſi opem. de pecul.

k l. proinde. ff. condict. fur.

h ¶ NON poteſt. Scilicet ei qui conſuluit, quando aliàs furtũ facturus quis, erat[l]: atque ita Accurſius ſenſit[m], & plerique ſequuti ſũt. In dubio tamen contra conſultorem præſumemus, eum uidelicet cauſam delicto præſtitiſſe: nec enim poſtquam quis omnino furari conſtituit, ſolet conſilium petere, ſed cum adhuc dubius eſt. Quapropter qui cõſilium dediſſe probatus fuerit, furti cõdemnabitur, niſi ipſe oſtendat, etiam ſi non conſuluiſſet, nihilominus furem idem fuiſſe facturum[n], nã tunc leuiore pœna arbitrio iudicis ex cõmuni ſentētia afficietur[o], ut merito antiquũ carmen celebretur: Malũ conſiliũ cõſultori peſſimum.

l l. nõ ſolum. uerſi. attili. de iniur.

m c. j. de offi. deleg.

n Ange. l. furti. §. ope. de furt.

o c. ſicut dig. §. qa uero. de hom.

i ¶ CONSILIVM malignum. Id intellige, ut ſi criminaliter agatur, lata culpa nõ idē ualeat quod dolus[p], quod ſi ciuiliter, cum in cauſa furti qui condemnatus eſt, ipſo iure no

p l. lege corn. de ſicar.

*q l.j. de ĩfam.* *r l.ĩ action. de in lit. iur.* *s Fely. ĩ tract.* *t l. is qui cum C. de ſicar.* *u l. ſi quis non C. de ep. & cle.* *x l.j. qđ quiſq; iur.* *y Bal. l. ſi conſtiterit. C. ſi. reg.* *z l. damus. C. de fal.* *a l. qui ea. de fur.*

tetur infamia[q], uidetur tunc latam culpam ſufficere: qua de re alibi latius diſſeritur[r]. k ¶SECVTVM. In ſimplici conſilio cogitationeq́ uera iuriſcõſultus prodit[s], quod ſi ultra cõſiliũ conatus aliquis interuenerit[t], in atrocibus delictis, regula eſt pœnam irrogari[u], in leuibus nõ irrogari[x]. Qua ratione ſi etiam de atroci crimine ciuiliter agatur[y], conatus ſine effectu nõ punitur: idemq́ eſt, quoties delictum nihil nocuiſſet, ut cum quis falſum committit, quod alicui damnũ inferre nõ poteſt[z]: idemq́ ſi ante delictũ quis ſponte penitentia ductus deſtiterit[a]. Cæterũ & in hac re in primis legis uerba penſitãda ſunt, nam ſi actum perfectũ uerba reſpiciunt, qui nondum perfecit non tenetur, ut cũ infligitur pœna ſi quis appellauerit, actus enim cõſummatio per uerbum præteriti temporis denotatur[b], aliud eſt in futuro ſi appellabit[c]. Sed & ubi ipſo iure pœna irrogatur, perfectum oportet fuiſſe crimen[d]: quod & in legibus municipalibus obſeruatur, quia interpretationẽ extra uerborũ uim nõ recipiunt. Aliud autẽ eſt crimẽ, aliud conatus: hic in itinere, illud in meta eſt.

*b Card. c. præterea. de app.* *c Ioã. And. c. perpetuo. de elec. in 6.* *d Bart. l.j. de ſicar.*

CONDITIONALES. Creditor cui ſub cõditione debetur, interim proprie creditor nõ eſt, cũ ab inuito extorquere nihil poſſit: ſed poſt euentum conditionis uere eſt creditor, quæ conditio cum in contractibus retrotrahatur, cenſetur uſq; à principio creditor fuiſſe[a]. Et ideo diſpoſitio quæ generaliter de debitoribus uerba faciat, in dubio de eis quoq; intelligetur, qui ſub cõditione debuerunt. Quapropter cũ teſtator hæredi mãdaſſet, ut omnia debita Titij diſſolueret[b], reſpondere pleriq; etiã ad dotem, quam ſoluto matrimonio uxori ſuæ Titius reſtituere omnino debebit, obligari. Nam & ſi conſtitutũ ſit, ut re uenali proſcripta, teneanť qui ius habẽt illud in ſcriptis intra certum terminũ exhibere, aliàs ea res emptori euinci nõ poſſit[c]: cenſuerunt ueteres ius quod ſub conditione competere poteſt, in profeſſionẽ redigẽdum: nõ eñ huiuſmodi legis uerba magis ad præſens, q̃ ad futurum tempus referũtur. Accedit his, quòd fideiuſſor ſub cõditione, ſi principalis non ſoluerit, promiſiſſe uidetur, & tamen dubium non eſt, quin debitor ſit[d].

*a l. is cui. de act. & ob.* *b l.j. l. ſi ſtip. fuerim. §.j. de uer. obli.* *c Raph. Iaſ. d. §.j.*

habuerit: nec conſilium[k] habuiſſe nocendi, niſi & factum ſecutum fuerit.

VLP. LIB. XII. Lex LIIII.

CONditionales[a] creditores dicũtur hi, quibus nondum cõpetit actio, eſt autem competitura[b], uel qui ſpem[c] habent ut competat.

PAVL. LIB. XVI. BREVIS EDICT. Lex LV.

CReditor[a] autem is eſt, qui exceptione perpetua ſubmoueri non poteſt: qui autem exceptionem temporalem

b ¶COMPETITVRA. Vt quia promiſſum ſit cum morietur, certũ enim eſt hanc conditionem aliquando euenturam: uera tamen cõditio illa eſt, quæ omnino eſt incerta, ante cuius euentum non oritur nec obligatio, nec actio, ut infra attingemus[e].

c ¶VEL QVI ſpem. Videť hic ꝑbari ſi ſpes nulla ſubſit quod cõditio eueniat, creditoris loco nõ eſſe, ſic ut nec illud pignus uidetur, qđ uериſimile eſt fore, ut nunquam luatur, quod Bar. ſenſit[f]. Sanè ſpes in iure uarijs modis accipitur: alia enim eſt quam uigilãtium ſomnium Plato appellat, nos remotam dicimus, ut cũ agnatus agnato ſucceſſurum ſe opinatur, & hæc nullius effectus eſt: alia eſt paulò proximior, ut quam filius in hæreditate patris concepit, & huius quãdoq; propter naturale uotum parẽtum ratio habetur[g]: alia eſt quæ ex præſenti iure nititur, ſemperq́ in conſideratione eſt: ut in eo qui per fideicõmiſſum alicui ſubſtitutus eſt, niſi enim huiuſmodi ſpes probabilis eſſet, ei per cautionem fideicommiſſi nomine prætor nõ ſuccurreret[h]. Idem in eo qui eſt ſtatuliber, & præſentẽ ſpem habet, ut quia hæreditas adita ſit, quod & in cõtractu conditionali obſeruamus. Vnde illa clauſula qua in contractibus ſolemus dicere, nos remittere omne ius quod habemus, uel habere ſperamus, ad ius ſolum præſens trahitur, uel ad futurũ, quod tamen ex cauſa præſenti habere ſperamus[i], ut Bart. ſcripſit.

CREDITOR. Quamuis qui exceptione perpetua, puta pacti de nunquam petendo excluditur, ipſo Iure ſit creditor, imò niſi exceptio opponatur, obtineat, attamen quia uериſimile eſt reum in re ſua fore diligentem, & actori præſcripturum, talis creditor non intelligetur: conſiderat enim lex effectum. Et ideo ſi petente creditore uelit lex etiam indicta cauſa debitorẽ in carcerem detrudi, hunc caſum excipiemus: quoniam nec is proprie creditor eſt[a], qui exceptione perpetua ſubmouetur, nec proprie debitor, qui eam habet: idemq́ cum dubium eſt, an perpetua exceptio futura ſit[b], ut cum promiſi non petere donec Titius conſul fiat.

Similis.

b ¶ SIMILIS eſt. Sicut enim conditionalis creditor euentum cōditionis, ita iſte diem expectat[c], alioquin non paucæ ſunt differentiæ inter hos caſus. Sed ſufficit ſimilitudinē eſſe reſpectu eius rei de qua agitur[d]: unde ſimilia dicunt, quæ eadem ratione innituntur, uel quæ in effectu & cauſa conueniunt: idq; potius obſeruabimus[e], q̃ formam: quamuis quæ in forma non conueniāt, diſſimilia plerūq; appellentur. Vnde quod noſtrates Dialectici aiunt, ut tollatur conſequentia, ſufficere inſtantiam, accipiendum eſt, ſi inſtantia de ratione deducat, non ſimpliciter de pronuntiato[f].

c Barto. l. ita ſtip. i. j. q. d' uer. obli.
d d. l. ſufficit.
e l. j. §. igitur. de exerc.
f 1as l. creditori. de op. no. nun.

timet, ſimilis eſt[b] conditionali creditori.

VLP. LIB. LX.
Lex LVI.

COgnoſcere[a] inſtrumenta, eſt relegere, & recognoſcere. Diſpungere, eſt cōferre accepta & data. ¶ Liberorum[b] appellatione continentur, non tantum qui ſunt in poteſtate, ſed omnes qui ſui iuris[c] ſunt: ſiue uirilis[d] ſiue fœminini ſexus ſunt, éx ue fœmineo ſexu deſcendentes.

VLP. LIB. LVIII.
Lex LVII.

CVi præcipua cura rerum incum

COGNOSCERE. Deſcriptio, ſubnotatio, cognitio, diſpunctio rationum inſtrumentorumúe differunt. Deſcribimus ea, quorum exemplum accipimus. Subnotamus, cum quaſi inuentarium conficimus[a], adſcribimusq; quot corpora inſtrumētorum ſint, & de qua re. Cognoſcimus, cum ea legimus atq; relegimus: qui enim rationes recognoſcit, uerum eſt, eum ipſas cognoſcere, ſicut qui reddit dat, qui repetit, petit[b]. Diſpungit rationes, qui data & accepta confert, excutitq;, & examinat: unde & diſpunctio, pro diligenti percuntatione examinationeq; accipitur[c]. Opinor quia ueteres ſolerent rationes, cum data acceptaq; conſtitiſſent, trāſuerſo puncto confodere: hinc Iuuenalis, moroſam auaramq; mulierem deſignans, quæ rationes diu peractas, abſolutasq; recognoſceret, Longi (inquit) relegit tranſuerſa diurni. Id etiam expungere quandoq; appellatur[d], quod uerbum reijcere quoq; & de medio tollere ſignificat[e], quoniam ſuffragia pūcto notabantur, unde quos ceu indignos præteribant, expungere dicebantur.

a l. fin. de bo. aut. iud.
b Bar. i rubr. ſo. mat.
c l. ſi ſtatulib. pœnæ. in fi. de ſtatuli.
d l. in oib9. ff. de diu. præſcrip.
e l. pe. de re. mil.

b ¶ §. LIBERORVM. Huius reſponſi exemplū hoc affert Accurſius, ſi is qui opus Reipublicæ pollicitus poſtquam inchoauerit deceſſit[f], hæres extraneus in quintam patrimonij partem tenetur: quod ſi ex liberis ſit, ſolum in decimam, interpretatusq; eſt diuus Pius inter liberos nepotem quoq; ex filia contineri[g], quam interpretationem non procedere in priuilegijs quæ generaliter publicæ utilitati derogarent, communi ſententia receptum eſt. Idemq; ſi lege municipali agnati fœminas excluderent: uidetur enim, tum teſtator q liberos inſtituit, prius de agnatis ſenſiſſe, & eū ordinē ſequutus, qui in inteſtati ſucceſſiōe ſeruandus erat[h].

f l. pe. & fin. de pollici.
g l. j. de iur. im. l. qua. ſol. ma.
h Bar. l. hæredes. §. cum ita. ad treb.

c ¶ SVI iuris. Vt emancipati & naturales: regulariter enim appellatione filij, etiam naturalis cōprænditur[i]: naturæ enī id nomen eſt, non iuris ciuilis tantū: & hoc niſi teſtatoris conditio & dignitas[k], præſumptaúe diſponentis mens aliud inducat[l]. Quid enim ſi legitimi adſint? potiores certe illi eſſe debent. Quid item ſi ab eccleſia emphyteotica bona pro ſe & liberis aliqs acceperit? ad naturales enim peruenire ea nō poſſunt: nec uerisimile eſt de eis actū fuiſſe, qui abhominato à iure[m] canonico cōcubitu orti ſunt: ſed & in materia odioſa humanius erit de eis nō intelligi[n], dum tamen melior inde non fiat naturalium q̃ legitimorum conditio, uel pater ipſe propter naturaliū numerum priuilegia non cōſequatur[o]: & hæc de naturalibus. At deſpurijs aliud eſt, hos enim lex pro filijs non habet[p]. Et ideo cōditio, ſi ſine liberis deceſſerit, fideicommiſſo addita, propter ſpuriū non deficit: quod ego arbitror uerum, etiā ſi per reſcriptum principis legitimatus ſit, quoniam lex incertū illi patrem tribuit, nec præſumit ex legitimāte ortum. Vnde parentis fideicōmiſſo grauati, cōfeſſio & tractatus ipſi obeſſe debet, non autem ſubſtituto, niſi uere probaretur ex eo natus, ut quia ex ancilla domi retenta, quæ cum alio non conſueſceret[q].

i l. tutelas. de cap. di.
k l. ex facto. §. j. ad Trebel.
l l. fin. de iur. delib.
m c. ſtatutū. ij. de hære. i 6.
n Bar. l. quia. de i ius uoc.
o l. ij. §. legitimos. de exc. tut.
p auth. ex cōplexu. C. de ince. nup.
q Alb. l. filiū. de his q ſunt ſui.

d ¶ VIRILIS ſexus. Differētia eſt ſubſtituat quis ex uirili, ſeu per uirilē ſexum deſcēdentes, an per lineam uirilem: nā primo caſu etiam fœmina ex filio uel nepote nata continebitur, ſecūdo non continebitur: non enim per lineam deſcendit, niſi qui in linea eſt[r].

r Mod. l. gallus. §. nunc de leg. ff. de lib. & poſt.

CVI præcipua. a ¶ Magiſtrare moderari eſt, ut Feſtus inquit, unde magiſtri, non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorū præfecti, quos uulgò Syndicos uocamus, uel collegiorū, ſocietatumúe, quos Abbates appellāt. Hinc & magiſter populi Dictator, & magiſter haſtæ, qui auctionibus præeſt, & magiſter

magiſter pecoris,ipſe cuſtos, & magiſter nauis,cui cura nauis demandata eſt. Sic autem dicti ſunt, quoniam magis cæteris poſſunt, unde & magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt,quàm priuati.

b ¶ CVIVSLIBET diſciplinæ. Hinc legum doctores magiſtri dicuntur, putauerimq́ generaliter hoc nomine contineri Baccalaurios,Licẽtiatos, Doctores.Sicut enim athletæ tribus coronis more Græciæ antiquo inſigniri debebant [a], ita in agone literario tres ſunt diſtincti gradus. Primus qui à bacca laurea ſumpſiſſe nomẽ uidetur, ſcholaſtico ordini proximior,quàm doctorũ. Secundus ad eos pertinet qui nondum inſignia ſuſcepere, electi tamen autoratiq́ ſunt, traduntq́ in materia fauorabili,hunc pro doctore haberi.

a l. j. C. de athl.

bit, & qui magis q̃ cæteri diligẽtiam & ſolicitudinem rebus quibus præſunt, debent,hi magiſtri [a] appellãtur. Quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur, unde & cuiuslibet diſciplinæ [b] præceptores magiſtros appellari à monẽdo, uel monſtrando [c].

c ¶ VEL monſtrãdo. Atqui ſuperius non à monſtrãdo, ſed quod magis cæteris curam præſtare debeãt, magiſtros dictos ait,ſed ipſe arbitror illam etymologiam, hãc alluſionem eius uocabuli eſſe. Verum fingamus aliquẽ huiuſmodi curã non præſtare,an idcirco magiſter nõ erit? & aiunt eſſe: quoniam nomen ab eo ducitur quod fieri deberet, licet non fiat. Qua ratione & Pontificẽ & Auguſtum appellabimus,qui ad uitam æternã pontẽ nõ faciat,& qui imperij corpus non augeat.

d ¶ §. PERSEQVI. Accurſius perſequi interpretatur,id eſt cõſequi:nam qui ſatis accepit,puta fideiuſſores [b] uel pignora,perinde habetur ac ſi rem petitam cõſequutus eſſet [c]: quæ expoſitio mihi non probatur, quia proprie illud perſequimur, quod nõdum ſumus conſequuti,quapropter & libro II. A.Gellius:Non puto,inquit,Cæciliũ ſequi debuiſſe quod aſſequi nequiret. Verior igitur ſenſus eſt, ut quàmuis aliquis ſatis acceperit,tamen adhuc dicatur perſequi: quia ſatisfactio pro uera ſolutione non eſt [d].In quo tamen articulo ſolet diſtingui: aut lex ſatisfactionem requirit, & ſufficit fideiuſſores, uel pignora offerre:aut ex forma contractus alicui ſatisfaciendum eſt [e], & ſoluere pecuniam opus eſt, quoniam in his nõ de ſimplici ſecuritate creditoris actum uidetur,ſed de actus perfectione, plenaq́ liberatione, quam ſolutione demum facta conſequimur.Sanè & perſequi dicitur,qui officium iudicis implorat: quapropter ſi caueri mihi poſtulem per fideiuſſores, quod in prætorijs ſtipulationibus regulare eſt [f],perſequi uidebor, expediuntur enim hæc officio iudicis [g].

b l. item. §. j. qb. mo. pig.

c l. ſi rẽ. §. dicimus. de pig. act.

d l. j. §. q ſat. cog.

e Auth. ſi qñ. C. de conſti. pec.

¶ Perſequi [d] uidetur & qui ſatis accipit.

CAIVS LIB. XXXIII.

Lex LVIII.

LIcet inter geſta [a] & facta uideatur quædam eſſe ſubtilis differentia, attamẽ καταχρησικῶς inter factum & geſtum nihil intereſt.

¶ Paternos [b] libertos,recte uidemur dicere noſtros libertos:

LICET.Quoniã ſupra geſtum rem ſignificare ſine uerbis factam, ex Labeonis [a] ſententia traditũ fuerat. Eam differẽtiam Caius hic tanquã nimis ſubtilem cõtẽnit: quia καταχρησικῶς, id eſt, abuſiue inter factum & geſtũ nihil intereſt.Laurẽtius Valla geſta referri ad Rempublicam, maioriſq́ dignitatis eſſe tradidit, acta etiam de priuatis dici, quod non omnino probo, quandoquidem etiam de negotijs geſtis id uerbũ proferimus, qui tractatus ad priuatos pertinet.Ampla uero & faciendi eſt ſignificatio, quam hic explicat Accurſius, nos alibi commodius attingemus. Id ex hoc reſponſo ſumme annotandum eſt, uocem καταχρησικῶς, (Sic enim in antiquis codicibus legitur)id eſt abuſiue,plerũq́ propria & ſubtili interprætatiõe reiecta, accipi:nimia enim iuris ſubtilitas, crux eſt, ut antiqui dicebant. Vnde illud Comici, Summũ ius ſumma iniuria eſt.Fabius Quintilianus κατάχρησιν figuram eſſe autor eſt,ubi proprio nomine omiſſo,aliud uicinum aſſumimus. Trãslationem uero, ubi nomen proprium deeſt, quo fit ut hanc neceſſitas excuſet, Vſurpationem ornatus,uel ratio carminis.

b ¶ §. PATERNOS. Solebant Quirites cum repudiare uxorem uellent [b], libertum ſuum huius rei nuntium mittere,quod & ſatyra ſexta Iuuenalis indicat:

Collige ſarcinulas clamat libertus, & exi,
Iam grauis es.

Dubitatum fuit,quem libertũ ſuum intelligeremus, & paternum quoq́ ſeu auitum ſuum libertum eſſe Iuriſconſulti tradiderũt. Quod ſi à filio fortè milite caſtrenſis peculij ſeruus manumiſſus ſit, is libertus patris dici non

ei non poterit: miles enim eius patronus eſt, non pater[c]. Cæterum & filius, qui ex aſſignatiōe patris libertum habet, ſolus ei patronus eſt, non autem frater[d], quamuis etiam quantum ad eum recte paternus libertus dicatur.

*l. antepen. & à quib. l. j. de aſſ. lib.*

liberorū noſtrorū[c], nō recte libertos noſtros dicimus.

VLP. LIB. LXVIII.
Lex LIX.

POrtus appellatus eſt concluſus locus, quò importātur merces, & inde exportantur: eaq; nihilominus ſtatio eſt concluſa atq; munita: unde angiportū dictum eſt.

IDEM LIB. LXVIII. AD EDICT.
Lex LX.

LOcus[a] eſt, non fundus ſed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum eſt aliquid: & plerumq; ſine uilla fundum accipimus. Cæterum adeo opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, ut modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eū habuerimus: non enim magnitudo locū à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio: & quælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi iā hoc cōſtituerimus: nec non & fundus locus cōſtitui poteſt, nam ſi eum alij adiūxerimus fundo, locus fundi efficitur. ¶ Loci appellationem[b], non ſolum ad ruſtica, uerum ad urbana quoq; prædia pertinere, Labeo ſcribit: ſed fundus quidē ſuos habet fines, locus uero latere poteſt, quatenus determinet & definiatur.

c ¶NOSTRORUM liberorum. Alij codices habent libertorum: nam libertus[e] liberti mei meus libertus nō eſt, ſed uerior hic lectio eſt liberorum, nā & in antiqſſimis exēplaribus una cōplexione ſic finitur: Paternos libertos noſtros libertos, liberorum noſtrorum nō recte noſtros libertos dicimus. Sed an id obſeruabitur etiam uiuente manumiſſore? & quia generaliter Iuriſconſultus loquitur uerisimile eſt, hoc quoq; caſu ſententiā hāc producēdam, nec abhorret ut patris libertus filij quoq; ſit, cum rerum paternarum in uita patris filij quodāmodo domini habeantur[f]. Cæterum quamuis libertus filijfami. militis manumiſſore mortuo patris libertus non dicatur, deferetur tamen illi eius hæreditas, ſecundum Iuſtiniani conſtitutiones[g].

*e l. modeſtinus. j. eo.*

*f l. in ſuis. de lib. & po.*

*g §. multis. inſt. de ſuc. lib.*

PORTVS. Portum antiqui plerumq; pro inſula aut domo, ut Feſtus inquit, dicebāt: cuius rei rationem Iuriſcōſultus hic aſſignat, quod ſcilicet merces in eam portarē tur. Hinc à ſimilitudine, portus appellari cœpta eſt, nauiū ſtatio, qua incluſæ naues à uentis tutæ eſſent: iſq; frequentiſſimus eſt huius uocis ſignificatus. Sed & angiportum, anguſtam uiā inter portus, id eſt domos, dixerunt: qua de re latius Grammatici diſſeruere.

LOCVS. Locus fundi portiuncula eſt, fundus autem intelligitur ſecundum domini mentem, qui ex uno plures fundos facere poteſt, ſi quibus quiſq; finibus contineatur deſignauerit: quapropter & minimam partem fundum dicemus, ſi talis fuerit eius affectio. Hinc eſt, quod ſtipulatio fundi in genere nullius eſt momenti, propter incertitudinem, offerendo enim uel ceſpitē terræ liberaretur promiſſor, ut quidam ſcribunt[a]. Sed & M. Ciceronis in quodam iocculari libello citātur hęc Carmina.

Fundum Varro uocat quē poſſim mittere funda
Ni tamen exciderit qua caua fūda patet.

Igit̄ niſi affectio teſtatoris probetur, in dubio appellatione fundi, de toto intelligemus[b]: nec ut ab hac interpretatione recedamus ſufficiet: ſi in plures regiones commodioris culturę gratia fundum diuiſerit[c]. Sed & ſi tibi quis partē fundi Corneliani legauerit, deinde ea dē ſcriptura fundum Cornelianū leget, nō ſola pars ſed totus debebitur: pars enim fundi, ut diximus, tunc pro toto habetur, cū ea affectio eſt teſtatoris, ut non pars, ſed totū ſit. Quod in propoſita quæſtione dici non poteſt, quomodo enim pro integro fundo habuiſſe eum teſtator uidetur, qui partem fundi tātummodo appellauit? ut meritò Pauli Caſtrenſis[d] ſentētia, qui aliter exiſtimauit, reijcienda ſit. Cæterum etiam ſi domini affectio non probetur, putauerim partem fundi pro fundo accipi debere, quoties de falſo periurioq; euitando ageretur, adiuuanda enim quoquo modo eſt interpretatio in humaniorem partem.

*a l. cum poſt. §. gener. de iur. dot.*

*b l. ſi defenſor §. j. de in terr. act.*

*c l. Caius. in fi. de leg. ij.*

*d l. plane. §. j. & fi. de lega. j.*

b ¶LOCI appellationē. Locus ubi quid collocari poteſt, dicitur: eius autē μεταφορικῶς uaria eſt ſignificatio, ut cum dicimus quem loco obſcuro natum, uel loco fratris fuiſſe: illud

illud enim ad genus nobilitatemq; refertur, hoc uicem denotat: ſed & Ariſtoteli Ciceroniq; loca ſunt argumentorum ſedes, hoc eſt uniuerſales propoſitiones, quæ particularia cõtinent, ſicut loci corpora. In iure uero quã doq; locus generaliter accipitur[e], & ex mente proferentis interpretatione capit. Qua ratione in prædijs urbanis locus ſine ædificio dicitur area, ĩ ruſticis, ager. At cum ſpecialiter reſpectu fundi locũ dicimus, de portiõe aliqua accipimus. Quod ſi fundi Tuſculani dominus, ſimpliciter locum ſuũ Tuſculanũ legat, ne ex ĩcertitudine legatũ uitietur, exiſtimauerim generaliter intelligẽdum, ut integer fundus debeatur, nam & huiuſmodi expoſitio uulgari ſermoni alludit.

*e l.fundi.ĩ.co.*

PAVL. LIB. LXV.
Lex LXI.

SAtiſdationis appellatiõe interdũ etiã repromiſſio continebitur, qua cõtentus fuit is, cui ſatiſdatio debebatur.

CAIVS LIB. XXVII. AD EDICTVM PROVINC.
Lex. LXII.

TIgni appellatione in lege XII. tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

VLPIANVS.
Lex LXIII.

PEnes te, amplius eſt quã apud te: nã apud te eſt, quod qualitercunq; à te teneatur: Penes te eſt, quod quodam modo à te poſſidetur.

SATISDATIONIS. Satiſdare proprie dicitur qui dat fideiuſſores: Satiſfacit qui pignore uel qualibet alia ratione ſecurum cõtentumúe creditorem reddit[b]: Repromittit qui nuda ſtipulatione ſe obligat. Cauere uero uarie accipitur, in diſpoſitiõe prætoria ſatiſdationem requirit[c], in ciuili ſolam promiſſionem, cum hypotheca bonorum, ut quidam ſentiunt. Quod ſi lex cauſa cognita caueri uelit, uel idonee, plene, recte, competẽter, ſufficienterúe, tunc arbitrio iudicis etiam ſatiſdandum erit[d], ueluti ſi ſuſpectus ſit qui cauere debet, uel pignus præſtandum, aliàs nullius effectus eſſet[e]. Sanè qui ſimpliciter repromittit ex ui uerborum, non uidetur ſatiſdediſſe, licet lex propter creditoris conſenſum ita interpretetur: ut in defenſore, quem lex ſatiſdare iubet[f], quod & in eo dicẽdũ eſt, qui euidentiſſime ſit locuples: non enim lex, quæ ſatiſdationem requirit, de huiuſmodi homine ſenſiſſe uidetur[g]: quod uerum putauerim cum ſatiſdatio idcirco ſolum requiritur, quia quantum ad facultates, lex creditori cõſultum uelit[h]. ſed ſi etiam celeritatẽ perficiẽdæ litis reſpiciat, fideiuſſio tum quoq; præſtãda erit[i]: cum noſtra quandoq; interſit, poſſe cum fideiuſſore experiri, qui non ita litigioſus, & tergiuerſator ſit, ſicut principalis, quiq; bonam fidem fortè agnoſcet. Cæterum & bonus uir, qui compulſus ſatiſdare, propter paupertatem non poſſit, repromittens cum iuriſiurandi religione, admittetur[k], ne eum ad impoſſibilia obligare lex uideat, uel aliàs ius ſibi iam quæſitum amittat[l].

*a l.j. qui ſat. cog.*
*b l.j. de præt. ſtip.*
*c l. ſancimus. C. de uerb. ſig.*
*d Ale.l. diuortio. §. interdũ. ſol. mat.*
*e l. ĩ omnibus. de iudi.*
*f l.5.§. nunc uideamus. iud. ſol.*
*g l. qcunq;. ij. C. de fun. pat. lib xj.*
*h l. j. ut leg. nom.*
*i l.minor. ĩ fi. de procur.*

TIGNI. Legis XII. tabularũ uerba hæc erant, quorũ mentionẽ Feſtus Põpo. facit, Tignum iunctum ædibus uineæúe uendicato, nec ſoluito. Declarat ea Iuriſconſultus, ut tigni[a] appellatione omnis materia, ex qua ædes conſtãt, contineatur. Vnde tegulæ, lapides, cæmẽta, calx, arena, atq; id genus ſimilia, hoc nomine cõprændentur[b]. Tigna enim à tegendo dicta ſunt. Qua ratione & fabri tignarij appellatione omnes materiarij, murarij, albarijq; ſignificabũtur[c]. Huiuſmodi tamen interpretatio à communi uſu loquendi abhorret: quãdoquidem tigna ſolẽt trabes appellari, quibus ſumma domus contegitur, hinc & cõtignationes dictæ, quorum uocabulorum frequens mentio eſt M. Vitruuio: ut hinc argumentũ colligi poſſit, poſſe dictionẽ quamlibet, quoties deriuatio cum ratione legis conueniat, ſecundum eam accipi, tametſi communis loquendi uſus repugnet. Sanè uerborum legis XII. tab. in iure quoq; mẽtio eſt, ubi dicitur, quemadmodum ea lex tignum ædibus iunctum uẽdicari poſſe ſciſcit, ſed interim id ſolui prohibuit, pretiumq; dari uoluit[d]. Quo in loco Accurſius, ſi ſcit ſeparatim legit, nimirum ignorãs, idem eſſe ſciſcere, quod confirmare, unde & plebiſcitum dicitur.

PENES. Qui penes ſe rem habet, plus iuris in ea habere uidetur, q̃ qui apud ſe: idem enim eſt penes ſe habere, quod penitus apud ſe, id eſt in poteſtate, iure, dominioq; ſuo, cum dictio apud, ad Perſonam uel locũ ſimpliciter referatur: quod & Feſtus Pomp. probat, & Laur. Valla. Depoſitarius igitur, commodatarius, & colonus apud ſe habet, dominus penes ſe[a]. Licet confundi hanc differentiam plerumq; animaduerterim[b]. Quapropter ſi lege indicatur pœna illi, penes quem furtiua res reperiatur, putauerim etiã, qui ſim-

qui ſim

qui ſimpliciter ſciēs detineat, obligari: tametſi ex hoc reſponſo, is non penes ſe rem habere, ſed potius apud ſe dicatur: nec enim uerisimile eſt legiſlatorē ad huius tam ſubtilis differentiæ modulum uerba ſua redegiſſe.

INTESTATUS. Teſtari uerbum inter alia ſignificat etiam ſententiam ſuam expromere: unde teſtimonium, & teſtamentum deducitur: & inteſtabilis, qui nec teſtimoniū dicere, nec teſtamentum facere[d], ex teſtamentoúe aliquid conſequi poteſt.

VLP. LIB. LXVI. AD EDICT.

Lex LXIIII.

INteſtatus eſt, non tantum qui teſtamentū non fecit, ſed etiam is, cuius ex teſtamento hæreditas adita non eſt.

VLP. LIB. LXII. AD EDICT.

Lex LXV.

HAeredis appellatio nō ſolum ad proximum hæredem, ſed ad ulte-

Hinc etiam inteſtatus deriuatur, cuius uocis triplex eſt ſignificatio: primo enim eum ſignificat qui teſtamentum non fecit, & hæc propria & indubitata eſt interpretatio: quoniam, ut Bartolus[b] inquit, participium id eſt, cuius ea eſt natura, ut potentiā ponat, actum neget: quam rationem nō ſatis ſcio an Grammatici reciperent: cum enim præpoſitio uerbo non conueniat, ſequitur uim nominis habere, non participij, alioquin inductus, infectus, inuiſus, inſolens, euidens, uim participij haberent, quod ipſi negant. Cæterum & is inteſtatus eſt, cuius teſtamentum iure defecit, ut quia iniuſtum uel irritum pronuntiatum eſt. Idem enim eſt teſtamentum omnino non facere, uel huiuſmodi facere, quod nullum pronuntietur[c]. Secundo inteſtatus dicitur, qui teſtamentum ex ſe quidem ualidum fecit, ſed quod ex eo corruit, quia hæres inſtitutus noluerit adire: & hic ſenſus quoque non improprius eſt. Dixit tamen Barto. ſi lex aliquem admittat in eius ſucceſſionē qui inteſtatus decederet, uerba legis hoc caſu ceſſare: non enim inteſtatus decedit is, ex cuius teſtamento hæreditas nō aditur, cum tempore quo decedit uerum ſit eum eſſe teſtatum, licet deinde ex hæredis ſcripti facto reddatur inteſtatus. Sed hanc ego ſubtilitatem non approbo, quæ contra Iuriſconſulti uerba eſt[d], eum proprie inteſtatum deceſſiſſe dicentis, cuius hæreditas adita non eſt: ut inde appareat dictionem hanc tractum habere, & ad perfectionem temporis referri, quod non niſi adita hæreditate conſumitur. Tertio inteſtatus dici poteſt etiam is, qui teſtamentum facere iure non potuit, ut pupillus & furioſus: & ideo ſi filio inteſtato conſtitutum ſit agnatos ſuccedere, pupillo mortuo nihilominus ſuccedēt, matremque excludent: quoniam communi uſu etiam inteſtabiles inteſtati dicuntur: idque aliqui cum Barto. ſenſere[e]. Sed frequentius in contrariam ſententiam itum eſt, quod inteſtati improprie hi appellentur, nec de hoc communi uſu quicquam appareat: uideturque agnatos in eius, qui teſtamentum facere poſſit, hæreditatem facilius admittēdos, ex defuncti pręſumpta uoluntate, qui cū teſtamentum nullum fecerit, uoluiſſe illis hæreditatem relinquere cenſetur. At in eo, qui etiam ſi aliter diſponere uoluiſſet, non potuit, præſumpta nulla pro agnatis eſt uoluntas. Nobis Barto. ſententia potior uiſa eſt, cum de communi Iuriſconſultorum uſu ex quàm pluribus legibus conſtet[f], nec præſumpta uoluntas teſtatoris probabilis cauſa differentiæ eſt, cum lex eam non ſequatur, ſed ipſa legem. Voluntatem enim ſuam ſecūdum leges regere & moderari quiſque præſumitur, alioquin ſi quis de facto impeditus teſtari non potuiſſet, agnati fuiſſent excludendi, quod abſurdum eſt. Sanè dubium non eſt, rectè proprieque de inteſtabilibus dici[g], eos ſine teſtamēto, uel etiam ab inteſtato deceſſiſſe, quamuis proprie inteſtati non dicantur.

HAEREDIS. a ¶ Hæredis appellatio etiam ultra proximum hæredem extenditur[a]: unde ſolemus dicere, hæredis hæredem teſtatoris hæredem eſſe: quod ex proprietate ſermonis, atque etiam in pœnis procedit, ut apud pleroſque tractatum eſt[b]. Quapropter conditio ut hæredi Titio detur, adimpleri in hærede hæredis poteſt[c]. Hinc & pater iure caſtrenſis peculij rem filij mortui occupans, eius hæres dicitur[d], cui filius ipſe miles iam ſucceſſerat, quod & Pontanus annotauit[e]. Sed & ſi de ſcriptis hæredibus mentio facta ſit, etiam hæredem hæredis contineri, tametſi ſcriptus non ſit, plerique contendunt[f]. Verum id ipſe non ex ui uerborum, ſed propter utilitatem receptum eſſe arbitror: quando nulla uerisimilis affectio magis in ſcripto hærede conſiderari poteſt, quàm in non ſcripto[g]. Et ideo generaliter ſecundum hæredem non contineri: ego ex ſermonis proprietate ſentio, quoties ſcripti hæredis mentio fit, idemque ſi infraſcripti, uel ſupraſcripti dicatur[h]: ſed & ſi ſuum hæredem, uel ipſum, quis addiderit, non uideri de

d l. cum lege. de teſta.
b Bart. l. j. de ſuis.
c inſt. de hæred. quæ ab inteſta. in prin.
d d. l. j.

e Alex. l. generaliter. C. de inſtit.
f l. qui duos. l. lucius. de uulg. l. diuus l. credentes. qui pet. tut.
g Alex. d. l. generaliter.
a l. fi. C. de hære. inſti.
b Iaſ. l. ſi qs ſi liū. §. fi. de acqui. hære.
c l. cū ita. ī fi. de cond.
d l. j. de caſt. pec.
e Roma. ſig. 602.
f l. j. C. quorum leg.
g Corn. conſi. 69. in. iiij.
h Bart. l. qui liberis. §. j. de uulg.

riores[b] refertur: nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatiōe cōtinetur.

IDEM LIB. LXVI.
Lex LXVI.

MErcis appellatio ad res mobiles tantū pertinet.

hærede hæredis agi aliqui dixerunt[i]: quoniam huiuſmodi pronomina ſpecialiter ad perſonam referuntur. Quod ego non ſufficere arbitror, niſi alia mentis coniectura con currat. Vnde cum teſtator, quiſquis ſibi hæres erit, filio ſuo ſubſtituit, de primo hærede intellexiſſe uidetur, qa illi non parum affectus fuiſſe creditur[k]. Quæ præſumptio in eo ceſſat, qui extranei alicuius hæredibus relinquit: nec enim maiorē obſeruationem priorum habuiſſe, ꝙ ſequentium ueriſimile eſt: quod inferius diffuſius attingam[l]. Cæterum & quoties Titio eiusq; hæredibus uſusfructus legatur, de primo tantum hærede accipiemus[m], ne proprietas inutilis ſublata conſolidationis ſpe reddatur. Idem eſt quoties appellatio hæredis extraneos non comprændit, non enim ulteriores hæredes extranei admittētur, cum etiam primus reijciatur. Hoc autem aliquibus caſibus procedit, ut cum Titio hæredibusq; ſuis donec ipſe uixerit aliquid legauero, cum enim uiuētis nulli ſint hæredes, merito de filijs intelligemus[n]. Idem cū mētio hæredum fit in materia ex cuius natura fit ut extranei exclu dantur: ut in emphyteoſi eccleſiaſtica, & feudo[o]. Idem etiam ſi de hæredibus maſculis dictum ſit, uidetur enim ad proprios deſcēdentes reſpexiſſe. Sed & ſi iniquum aliquid ex generali interpretatiōe ſequeretur, hæredis appellationem reſtringemus: ut ſi quis hære ditatem reſtituere debeat, ſi ſine hæredibus deceſſerit[p]: ut enim conditio aliquando euenire poſſit, de deſcendētibus intelligimus, alioquin quilibet extraneus, & tandem fiſcus fideicōmiſſarium excluderet. Et eadem ratione ne extraneos ſubſtituti hæredes cēſeatur teſtator extraneis hæredibus filij ſui, quē prædilexerat, prætuliſſe[q], hæc dictio reſtringetur: non uidentur autem extranei hoc in caſu, qui eiuſdem agnationis ſunt. Quapropter ſi pater filio ſine liberis decedēte Titiū agnatum, eiusq; hæredes ſubſtituerit, eueniente conditione, hæredes Titij agnati non reijcientur, ut Angel. ſcripſit[r], cui aſſentio: ſecus ſi omnino extranei ſint.

i Old.cōſ.21. Bald. 304. in.5.
k d.l. quilibe ris.
l l. in annalibus. C. de leg.
m l. antiqtas. C.de uſufr.
n l. in ſuis. de lib.& po.
o c. fin. ſi de feud. fu.cō. inter.dom.
p l.ex facto.in fi.ad treb.
q Bar.d.l.gallus.§.etiā.
r d. §.etiam.

b ¶ VLTERIORES. Etiam per longiſſimam ſucceſſionem, ut alibi dicitur[s]: unde & pontifex Romanus Petri ſucceſſor dicitur, quamuis maximo numero alij medij interceſſerint[t].

s l.qui per ſuc ceſ.j.ti.j.

MERCIS. Mercem de rebus mobilibus dici, ita ut uenalicij ſerui nō comprændantur uarijs locis proditū eſt: qua ratione de facto conſultus Alexander[a], non eſſe abſurdum reſpondit, ſi legem municipalē, quæ à ſocio initū mercatum ratum haberi mandat, de re tantum mobili intelligeremus. Quādoquidē mercatus à merce deducitur, per locum ergo qui à coniugatis dicitur, ubi merx non eſt, ibi nec mercatus. Sed ipſe à uerbo mercari potius trahi id nomen crediderim: quod uerbum ſimpliciter emere plerumq; ſignificat, atq; ita uulgaris loquendi uſus ſeruat: Inde enim & mercatores dicūtur[b], qui res emunt, quas in eadem ſpecie carius uendāt. Nam qui emunt, ut ipſi in aliam formam uertant, quia manuum operam adhibent, artifices ſunt. Mercatores autem ipſi non artificium facere, ſed officium habere dicuntur, ſi uera Barto. ſenſit[c]: tametſi nemo dubitet, exercitium utriſque commune uerbum eſſe.

IDEM LIB. LXXVII. AD EDICT.
Lex LXVII.

ALienatum[a] nō proprie dicitur quod adhuc in dominio uēditoris manet: uenditum tamē recte dicetur.

ALIENATVM. a ¶ Alienare dicitur, qui ius aliquod dominij transfert: ſed qui rem uendit, antequam tradat, nullum ius dominij transfert (traditionibus enim dominia rerum transferuntur[a]) merito non dicitur alienaſſe, cum ſola perſonali actione poſſit conueniri. Et ideo ex duobus emptoribus, is cui prius res tradita eſt præfertur[b]. Si igitur aliquod ius ex uenditione transferatur, cenſebitur alienatum, nec lex noſtra procedet: ueluti in eccleſia emente, cui ex priuilegio competit, ut abſque traditione in eam tranſeat dominium[c]: idem in principe uendente, ut aliqui exiſtimauerunt[d]. Sed & ſi emptoris nomine poſſidere ſe uenditor conſtituerit, dubium non eſt eſſe alienatum: per huiuſmodi enim conſtitutionem, poſſeſſio uera transfertur[e]. Idem ſi ſpecialiter rem uenditam pro contractus obſeruatione uēditor hypothecæ obligauerit[f], dicetur enim alienaſſe: quandoquidem qui pignerat, alienare dicitur[g]. In generali autem obligatione bonorum de his quæ

quæ uenduntur actum non uidetur, utpote quæ non obliganda à uenditore ſed tradenda ſunt[b]. Et ex hac lege argumentum colligitur, emphyteotam qui emponemata incōſulto domino uendidit, ante traditionem à iure ſuo non cadere[i]: nam & uendere cum effectu accipi debet: ante uero traditionem uenditio omnino perfecta nō eſt[k], licet tum quoque res periculo emptoris pereat: & ita ſe habet omniū ferè conſenſus[l].

b Roma.ſing.605.
i l.fin.C.de iur.emph.
k §.uenditæ.inſt.de rerū diui.
l l.quod ſæpe.§.ſi reſ.de contrahen.emp.

¶ Donationis[b] uerbo, ſimpliciter loquēdo omnem donationem compræhēdiſſe uidetur, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit.

b ¶ §. DONATIONIS. Donationem generale nomen eſſe plerique autumant, & ideo ſub ſe continere, etiam cauſa mortis donationem, & quaſcunq; alias: cum uero ſpecialiter accipitur, proprie eam donationem ſolum dici, quæ pura eſt, & protinus ſine ſpe recuperandi dominium transfert[m], & de hac in dubio ſiue in diſpoſitione hominis, ſiue legis accipiendum. Quapropter qui filio permittit, ut donare poſſit, nec cenſetur de ea donatiōe ſenſiſſe, quæ cauſa mortis fit[n]. Sed hāc ego declarationem non probo, quæ legem noſtram coarctat, & nos dubios relinquit, quando in ſpecie uel genere dictio hæc ſit accipienda. Donationis igitur uerbum quamlibet donationem comprændere exiſtimo, ut hic dicitur, ſed diuerſis temporibus, diuerſo modo: nam quæ ſub conditione collata eſt, poſt euentum conditionis proprie donatio fuiſſe cēſenda eſt, ante euentum propter dubietatem improprie. Quæ uero ſub conditione reſolui poſſet, ut in mortis cauſa donatione, ubi ſpes reſolutiōis nulla ſubeſſe amplius poterit, & ipſa proprie fuiſſe donatio cenſebitur, interim non: & ideo conceſſio patris non uidetur ad eam trahenda, niſi ex eius uerborum magna generalitate, uel ſimili ratione aliud præſumamus[o]. Sed & donatio propter benemerita eatenus proprie fuiſſe donatio exiſtimabitur, quatenus iuſtam remunerationis mercedem excedit[p], quod & in qualibet remuneratione dicendum eſt[q], quæ modico pretio facta proponatur[r], quicquid enim ultra pretium receptum iuſti ualoris ſupereſt, proprie donatum cenſebitur[s]. Idem in indebito quod ſciens ſoluerit. Et ex his conſequens eſt ut ſolennitates quæ aliqua conſtitutione in donationibus requiruntur, etiam in prædictis ſpeciebus neceſſariæ ſint[t]: nequatenus diximus ueram eſſe donationem,

m l.j.3.ď don.
n l.filius.uerſi.ſed enim.de do.
o Corn.conſi.237.pe.col.in.iiij.
p Imo.l.aquilius.de don.
q Alex.conſi.21.in iij.
r l.non amplius.de lega.j.
s l.qđ ſi adipiſc.de do.inter uir. Calca.conſi.24.
t Imo.d.l.j.

contractus irritetur[u]. Sanè & donationis appellatione etiam legatum contineri dubium non eſt[x]: quod procedit, ſi effectum conſideremus, uſus enim ſeparatam eſſe ſpeciem obtinuit. Donationem autem cauſa mortis ex Homeri carmine inductam Marcellus Iuriſcon.[y] cenſuit: apud eū enim Odiſſe. ρ. Telemachus ſic donat Piræo. Eius carmina ſunt.

u Calc.d.cōſi.
x l.legatū.de leg.ij.
y l.j.3.de do.ca.mor.

IDEM LIB. LXVIII.
Lex LXVIII.

ILla uerba, arbitratu Lucij Titij fieri, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt.

τὸν δ' αὖ Πείραιος πρόστορος πρὸς μῦθον ἔειπεν
Τηλέμαχ' αἲ γὰρ ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας
Ὡς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκεν.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα
Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Hoc ſermone uirū Piræus commonet ultro,
Telemache ad nr̄as famulas age dirige ſedes,
Vt tibi q̄ dederat Menelaus dona reportēt.
Ad quē Telemachus ſapiens ita farier orſus,
Pirçe haud eqdē hęc poſſum dignoſcere fc̄ta
Namq; proci ſi me ſpatioſa per atria furtim
Occidant, rapiantq; ſibi patrimonia fortes,
His te malo frui donis q̄ quemlibet horum.
Qđ ſi illos fato merita & mulctauero morte,
Tum mihi gaudēti referes dona oīa gaudēs.

Quorum carminum eò libetius mentionem feci, quod & in Inſtitutionibus corruptus locus ille pro Piræo Pyrrhum habet, relicta inſigni lacuna, quam hiſce carminibus replendam duxi.

ILLA VERBA. Arbitrorum duo ſunt genera, nam alij ex compromiſſo adeuntur[a], quorum ſentētiæ metu pœnæ paretur: alij quos arbitratores uulgò appellamus, ſunt qui tanquam boni uiri arbitrari & conſtituere aliquid debent, iuris diſpoſitioni minime obnoxij, nec comminatione pœnæ formidabiles, quorum ſentētia magis transactioni, quam iudicio cōformis eſt[b], uidetur enim partes tranſigere arbitratu illius: cum priores arbitria ſua inſtar iudiciorum dirigant, & non multum ab ordinarijs differant[c]. Igitur in prima ſpecie indubitati iuris eſt, ſeruum arbitrum eſſe non poſſe, ſed nec arbitratorem[d] Vlpianus ex communi omnium expoſitione hic exiſtimauit: quoniam illa uerba arbitratu

a l.ſocietatem §.arbitrorū pro ſocio.
b c.qntauallis de iureiur.
c l.j.de arb.
d l.pedius.de arb.

tratu Titij fieri, ad ius referũtur. Lex autem non cenſuit ad ea quæ iuris ſunt ſeruos admittendos: tum quod in perſonam ſerui ius reſidere nequit, ſed merum factum[e]: tum quod quo ad ea quæ iuris ciuilis ſunt, ſerui pro nihilo habentur. Sed dubium eſt, quomodo huiuſmodi uerba ad ius referantur. Arbitrari enim uidetur facti eſſe: & Accurſius ideo arbitria iuris eẽ exiſtimauit, quoniã non niſi in legitimam perſonã cõpromitti queat: itemq́ quia arbitrator tanquã bonus uir iudicare debet: quæ ratio mihi magis placet, q̃uis enim ſecundum iuris tramites incedere omnino arbitrator non compellatur, tamen ex bono & æquo decidere negotium debet, ut effectus iuris ex eius ſententia oriatur: merito hoc officium in ſeruum hominem conferri non debuit. Sed q̀d in deportato, an eius arbitratu aliquid committi poteſt? & omnes ſentiunt poſſe[f], niſi antequam deportaretur mandatũ ſibi fuerit, uidentur enim partes propter ſtatus mutationem mãdatum reuocaſſe[g]: quod tamen in teſtatore, qui electionem aliquam Titij arbitratu fieri iuſſit, non procederet[h]: cum enim is teſtator mortuus ſit, fingi non poteſt reuocaſſe mandatum. Sed & quod in deportato diximus[i], ad excommunicatum quoq́ communi calculo producitur, ut quo minus arbitrator ſit, non cenſeatur prohibitus: quod intellige, niſi ex municipalibus ſtatutis iudicialem aliquam formam arbitramẽta habeãt, ab omni enim iudiciario actu, præterquam ſi ſe defendat, excommunicatus repellitur[k]. Idẽ ſi arbitria hæc paratam habeãt executionem, uidentur enim iudiciorum inſtar tunc obtinere.

e §. ſed cũ factũ. inſt. de inut. ſtip.
f l. cũ pater. §. hære. de leg. ij.
g l. cũ quis. de ſolut.
h l. ex facto. §. ſi qs rogatus. ij. ad treb.
i Bar. l. ſi arbitratu. de uer. obli.
k c. ad probãdũ. in fin. de re iud.

IDEM LIB. LXXIII. AD EDICT.

Lex LXIX.

HAec uerba, cui rei dolus malus aberit, generaliter cõpræhendũt omnem dolum quicunq́ in hanc rem admiſſus eſt, de qua ſtipulatio interpoſita eſt.

HAEC VERBA. Finge, promiſiſti mihi aliquid per ſtipulationem, & ab ea ſtipulatione dolum malum abeſſe, cui rei niſi dolus malus abfuerit, promiſiſti centum: declarat Iuriſconſultus hæc uerba generaliter accipi, quod duobus modis explicari poteſt: Etenim reſpectu perſonarum ſtipulatio hæc generalis eſt, quia nõ ſolũ factum ſuum, hæredumq́ promiſiſſe contrahens uidetur[a], ſed etiam cum ſtipulatio pœnalis ſit, factum extranei[b]: & ita frequentius proditum eſt, licet diſſentiente Bartolo: nam & cum quis Titium daturum & facturum promiſerit (quãuis ſtipulatio non ualeat, quia factum alienũ uidetur promiſiſſe) ſi tamen ſubdiderit dolum malum abeſſe, abfuturumúe eſſe, nõ ſimplex abnutiuum promiſſum lex ĩterpretatur[c], ne corruat ſtipulatio, ſed potius ex præcedẽtibus curaturũ eũ promiſiſſe intelligit, quod Titius dabit & faciet: alioquin ſtipulator deceptus remaneret. Cæterum reſpectu quoq́ rei ipſius ſtipulatio generalis eſt, quoniã dolus uox eſt generalis, dolũ uerum, & præſumptũ continẽs, ſed & latiſſimam culpam, & plerũq́ latiorem[d]. Fraudẽ quoq́ dolo ineſſe Labeo ait, qua de re infra latius diſputabo[e].

a l. nouiſſima. iudi. ſol.

PAV. LIB. LXXVII.

Lex LXX.

SCiendum eſt hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi: nã paucis ſpeciebus hẹredis appellatio proximum cõtinet: ueluti in ſubſtitutione[a] impuberis, quiſquis mihi hæres erit, idem filio hæres eſto: ubi hæres hæredis non continetur, quia incertus eſt.

SCIENDVM. Superius diffuſe uidimus hæredum[a] appellationẽ per multas ſucceſſiones accipi, declarauimusq́ quomodo hoc intelligendum ſit, hic uero proſequitur Iuriſconſultus tres caſus, quibus ea regula non procedit.

a ¶ SVBSTITVTIONE impuberis. Sed quæ ratio eſt, quod hoc caſu à regula recedimus: & alibi dicitur, hæredis hæredẽ non admitti[b]: quia ex iudicio teſtatoris nõ uenit, per huiuſmodi autem ſubſtitutionem hi demum uocati uidẽtur, quos affectione aliqua teſtator proſequitur. Quæ ratio ut uera ſit, indiget tamen ſecretiore doctrina, quæ hic unico uerbo attingitur: cum enim huiuſmodi uerba de certa perſona intelligi poſſint, nõ debent extendi ut incertas quoq́ contineãt. Quum ergo hæres aliquis inſtituitur, ſiue etiam ſeruus, ſiue filiuſfamilias ſit, non debet intelligi de hærede hæredis, qui ipſi teſtatori incertus eſt. Eodem modo non intelligemus de patre aut domino, cũ potuerit filiuſfamilias emancipari, & ſeruus uel manumitti, uel uendi, quo caſu hæreditas patri aut priori domino lucrifacta non eſſet: non ergo uerba teſtatoris accipiemus, ut ad incertos hoſce caſus porrigantur, ſed ut eas tantũ perſonas cõtineant, de quibus nominatim actum eſt.

Item

¶ Item[b] in lege Aelia Sentia, filius hæres proximus[c] poteſt libertũ paternum ut ingratum accuſare, non etiam ſi hæredi hæres extitit. ¶ Idem dicitur[d] in operarũ exactiõe, ut filius hæres exigere poſſit, nõ lõga ſucceſſione effectus. ¶ Verba hæc[f], is ad quẽ ea res pertinet, ſic intelligũtur, ut qui in uniuerſum dominiũ uel iure ciuili uel prætorio ſuccedit, contineatur.

b ¶ ITEM IN LEGE. Sentiam familiam Romæ fuiſſe, oſtendunt Sentius Gallus, & Sentius Augurinus, quorum in epiſtolis meminit Cæcil. Plinius, & etiam Sentius Saturninus Vetulio apud Val. Maxi. libro VIII. Igitur Aelius Sentius legem tulit, quæ ab eius nomine Aelia Sentia appellata eſt, cuius Cicero in Topicis, & Boëthius mentionem faciunt: ea pluri- ma capita habuit, quę hic referre nõ attinet.

c ¶ HAERES proximus. Interpretatio hæc ex uerbis legis deſcendit, cum enim filium hæredem proximum dixerit, conſequens eſt, de eo intelligi nõ poſſe, qui poſt aliquas ſucceſſiones ſit hæres. Placuit autem legislatori hãc ingrati accuſationẽ coarctare, quæ tãquam libertatis perẽptoria odio nõ caret, quod etiã libro hiſtoriæ XIII. Cornel. Tacitus tradit, unde non niſi proximo hæredi[c], eidemq́ꝫ filio, id iuris conceſſum eſt, cum etiam ſi proximus hæres non ſit, bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti filius impetret[d], nec enim id beneficium ita odioſum eſt: nam & qui manumittere compulſus eſt[e], ingrati actionem nõ habet, & tamẽ præteritus contra tabulas poſſeſſionem petit[f].

c §. illud. ĩ authẽti. ut lib. de cæt.
d l. ſi filius. §. paulus. de bo. lib.
e l. ij. C. de ope. lib.
f l. j. C. de bo. poß. contra tab. lib.

d ¶ IDEM dicitur. Operarum duplex eſt ſpecies, quæ officiales dicuntur, & quæ artificiales[a]: illæ perſonam patroni reſpiciunt, cui officioſum eſſe libertum naturalis ratio admonet, ut patronum comitari, cantu, ſono, ſaltatiõe oblectare, ſuntq́ꝫ huiuſmodi ut plurimum incertæ: Hæ uero ad artificium pertinent, inde operæ pictoriæ, fabriles, & ſi quæ ſimiles, & ſunt plerunque certæ, quia ſub certo numero ſolent promitti: alioquin incerta promiſſio arbitratu patroni ſecundum conſuetudinem, aut qualitatem liberti, declarabitur. Quæ autem exercitium aliquod, aſſiduitatemq́ꝫ non complectuntur, ad obſequium attinent, nec operarum nomen habent. Igitur ſi patronus operas ſibi præſtari ſtipulatur, regula eſt, ut ad hæredes hæredum talis ſtipulatio non tranſeat[b]. Obſequialis tamen reuerentia ad hæredem hæredis tranſmittitur[c]. Idemq́ꝫ in his operis fabrilibus, quarum æſtimatio hæredi ex iudicato præſtãda fuit, eius enim hæres recte eam pecuniam petet[d]. In officialibus uero operis hæc non procedunt: quoniam hæ ad extraneos hæredes regulariter non tranſeant[e], ſed ad filios tãtum, etiam ſi non ſint hæredes[f], & ideo parum refert, quota parte hęredes ſint inſtituti[g]. Atq́ꝫ ita hãc materiam ego extrico, licet alij aliter. Sed hic quæri poteſt, an in caſibus quibus teſtator mentione hæredis facta de filio cenſetur intellexiſſe, eũdem requiratur hæredẽ quoq́ꝫ eſſe: & in contractibus dubium non eſt, filiũ non admitti, niſi ſit hæres: quapropter ſi quis ſibi & filijs & hæredibus emphyteoſim ſtipuletur, niſi filius ſit hæres, excludetur[h]. In teſtamẽtis quoq́ꝫ idem crebriore calculo reſpõſum eſt, in ea ſpecie, cum teſtator filio ſi ſine hærede moreretur ſubſtituiſſet, non enim ſufficit ſi filiũ reliquerit, niſi ſi quoq́ꝫ hæres ſit, quod & in eo caſu Paulus Caſtrenſis reſpondit[i], cum filio ſine liberis moriente Titius & eius hæredes ſubſtituti ſunt: nõ enim ad fideicommiſſum Titij filij admittentur, niſi hæreditatem patris adiuerint[k]. Sed quid ſi legitimi hæredes uocati ſint: & cum de his intelligatur qui inteſtato ſuccedunt, forte etiam ſi Titio hæredes non fuerint, admittẽtur, ne teſtator uideatur fideicõmiſſum Titij arbitratui reliquiſſe, quod infra attingam.

a l. & ſi non. §. libertus. de cõdi. ind.
b l. cum patronus. §. j. de ope. lib.
c l. ſed ſi hac. §. liberos. de in ius uo.
d l. qui libertinus. §. pen. de ope. lib.
e l. fabriles.
f l. ſi operarũ eo. tit.
g l. ut ius. §. fi. eo. tit.
h Bart. d. l. ut ius. §. fi.
i l. ex facto. §. fi. ad treb.
k Paul. l. gallus. §. j.

f ¶ §. VERBA HAEC. Quoties in lege hæc uerba reperiuntur, conſiderandum eſt ob quam cauſam ſint adiecta: nam ſi prætor actionem puta redhibitoriam emptori, eiq́ꝫ ad quem ea res pertinebit daturum pollicetur, de particulari ſucceſſore intelligi nõ poterit, ſed de uniuerſali tantum, ut hic dicitur: perſonalis enim actio ad particularem ſucceſſorem nõ pertinet[l]. Quod ſi de ea quæ in rem ſcripta uel ſimpliciter in rem ſit, loquatur, tunc aliud erit[m]; idemq́ꝫ cum etiam particulari ſucceſſori ut ſuccurratur eadem æquitas ſuadet[n], ſed & in iure excipiendi dubium non eſt, quoniam id ad quemcunq́ꝫ indiſtincte tranſit[o], ut etiam ſi beneficium ſit perſonale, nihilominus eo cui conceſſum eſt uiuente, donatario proficiat[p]. Accipient igitur hæc uerba ex ſubiecta materia interpretationem, alioquin ex ſui proprietate ſucceſſorem particularem comprændere putauerim, ad eum enim etiam pertinet nedum ad

l l. ſciẽdũ. §. deinde. de ædi. edi.
m l. ſi titius. §. ſi qs tert. de aqui. plu.
n l. his uerbis. de adop.
o l. ait prætor. de iurciur.
p l. ſi tibi. §. pactũ. d' pa.

 hæredẽ,

hæredem. Quod maxime erit obſeruãdum, ſi materia ſit fauorabilis,ut beneficia principum,uel additum ſit generale pronomẽ quicunque, & ſimilia, quæ de nomine ſucceſſoris recentiores tradiderunt[q]. Sanè quæ iura ſucceſſoribus particularibus dẽtur quæúe contra eos competant, latior eſt articulus, quã ut hic perſtringi poſſit[r].

q Iaſ.l.quædã §.j.de ædẽ.
r Bar.d. §. ſi quis tertius.

VLPIANVS LIB. LXXIX.
Lex LXXI.

ALiud eſt capere[a], aliud accipere:capere cum effectu[b] accipitur: accipere & ſi quis non ſic accepit ut habeat. Ideoq; non uidetur quis capere, quod eſt reſtituturus ſicut perueniſſe[c] proprie illud dicĩt, quod eſt remanſurum. ¶ Hæc uerba[d],his rebus recte præſtari, hoc ſignificant, ne quod periculum uel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret.

PAVL. LIB. LXXIII.
Lex LXXII.

APpellatiõe rei, pars etiam continetur.

ALIVD eſt capere.

a ¶ Capere uerbum ad effectum acquiſitionis refertur[d], atq; ideo qui reſtituere tenetur, non uidetur capere: atque hinc eſt,qđ ſpurius ſubſtitutus pupillariter fratri legitimo, ipſo iure quidem uniuerſorum bonorum hæres erit, ſed quæ à patre prouenerunt reſtituet agnatis[b], quia eorum capax non eſt, filius tamẽ familias & ſeruus, quamuis reſtituere teneantur, capere dicuntur[c], quia per eos ſtatim,abſq; alia reſtitutione, patri uel domino acquiritur. Aſt uerbum accipere nõ ita frequenter ad effectum refertur, unde & plerumq; accepiſſe dicitur,qui tamẽ dominium adhuc non acquiſiuit[d]: Sed confundũtur hæc aliquando,& etiam capere dicimus eum qui rapit[e], uel ſimpliciter aufert. Sunt & qui accipere de manu alterius, capere uero propria autoritate intelligant[f]:quod mihi non diſplicet,ut præpoſitionem ad pro iuxta interpretemur:quãuis ſi teſtator Titio mandet ut fundum accipiat[g], quia de teſtatoris manu capere uidetur,non putem hæredis traditionem expectandam.

a l.nõ uidetur quiſquam.j. j.ti.j.
b l.ſi is qui.de uulga.
c l.cepiſſe.j. eod.
d l. naturalis. §.j.de præſcri.uerb.
e l.j. de fide. tuto.
f Mod.d.l.nõ uidetur.
g Bar.l. centurio.iij.colũ. de uulg.

b ¶ CVM EFFECTV. Adiuuatur hinc regula, quæ mandat cum effectu uerba accipi debere:quapropter ſi exulem capienti certum premium dari conſtituatur,non intelligetur cæpiſſe qui ad præfectũ non traxerit[h]: uel cum armis reperiſſe,qui nõ cæperit. Qua ratione & qui tantum erogat,quantum acceperit,capere nõ dicitur[i], cum in effectu nihil illi remaneat,illud enim datum,legatum, donatum,cõceſſum dicitur,quod deductis omnibus expenſis reliquum eſt[k].

h Iaſ.l.j.§ fi. quod qſ.iur.
i l. ciuitatib.ĩ fi.de leg.j.
k l.nõ amplius de leg.j.

c ¶ PERVENISSE. Propria hæc huius uerbi eſt ſignificatio, ut id quod remãſurum eſt perueniſſe dicamus[l],licet plerũq; ex ſubiecta materia aliter etiam non impropriè interpretemur,quod alibi attingam[m].

l l.ſi ipſa. qđ met.cau.

d ¶ §. HAEC uerba. Quod conuentus rei uendicatione propter eam rem alteri promiſit,ut ab actore indemnis ſeruetur,ita cautionem accipit, quas res tibi tradidero, pro his rebus recte præſtari ſpondes:quam cautionem etiã emptor recipit[n], qui redhibitoria aduerſus uenditorẽ experitur,ſi eius rei nomine, quæ redhibẽda eſt,alteri aliquid ſoluere damnatus eſt[o]. Interpretamur enim recte, id eſt tutò & ſecure,hoc eſt,ſine periculo & dãno. Periculũ autẽ ad perſonam,damnum ad res ſeu pecuniam referri Accurſius credidit. Hincq; argumentum accipitur, pro ſui defenſione cautiones interponi poſſe. Quare ſi male ab aduerſario tuo metuis, licitum erit iudicem adire, qui eum ex officio cõpellet,ut caueat, per ſe non fieri, ut uis aliqua tibi inferatur[p], idq; etiam ſub pœna,& datis fideiuſſoribus. Sanè & M. Varro rei ruſticæ lib. II. ſolitos tradit eos qui indomitos boues emunt, ſic ſtipulari, Illoſce iuuencos ſanos, deq; pecore ſano eſſe, noxiſq; ſolutos recte præſtari ſpondes: atq; hanc formam M. Manilij actionibus contineri,quæ uerba hoc ex reſponſo interpretationem recipiunt.

APPELLATIONE. Qui de aliqua re quicquam cõſtituit,ut de domo, inſula,fundo, de qualibet eius parte conſtituiſſe intelligitur, & id quidem proprie, ſicut in genere ſpecies,in maiori ſumma minor cõtinetur. Alioquin quæ uox totum ſignificat, proprie de parte dici nõ poteſt: quare ſi quis de domo loquatur,aut inſula,de toto,non de parte locutus intelligetur[a]: quapropter ſi teſtes actoris fundum ab eo poſſideri dicant,de integro accipiat,niſi alij teſtes omnino prioribus æquales,idem de reo dicant, tunc enim ut à periurio ſoluãtur, fiet interpretatio tam actorem quàm reum eum fundum communiter pro indiuiſo poſſidere[b],atq; id plerique omnes tradidere. Sanè hinc colligitur,de parte ad totum ualere argumentum[c]:quod uerũ eſt, niſi alia ratio ſit in toto quàm in parte.

Pars

Pars autem triplicīter accipitur,quædam numeralis, alia integralis, alia quota. Exempli cauſa,tres arithmetica pars eſt nouem[d],uſus fructus pars integralis dominij eſt, ſicut paries,domus:at triens, quadrans, ſemis quota pars eſt aſſis. Percipitur etiam alia hinc regula:nimirum idem pollere generalē enumerationē, quod particularem omniū ſpecierum[e]: quod ita intelligimus, dum ſub generali ſermone ea nō accipiamus, quorū ſpecialem mentionē fieri opus eſt[f]: etenim dubiū nō eſt de generali ſermone multa excipi uarijs ex rationibus,quas hic referre nimiæ curioſitatis eſſet[g].

d Bar.l. ſi mater.§.ſi inter.de exec. rei iud.
e l.oēs. C. de præſc. xxx. anno.
f l.quod trāſlatum.de of. leg.
g Roma.§.de uiro.

VLP. LIB. XXX.
Lex LXXIII.

Haec uerba in ſtipulatione poſita,eam rem recte reſtitui, fructus continent:recte enim uerbum, pro uiri boni arbitrio eſt.

PAVL. LIB. II. AD EDICTVM AED. CVRV.
Lex. LXXIIII.

Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.

IDEM
Lex LXXV.

Reſtituere uidetur is, qui reſtituit quod habiturus eēt actor, ſi cōtrouerſia ei facta non eſſet.

IDEM
Lex LXXVI.

Dediſſe intelligēdus eſt etiam is qui permutauit, uel compenſauit.

HAEC VERBA. Reſtituēdi uerbum ad fructus quoq; pertinere,ſupra oſtenſum eſt,quare cū Iuriſconſultus in hac ſtipulatione fructus cōtineri, propter dictionē recte ſentiat,uidetur in ſtipulationibus, id uerbū ſimpliciter poſitum,fructus non cōpræhendere[a], quod Iacobus & Oldradus ſentiunt. Sed id ita generaliter ſupra ſequutus nō ſum: quamuis enim ex huiuſmodi cōtractus forma fructus debeantur, uerbum tamen recte non parui momenti eſt,cum deberi eos arbitrio boni uiri oſtendat. Sanè hinc probatur dictionem hanc recte,ad iuſtitiā cauſæ referri, ſicut rite ad ritum, id eſt ſolennitatem[b]. Atq; hinc aliqui exiſtimauerunt,ſi iudici demandatum ſit, ut cognoſcat an Titius recte captus ſit,non poſſe eum diſcernere, an feriato licitoúe tēpore ſit captus, ſed an iuſta cauſa ſubeſſet, propter quā capi debuerit. Quæ deciſio prudentibus uiris merito diſplicet: demandantis enim mens fuit,omnē quæſtionem committere. Et Iuriſconſulti differentia hac nimis ſubtili abutuntur, & doctiſſimi Grammaticorum aliter tradiderunt. Varro, Rite à ritu,nam quod ſecundum ritus fit, id ratum & rectum eſt.Priſcianus, Rite pro recte: quia nihil traditur ritibus,niſi quod rectum eſſe credatur. Donatus, Recte dicitur, quod nullo uitio uerborum dicitur,Vere ad rei ſeu ſententiæ ueritatem refertur:hinc Terent.in Adelphis:Recte & uere dicis.

a l. in condē. §.j.j.tit.j.
b Bar.l. lecta. ſi cer.pet.

SIGNATORIVS. Signatorius annulus eſt,qui charactera, id eſt ſculpturā habeat, quo utimur ut ſignum imprimamus[a]. Erant autem id genus annuli plurimo in uſu apud antiquos, nā propter multitudinem ſeruitiorum recluſa omnia,obſignataq; à dominis tenebantur:ſicq; à rapina, ut Plinius inquit,uendicabātur.Cum ergo huiuſmodi nō ornamēti cauſa:ſed cuſtodiæ principaliter fierent,merito appellatiōe ornamentorum nō cōtinebātur[b]: quod maxime in his ꝓcedit,qui leuis pretij eſſent, utpote aureos quinq; nō excedentes, & ita iure cautum eſt[c]. Sed hāc ego ſummam hodie leuem non arbitror,idq; propter noſtrorum temporum paupertatem, nam cōſtat ueteres Romanos fuiſſe ditiſſimos.

a l.ad teſtium. §.pe. de teſta.
b l.arg.§.ornamenta. de aur.leg.
c l. diuus.de bon.eorū.

RESTITVERE. Reſtituere eſt retro ſtatuere: id eſt in eū caſum rē cōſtituere, in quē fuiſſet,ſi nihil aduerſus qđ faciēda eſſet reſtitutio eueniſſet: de quo uerbo latius ſupra attigimus. Generalius aūt eſt quàm reddēdi.Reddit enim qui retro dat,id eſt trāſfert dominiū: at reſtituere etiā ad facta pertinet. Proprie aūt reſtituere dicimur, quod accepimus:quapropter ſi lex dicat,ſoluto matrimonio maritū tertiā partē dotis reſtituere debere,reliquā lucrari, de dote data intelligeť, nō de ꝓmiſſa[a].Sed id ego nō probo, cū nulla rō ſit,cur ꝓmiſſam minus lucrari debeat quàm datā:& reſtituere ſatis dicitˀ[b], q actionē remiſit,remq; in eū caſum cōſtituit,ac ſi promiſſa nō eſſet,atq; ita Saly.[c] cēſet,nec omiſit Iaſon[d].

a Ange. cōſil. 158.
b j.l.ſeq.
c Sal.l.ſi cōſt. C. de dona. ante nup.
d Iaſ.rub.ſol. mat.

DEDISSE. Quamuis uerbum dare proprie de eo intelligatur, qui per traditionem dominium transfert[d],tamen interpretatione legis etiam qui permutat uel cōpenſat dare dicitur[b]. Vnde homo liber ſciēs qui tāquam ſeruus ueneat,emptori tenetur, nō ſolum in eo quod datum eſt[c], ut uerba legis indicant,ſed etiā quod ea cauſa permutatū,uel compenſatū fuit. Nam & qui remittit, ſeu accepto fert, dare dicitur[d]: æquiparantq; Iuriſcōſulti dantem accepto ferēti:quod procedit etiam in cōditionibus quæ ad amuſſim

a l.ubi in fin. de uerb.
b l.ſi ei nupt. de iur.dot.
c l. intantum. de lib.cau.
d l.ſi mulier. de condi.ob cau.

implendæ ſunt[e]; & quamuis ex ui ſermonis qui remittit non det, cum tamen uerba omnino non repugnent, propter effectum lex dediſſe interpretatur[f]: qua ratione remiſſio quæ ultra quingentos aureos tranſfert, inſinuatiõe indiget[g], idq́ue communiter approbatur. Quandoque tamen nõ fit huiuſmodi interpretatio, ut cum per remiſſionem nihil iuris ſeu cõmodi acqritur[h], uel aliam ob cauſam quis remittit quàm ut donet, uel cum debitum quod remittitur liquidò non apparet[i], id enim facto magis quam dationi accedit: nã & quãdoque donare licet[k], remittere nõ licet, ut quia lex extorqueri remiſſionẽ præſumat, quia facilius inducitur quiſque ut remittat quàm ut det[l], quod & Bar. annotauit[m]. Sanè cum pecunia ſolutioni præparata eſt, remiſſio alia quoque ratione uim dationis habet, quod uidelicet lex reſtitutam fingit, & incontinenti rurſus datam[n].

*e l. ſi fundum. §. titio. de leg. j.*
*f l. iuli. de cõdi. & dem.*
*g l. creditori. C. de pac.*
*h Abb. c. ueniens. j. de teſ.*
*i Pau. l. cõtra §. j. de pac.*
*k Bart. l. acti. C. de tranſ.*
*l gl. c. ſtatutũ §. notariũ, de reſc. in 6.*
*m Bar. l. ſi duo in fi. de uerbo. obli.*
*n l. ſi ſponſalibus. §. j. de iur. dot.*

IVLIANVS.

Lex LXXVII.

FRugem pro reditu[a] appellari, nõ ſolum quod frumentis aut leguminibus, uerum & quod ex uino, uel ſyluis cæduis, cretifodinis, lapicædinis capitur. ¶ Iul. ſcribit, fruges omnes eſſe, quibus homo ueſcatur, falſum eſſe: non enim carnẽ, aut aues, ferasúe, aut poma fruges dici. ¶ Frumẽtum[b] autem id eſſe, quod ariſta in ſe teneat, recte Gallum diffiniſſe. ¶ Lupinũ uero & fabam fruges potius dici: quia nõ ariſta, ſed ſiliqua[c] continentur: quæ Seruius apud Alphenũ in frumento cõtineri putauit[d].

PAVL. LIB. IIII. AD PLAVT.

Lex LXXVIII.

INterdũ proprietatem quoque uerbũ poſſeſſionis ſignificat: ſicut in eo, q poſſeſſiões ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

FRVGEM. a ¶ Reditus nomẽ generale eſt ſicuti prouentus[a], ſeu obuẽtiones: comprændit autẽ omnia iura ſeu utilitates quæ percipi poſſunt. Quam ſignificationẽ etiã frugem habere aliqui dixerunt. Contrà Iulianus, qui fruges eſſe quibus homo ueſcatur cẽſuit, præter carnes & poma, quæ ſententia uerior eſt, atque ita uſus obtinet. Vnde & Plinius duplex frugũ genus agnoſcit, quod ariſtam habeat, ut frumẽta, & quod ſiliquam, ut legumina. Antiquiores tamẽ latius accepere, ut fruges ſint, quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus: qua ratione idẽ Plinius frugiferas arbores omnes appellat, quæ fructiferæ ſunt, oliuam, pyrum, pomum. Dicuntur enim fruges à fruendo, ut Varro: uel à frumine, quod ſumma pars gulæ eſt, per quam cibus in uentrem demittitur, ut Donatus & Seruius ſcribit.

*a Cardi. cle. j. de exc. præ.*

b ¶ FRVMENTVM. Ariſtam habẽt triticum, auena, ordeũ, ſiligo laconica. Siliquam, id eſt folliculũ, omnia legumina, ſiſama uero & papauer uaſculis cõtinentur: at milium & panicum nullis defendũtur integumẽtis paruarũ uolucrũ iniuriæ expoſita. Sanè quamuis frumenti appellatio amplior ſit, tamen κατ᾽ ἐξοχήν de tritico intelligimus, atque hoc cõmunis loquendi uſus in Italia obſeruat, & ita etiã Iacobus & Barto. exiſtimauere.

c ¶ SILIQVA. Id eſt membranula ſeu folliculo. Significat etiam fructum arboris dulcis, longũ, & coloris atri, cuius Plin. quoque meminit: & Horat. Viuit ſiliquis & pane ſecũdo. L. Columella fœnum græcũ ſic appellari quoque cẽſet. Capitur etiam in iure alio ſignificatu[b], nimirum pro certo põdere: nã quatuor grana ſiliquã pendũt[c], hoc eſt quod Græci uocant ceration: Aurifices noſtri corrupto ſermone caracton: eſt autẽ XXIIII. pars ſolidi, & XVIII. drachmæ. Theodoſiani codicis interpres, Cẽteſima, inquit, uſura eſt, qua in anno tres ſiliquas pro ſolido habemus: Sicilicus uero duplici drachma cõſtat[d]: quo fit ut quarta pars ſit unciæ. Licet plerique inemendati codices pro ſicilico ſiliquam ſcriptum habeant. Eſt & Siclus apud Hebræos maioris ponderis: ſic enim ipſi ſtaterem, id eſt Semunciam appellant, in quem ſenſum uidetur etiam L. Columellæ capi, & Græcis quibuſdam autoribus.

d ¶ PVTAVIT. Et male: colligitur autẽ hinc, legato frumẽto uel frugibus, etiã cõtineri qđ adhuc in agro, in ariſta, uel ſiliqua eſt.

INTERDVM. Non ſolũ apud Iuriſconſultos[a], & in cõſtitutionibus poſſeſſio pro proprietate ipſa ſeu prædio capitur, ſed etiã apud alios autores. Vnde poſſeſſiones urbanæ & ruſticæ Ciceroni in Philippicis. Et idẽ in Paradoxis; Callidi, inquit, æſtimatores prata & areas magni æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum à nemine noceri poteſt. Meritò igitur ſi quis dicit ſe poſſeſſiones ſuas legare, uel donare, uel aliter alienare, de ipſa proprietate intelligimus; nec enim de nuda

poſſeſſione

poſſeſſione actum uidetur, cum ea non ſoleat à proprietate his uerbis ſeparari: alioquin uſum quis uel uſumfructum legaret, non poſſeſſionem[b]. Ad res tamen mobiles hoc legatum non extendetur, quoniam communis loquendi uſus repugnat, ut proprietatem mobilium poſſeſſionis nomine deſignemus: tam & ſi dubium non ſit etiã proprie mobilia poſſideri[c]. Ad hanc rem pertinent quæ Feſtus quoque ſcribit, Poſſeſſiones appellantur agri late patentes, publici, priuatique: qa non mancipatione, ſed uſu tenebantur, & ut quiſque occupauerat poſſidebat.

b Bar. l. uxorẽ §. legauerat. de leg. j.

c Iaſ. l. j. de acquir. poß. in prin.

## IDEM LIB. III. AD PLAVT.

### Lex LXXIX.

IMpenſæ neceſſariæ[a] ſunt, quę ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit.

¶ Vtiles[b] impẽſas eſſe, Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, deteriorem eſſe nõ ſinant, ex quibus reditus mulieri acquiratur: ſicuti arbuſti paſtinatiões ultra ꝙ utilis: atq; ita M. Columela lib. IIII. cap. XXVIII. præcipit: has utiles impẽſas maritus nõ conſequitur[d], niſi uolẽte uxore fecerit, aut mulier eas commode reſtituere poſſit, aliunde ꝙ ex fundo dotali: ſatisq; eſt ſoluẽdo eam eſſe, uel tẽpore quo impenſæ fiũt, uel quo repetuntur[e]. In cæteris uero bonæfidei poſſeſſoribus, quatenus dominus eſt locupletior, catenus deducuntur, tanꝗ eorũ negotiũ utiliter ſit geſtũ, idq; niſi dominus ipſe non fuiſſet eas facturus[f]. Quid eñi ſi pauper erat, qui re qualiſqualis fuiſſet erat uſurus: nec curaret precioſiorẽ facere: ut qui uenalem eam non haberet: permittet tamen poſſeſſori hoc caſu de impẽſo id tollere[g] quod ſine detrimento dñi põt, ſibiq; utile futurũ ſit. Ideq; in malæfidei poſſeſſore[h], ſed in hoc differentia eſt, quod prædo, ſi impẽſa quam utiliter uel etiam neceſſariò effudit, euaneſcat, ut quia res perimat, nihil deducit[i], qđ in bonæfi. poſſeſſore aliter obſeruat: præterq; cũ rei uẽdicatione agit[k]. Sed & ſi ædificiũ aliquod à fundamẽtis cõſtruat, ſciens ſe in alieno ædificare, uidetur dño donare[l], & nil repetit, niſi tanꝗ negotiorũ geſtor fecerit[m], uel dñs is ſit, in cuius pſona cõſiſtere donatio nequeat, ut cũ uir in hereditario uxoris fundo ædificat[n].

neceſſe fuerat. Item doctrinam puerorũ, quorũ nomine onerari mulierem ignorantem uel inuitam non oportet, ne cogatur fundo, aut mãcipijs carere. In his impenſis & piſtrinum, & horreum[c] inſulæ dotali adiectum plerunq; dicemus. ¶ Voluptariæ[d] ſunt, quæ ſpeciem dũtaxat ornant, nõ & fructum augent: ut ſunt uiri-

IMPENSAE. a ¶ Neceſſariæ impenſæ dicũtur, quæ impendendi neceſſitatem habẽt, ne res uel pereat, uel deterior fiat: ſed & quæ ex cõſuetudine regionis ſine dedecore omitti nõ poſſunt neceſſariæ exiſtimantur[a]. Harum plura exẽpla in iure habẽtur, ut ſi quis aggeres cohercẽdo torrenti faciat, in demortuarum locũ alias arbores ſurroget, ædificium ruens inſtauret. Sed quid ſi iam caſu dirutum ſit, ut quia ab igne correptũ, uel ui bellica: Et aliqui ſcribũt, eſſe neceſſariam impenſam. Quibus aſſentio, ſi ad uillæ neceſſitatem ille locus pertinebat. Quid enim ſi caſa agreſtis non neceſſaria utilitati prædij eſſet: Sanè has impenſas & maritus deducit, & quilibet bonæ fidei poſſeſſor, itemq; malæ[b]: niſi ſint impenſæ quæ rei utilitatem perpetuam non reſpiciant, ſed ſolũmodo impendentis pro tempore commodum[c]: tũc enim nemo deducit, ſed fructibus imputat.

a Bart. l. pec. in fin. §. de an. leg.

b l. domũ. C. de rei uend.

c l. iij. & ſeq. §. de impenſ.

b ¶ VTILES. Impenſæ quæ rem meliorem faciunt, ut arbuſti paſtinatio, doctrina puerorum, ſtercoratio, nouelletũ, piſtrinum, horreumq; adiectitium, & his ſimilia. Eſt autem arbuſtum, locus quo certo ordine arbores uitiũ cauſa plantantur: hæ ſunt populus, ulmus, atinia, ornus: debet autem ſaltẽ bis in anno paſtinari, id eſt paſtino, quod ferramentum bifurcum eſt, fodi: huiuſmodiq; impenſa neceſſaria eſt: ꝗ ſi tertiò quoq; fodiatur, erit

c ¶ HORREVM. Meritò addita eſt dictio plerũq;, nam ſi magnus fundus eſt, & frugum ferax, & plurima familia colatur, & piſtrini & horrei impẽſa neceſſaria eſt[o]: ſi uero modicus fundus ſit, piſtrinũ & horreũ ad utilitatem ſolũ pertinet, quia locari poteſt.

d ¶ VOLVPTARIAE. Ad ornamentũ ſolũ pertinent[p], præterq; in re ꝓmercali: quapropter in prędio urbano ſi maritus cœnacula quæ locari ſolent picturis exornet, pictura erit utilis, nõ ſimpliciter uoluptaria: tãto eñi pluris cœnaculũ locabit: quia ornatius. Has impẽſas niſi dñs ipſe facturus fuiſſet, nec maritus, nec bonæfidei poſſeſſor deducit[q]: licitũ tñ eis eſt auferre quod cõmode ſaparari põt. In malæ uero fidei poſſeſſore diſtinguimus, ut ſi

d l. j. §. ſed nec. C. de rei ux. act.

e Dy. l. j. §. de imp.

f l. ſi autẽ. in fi. de rei uẽ.

g l. in fundo. §. de rei uend.

h d. l. domum.

i l. plane. de peti. hære.

k l. utiq; §. de rei uend.

l §. ex diuerſo. inſtit. de rer. diui.

m d. l. domũ.

n arg. l. in uolupta. §. de impen.

o l. j. §. pen. de imp.

p l. qđ ſi hær. de impen.

q l. pro uoluntarijs. eo. ti.

ut ſi impẽſa in re facta ſit, quæ ſeparationem
r d.§. ex diuerſo. ſui natura non admittat, uideatur donaſſe[r]: ut ſi aliquo caſu ſeparentur, auferre tamen ei nihil liceat: ſi uero ſui natura res ſit ſeparabilis, licitum eſt ei auferre, nec enim donaſſe ui
s l.utiles.§.de peti.hære. detur[s], quod auferre poteſt: & ita ipſe extrico, licet alij differẽtiam in modo agendi con
t Bart.d.l. in fundo. ſtituant[t].

e ¶ INCRVSTATIONES, Tectoria ſunt parietũ, ex cruſtis marmoreis.

f ¶ LORICATIONES, Sunt ſuperficies integendi cauſa, quæ ad pauimenta maxime pertinent, fiuntq́ ex calce & arena: qua de re M. Vitruuius li. VII. plura. Eſt & lorica quæ uallis caſtrorum, uel podijs apponebatur alio ſignificatu.

daria, & aquæ ſalientes, incruſtationes[e], loricatiões[f], picturę.

IDEM LIB. IX. AD PLAVTIVM.
Lex LXXX.

IN generali petitione legatorum, etiã datæ libertates competunt, ex mente legis XII. tab.

IDEM LIB. X. AD PLAVTIVM.
Lex LXXXI.

CVm prætor dicat, ut opus factum reſtituatur, etiã dãnũ datũ actor cõſequi debet, nã uerbo reſtitutiõis omnis utilitas actoris cõtinet.

IDEM LIB. XIIII. AD PLAVTIVM.
Lex LXXXII.

VErbũ amplius, ad eum quoq́ pertinet, cui nihil debetur. Sicuti ẽ cõtrario minus ſolutũ uidetur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

IN GENERALI. Verba legis XII.
a l.uerbis.§.e. tab. erãt[a], Is uti legaſſet rei ſuæ ita ius eſto. Quibus uerbis generaliter tributa eſt poteſtas legatarijs, legata ſua petẽdi. Sed an idem ſit in his quibus libertas teſtamẽto legata eſt? & ex uerbis uideretur nõ eſſe idem: qui enim libertatem legat, rem ſuam nõ legat, quippe libertas in bonis teſtatoris non eſt: & id neq́
b Bart.l.j.de lega.j. uere, neq́, ut Bartolus inquit[b], cauſatiue: ſed tamẽ ex mẽte legis idem dicẽdum eſt. Accurſius hic uerbũ petitione intelligit pro repetitione, quod mihi nõ placet, cũuis in iure uerũ ſit, ſub generali repetitiõe legatorũ in ſubſti
c l.cũ in ſubſt. de leg.iij. tutione facta, etiã libertates contineri[c]. Quæ res argumẽto eſt, generali in diſpoſitiõe etiã ea intelligi, quæ ſpeciali priuilegio inſignita ſunt, ut libertates, dotes, teſtamenta militũ, &
d l.in fraudẽ. in fi.de teſt. ſimilia[d]. Quod uerum, niſi priuilegiũ illud tolleretur, non eñ ueriſimile eſt generalibus uerbis uoluiſſe legislatorẽ corrigere ea quæ fauore ſpecialis cauſæ indulta ſunt: ut hac in
e Iaſ.l.j.§.nota.ſol.mat. re ridiculi ſint, qui contraria prodiderunt[e].

CVM PRAETOR. In interdictis (inquit prætor) quod ui aut clam factum eſt reſtituas, item quod quis ſpreta nuntiatione noui operis fecit, reſtituat, & id genus ſimilia. Explicat Iuriſconſultus quid reſtituen
a l.ſemp.§.in hoc.§.qđ ui. dum ſit, & non ſolum opus[a], ſed etiam omne damnum reſarciendũ eſſe teſtatur, hãc enim eſſe uim huius uerbi reſtitutionis[b]. Sed dubium eſt cum hic dicitur damnũ reſtitui, an etiam ratio lucri ceſſantis habẽda ſit? Et extat reſpõſum apud Baldum[c] in ſimili ſpecie, eius qui cõuenerat damnum reſtituere, exiſtimat enim huius lucri rationem nõ habendã: aliud eſt enim dãnũ, aliud ceſſatio lucri. Sed hæc ſententia hoc reſponſo confutatur, quo omnẽ utilitatem reſarciendam ei eſſe teſtatũ eſt, cui damnũ debet reſtitui. Itaq́ ego hæc uerba ſecundũ legis diſpoſitionem interpretor, ut in caſibus, in quibus de iure, ceſſantis lucri ratio habetur, qui damnum reſtituere promittit, etiã ad id lucrum teneatur. Regulariter autẽ traditur, lucri quod quis uериſimiliter feciſſet, rationem habendam, præterquam ſi cum alterius iniuria lucrũ illud acquireretur[d]. Idem in emptionis contractu ſeruatur[e], cum enim emptor, ſi pecuniam non det, in legitimis ſolum uſuris condemnetur, nõ fuit æquum ut uenditor, ſi rem tradat, grauius puniretur, ceſſantisq́ lucri rationem reſolueret.

VERBVM AMPLIVS. Amplius & minus comparatiua quamuis ſint, tamen ex ſubiecto argumento uim comparationis quandoque amittunt[a], poniturq́ amplius pro toto, minus pro nihilo, uerbi gratia: Quis promiſit ſe reſtituturũ, ſi quid legatorũ nomine ceperit amplius quàm per legem falcidiam liceat, emergit ingens æs alienum per quod legata omnium extinguuntur[b], certe totum reſtituere debebit, licet ea dictio ex proprietate ſermonis partem tãtum comprænderet. Finge conſtitutum eſſe ut ſi prætor aliquem condẽnauerit amplius quàm debeat[c], ipſe certa pœna afficiatur, quamuis in tota ſumma quis indebite fuerit dãnatus, prætor uerbis legis punietur. Illud non prætereundum, hanc dictionem ſi pronomen illi addatur, rerum repetitionem facere[d]: ueluti cum dicitur, hoc amplius, uel eo amplius, uel amplius quàm talẽ rem. Si uero ſimpliciter apponatur, actũ legandi ſolũ repetere, non ipſam rem[e]. Et ita frequentius traditur,

ditur, cæterum & minus aduerbium, poſitiuo adiunctum, cõtrariæ ſignificationis comparatiuum demõſtrat, ut minus ſtultus, id eſt prudẽtior. Terẽtius in Eunucho: Hoc nemo fuit minus ineptus, id eſt aptior, ut Priſcianus interpretat̃.

PROPRIE. Cũ ſuperius dictũ ſit bona intelligi ære alieno deducto, oſtendit hic generaliter Iuriſconſultus qualecũq; incommodum ſit, etiam ſi aliud q̃ æs alienũ, eius reſpectu proprie bona non dici. Quotieſcunq; ergo alicui ſunt prædia maioris incommodi quàm utilitatis, is bona ea recte non appellabit, & ideo permittitur eccleſiæ ſine aliqua ſolẽnitate huiuſmodi prædia alienare[a] tanq̃ bona non ſint, quod & in minore pleriq; ſenſerunt[b]. Quandoq; tamen appellatione bonorum etiam æs alienum cõprænditur, itemq; ea in quibus plus incommodi eſt, ut in bonorum poſſeſſione. Sed quid in legatis? pone eum qui LX. habet, alijs XXX. mihi tertiam partem bonorũ legaſſe, XX. ne, an X. conſequar? & XX. me cõſequi, nec quæ alijs legata ſunt deduci Bartolus cenſuit[c], quamuis enim deducto ære alieno bona intelligantur, quæ tamen legata alijs ſunt, æs alienum ipſius teſtantis nõ erant, quod ſi ea huiuſmodi fuiſſent ut in illis lex falcidia locum nõ haberet, qualia ſunt quæ ad pias cauſas transferuntur[d], de mea ſolũ portione fiet deductio: unde in propoſita ſpecie cæteris legatarijs XXX. mihi decem, hæredi XX. relinquentur, & ita pleriq; tradiderunt.

a §. pe. ĩ auth. de non ali.
b Iaſ. l. ij. ĩ. de offi. eius.
c in. l. ſi qs ſeruum. §. fin. de leg. ij.
d Auth. ſimiliter. C. ad. l. fal.

IABOLENVS LIB. V. EX PLAVTIO.

Lex LXXXIII.

PRoprie bona dici non poſſunt, quæ plus incõmodi q̃ commodi habẽt.

PAVL. LIB. III. AD VITELLIVM.

Lex LXXXIIII.

FIlij appellatione, omnes liberos intelligimus.

MARCELLVS LIB. I. DIGEST.

Lex. LXXXV.

NEratius Priſcus tres facere exiſtimat collegium: &

FILII. Filium pleriq; ab amore dictum uolũt, quaſi φίλιον, ſed ſyllaba refragatur. Ipſe magis à Græco ſermone υἱός dictum arbitror, addito ex more Aeolico digammate ϝυιός, ſicuti ϝελένην ἑλένην dixerunt. Aeolico autem ſermoni noſtrum ſimillimum eſſe Fabius Quinti. tradit. Prior tamen deriuatio à cæteris approbatur, atq; hanc eſſe rationem exiſtimant, quod etiam nepotes filij dicũtur, cum & in illis ſit mutuus aui amor. Ipſe ex ſermonis proprietate appellatione filij nepotem contineri non arbitror[a], ſed ex interpretatione, quæ in diſpoſitiõe legis generaliter procedit[b], & id etiam in odioſis, niſi ratio diuerſa aliud ſuadeat. Ecce, miles à tutela præterq; filij commilitonis excuſationem habet, quid ſi ſit nepos? certe in eo eſt diuerſa ratio, quia pater non militauit, licet auus fuerit miles[c]. Rurſus, Filij fideicommiſſo grauati tametſi uolente teſtatore fructus in rationem quartæ nõ imputant[d], quod in ſolatiũ grauaminis lex illis ſpecialiter indulſit, ergo ad alios trahẽdum nõ eſt. At in diſpoſitiõe hominis, qui de filio loquitur de nepote nõ intelligetur[e], nec enim in eiuſmodi materia fit extẽſio, niſi alicũde de mẽte conijcianus[f], ut cũ alioquin dura ſeparatio induceretur[g]: uel extranei ſuis præponerẽtur, uel uſus teſtatoris hoc ſuaderet[h]. Idem ſi natura cõtractus, ut cũ cliens beneficiariũ fundũ pro ſe & filijs accipit[i], natura enim huius contractus eſt, ut in nepotes trãſmittatur.

a l. qd' ſi nepotes. de teſta. tut.
b l. filius. ad Mac. l. ſenatus. de ritu nupt. l. ij. §. ſi mater. ff. ad Tertul.
c l. ſed & milites. de excu. tut.
d l. iubemus. C. ad Treb.
e §. fi. inſti. q dar. tut.
f l. liberorũ. ĩ. eod.
g l. lucius. de hære. inſtit.
h l. alimẽta. de ali. leg.
i Iaſ. §. inſtituens. in. l. gallus.

NERATIVS. Fuerũt fortaſſe qui crederent duobus cõſtare collegium, quãdoquidem & collegæ dicantur, duo ad idem officium electi. Neratius tamẽ tres mauult, cuius ſententiã tanquam probabiliorẽ Marcellus probat. Cum enim collegium ſit uniuerſitatis nomẽ, aliquid ultra dualem numerum requirit. Sunt autẽ uaria collegia, ſicut fabrûm, qui arcendis incendijs inſtituti ſunt: dendrophororũ, qui arbores cædunt, & torrent: centonariorum, qui uilia artificia exercent, quorũ artificum quàm plures alibi nominantur[a]: qui quod tenuiores ſint, poſſunt ſe collegijs congregare, & ſtipem conferre. Permiſſa etiam ſunt maſtigophorũ, quos diſciplinatos uocãt, collegia, quod rei ſacræ cauſa conueniant, ea & ſcholæ, & confratriæ appellãtur, quippe uaria ſunt nomina, collegiũ, corpus, militia, commilitium, ſocietas, thiaſus, ordo, cõuenticulum, ſodalitium, quæ eãdem ferè uniuerſitatem ſignificãt. Sunt autem iure quæcunq; collegia prohibita, niſi permiſſa expreſſe reperiantur: habuere enim maiores noſtri ea ſuſpecta, nec multitudinem coire ſine legitimo rectore uoluerũt: nam uidimus plerunq; etiam ſub ſacri conuẽtus prætextu, multa improbos aduerſus pudicitiã & leges moliri: quod T. Liuius libro XXXIX. elegãter proſequitur. Extat etiã hac de re Traiani Imper. reſcriptum ad C. Cæcil. Plinium. Sanè quod de collegio hic traditur[b], de familia quoq; dici ſupra uidimus. Vbicunq; autẽ dubitatur aliquis in collegiũ admittendus

a l. fi. de iure im.
b l. deteſtatio. §. fi.

ſit, an

hoc magis ſequendum eſt.

CELSVS LIB. V. DIGESTORVM.
Lex LXXXVI.

Qvid aliud ſunt iura prædiorũ, quàm prædia æqualiter ſe habentia, ut bonitas, ſalubritas, amplitudo?

MARCELLVS LIB. V. DIGESTORVM.
Lex LXXXVII.

Vt Alphenus ait urbs eſt Romana, quæ muro cingeretur, Roma eſt etiã, qua continentia ædificia eſſent: nam Romam non murotenus exiſtimari ex cõſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cũ diceremus Romam nos ire, etiã ſi extra urbẽ habitaremus.

CELSVS LIB. XII. DIGEST.
Lex LXXXVIII.

Propemodũ tantum quiſque pecuniæ relinquit, quã-

ſit, an id minus, pro admiſſione pronuntiandum Baldus[c] reſpõdit: id enim eſſe fauorabilius. Sed finge, ſcholares ſeu collegas certæ eccleſiæ neminem aliquo defuncto ſubrogare, ut quo pauciores ſunt, eo tutius in ſuos uſus reditus pios uertãt, quomodo prouidebitur? Et puto ſi non minori quàm triũ numero ſint, nõ poſſe cogi ut alios ſubſtituãt uel eligãt, & id huius reſponſi argumento, niſi tam ampli ſint reditus ut recte adminiſtrari à tã paucis nequeant. Illud conſtat, neglig ẽtes, uel fures ab epiſcopo amoueri poſſe[d].

Qvid aliud. Iura prædiorũ ſeruitutes eſſe, ſiue de ruſticis, ſiue de urbanis loquamur, dubium non eſt. Sed Iuriſconſultus hic interpretatur clauſulã, quæ in inſtrumentis apponi conſueuit, cum quis prædia cum iuribus ſuis reſtituere promittit, intelligitur enim ut eius æqualitatis reddat, cuius acceperit: eiuſdem ſcilicet bonitatis, ſalubritatis, amplitudinis. Quapropter legẽdũ hic eſt, æqualiter: non autem, qualiter: nam ratio ſenſus, & recti ſermonis non conſtaret. Illud tamen nõ negauerim, ſeruitutes ipſas qualitatem prædiorum, non autem ſubſtantiam reſpicere[a], quapropter eas ſic deſcripſit Baldus[b], ut ſeruitus ſit accidentalis habitudo & extrinſeca qualitas prædij. Bartolus uero ſubtilius definiuit[c], Seruitus eſt quoddã ius prędio inhærens quod eius utilitatem reſpicit, uicini diminuit. Plane hoc in reſponſo, ius pro qualitate rei inhærente ponitur, ſicut & alibi pro commoditate[d]: ſed & pro nuda facultate plerumq; uſurpatur, ut ſi dicam, ius mihi eſt per uiam publicã eundi: uel, filiusfam. ſeu ſeruus adeundi ius habẽt: fit enim interpretatio, ius adeundi, id eſt facultatẽ, ut Aret. ſenſit[e]. Sanè Alexander eum, cui ex iuribus prædiorum quicquid uellet alienare cõceſſum erat, poſſe reditus ex fructibus perceptos diſtrahere, huius legis argumento reſpondit[f].

c Bald. conſi. 183. in. ij.
d l. nulli. ubi Bal. C. de epiſco. & cler.
a l. pe. de euic.
b Bal. auth. ei q. C. de bo. aut. iud.
c Bart. l. j. de ſer.
d l. quod dicimus. j. eo.
e Aret. l. legatũ. de leg. j.
f cõſ. 15. in 2.

Vt Alphenvs. Quoniam urbs ab urbo parte aratri dicitur, quo ſolebãt in condendis ciuitatibus maiores uti, ſicq; muros definiebant, meritò urbs ſolum dicitur, quod murotenus ambitur. Roma uero etiã continentia urbi ædificia ſignificat, quod ſupra latius attigimus[a]. Sane cum urbem ſacrã appellamus, ſunt qui Hieroſolymitanam accipiant, ut Baldus[b]. Ego Romam potius intellexerim, ſicut & cum æternã dicimus[c]: Auſonius, Vrbis ab æternę deductam rege Quirino. Vt mirũ ſit, quod literatores quidã ibi legunt, Hectoreæ. Oſtendit & id uarijs locis Amianus. Cæterum cũ Iuriſconſultus cõſuetudinẽ loquendi in teſtimonium adducat, hinc apparet ſecundũ cõmunẽ uſum uerba potius accipi, quàm ſecundum proprietatis originem, quod etiã in pœnalibus & odioſis receptum eſt. Sed hæc ita pleriq; declarãt, ut in diſpoſitionibus peritorum, eorum uſus attendatur[d], ſicut in idiotarum ſermone, conſuetudo imperitorum: quod non diſplicet. In dubio autem unum eundemq; uſum eſſe credemus, nec aliter loqui plebem, quàm patritios[e]. Sed & ſi conſtitutum ſit ut uerba ad literam intelligantur, uel proprie, tunc communem uſum imperitorum nõ attendemus, eruditorum uero obſeruabimus[f]: Quandoquidem conſenſus eruditorũ, ut Fabius ſcribit, cuicũq; proprietati præualet: penes enim eorum uſum, arbitriũ eſt, & ius, & norma loquendi, Horatio autore. Probato autem uſu præſentis anni, non ſequitur eundem retro fuiſſe obſeruatum: niſi ab eo tẽpore cœpiſſet, cuius initij nulla eſſet memoria: quod enim tam diu uiguit, ſemper fuiſſe obſeruatũ, etiã ante hominum memoriam, creditur: idq; plerique omnes ſcripſere.

Propemodvm. Quæcunque res ſecundum pecuniam æſtimationem recipiunt, nõ autem pecunia ſecundũ res: etenim iure gẽtium ea de cauſa ſignatus eſt nũmus, ut commercia rerum facilius celebrarentur, functionemq; ex eo reciperent, quæ in rebus non eſt, unde minus in uſu cœpit eſſe permutatio.

tatio[a]. Si igitur tu decem debeas, & pro his decem ego fide mea totidem modios tritici eſſe iubeam[b], tanquam de alia re promiſerim fideiuſſio non ualet: nec enim res pecuniæ loco ſuccedit, ſed pecunia quibuſdam caſibus loco rei[c]. Planè dubium eſt, cum quis in cenſu habere dicatur quātum pecuniæ ex bonis refici pōt, quomodo ineunda ſit ratio: an ducto ualore ſecūdū communem æſtimationem[d], an ſecundum reditus, ut tanti res cenſeatur, quantum uiginti annorum reditus conferunt[e], an quanti uendi

tum ex bonis eius refici poteſt. Sic dicimus centum aureos eum habere, qui tantum in prædijs, cæteriſq; rebus ſimilibus habet. Non idem eſt in fundo alieno legato, quāq; is hæreditaria pecunia parari pōt, neq; quiſq; eum qui pecuniā numera

poteſt: quod uerius uidetur, reſpōſi enim huius uerba hoc indicant[f]. Cum enim res in pecunia functionem recipiant, tāti æſtimari debent quantum pecuniæ reperitur, niſi de reſciſſione propter læſionem agamus[g]: tunc enim is cenſetur læſus, qui à communi curſu aberrat. Sed & quoties rem æſtimamus eius reſpectu qui eam acquiſiuit, ſiue titulo hæreditario, ſiue ex contractu, tantum eum adeptum dicemus, quantum communi æſtimatione res uendi poteſt[h]: nec enim affectionis ipſius ratio eſt habenda, nec etiam quid alius tunc ſit oblaturus, cum is qui eā eſt adeptus, ne licitantis affectio deinde minuatur, nō ſit compellendus, eam quàm primum uendere. Vnde ſumma ratio eſt, ut tali caſu communē ualorem potius æſtimemus, in qua æſtimatione redituum quoq; ratio habebitur[i]: quod autem communiter reperitur, id iuſtum pretium eſt, utpote quod ex ualore rei, non ex affectu cōſtituatur. Quapropter cum in lege iuſti pretij ſit mentio, de eo quod communiter perciperetur intelligemus[k].

BOVES. Veteres à iungendo iumenta appellabant, quod currui iungerētur: ea erant equi, & muli: boues uero armenta potius dicebantur, ab arando[a], ut Varro inquit, quòd principalis eorum uſus is eſſet. Igitur legatis iumentis, nō uidetur de bobus actū[b], & Aediles cum de iumento mentionem fecere, ſubdiderūt, etiam de pecoribus[c], ut boues comprænderentur. Lucius tamē Columella lib. VI. iumenta appellari credidit, quæ noſtrum laborem, uel onera ſubuectando, uel arando iuuarent. Sed aliter Iuriſconſulti ſentiunt, lege enim XII. tab. à iungendo, nō à iuuādo iumenta dicuntur: ut A. Gel. eſt autor. Videtur tamen nobis ex eruditorū uſu Columellæ approbari ſententiam.

a l.j. de cōtr. emp.
b l.ſi ita fide. de fideiuſ.
c l.impator. ī ſi. de leg.j.
d l.pretia. ad l.fal.
e auth. perpetua. C. de ſa. ſan.eccle.
f l.mortis. 4. in fi. ſ. de dona. cā mor.
g l.ij. C. de reſcin.uen.
h d.l.pretia.
i gl.ī.d.auth. perpetua.
k Alexā.l.qui Romæ. §. cohæredes.
a l.ſeruis. de lega.iij.
b l.legatis. §. fi. de leg.iij.
c l.ædiles. §. iumētorū. de ædi.edic.

tam habet, habere dicit quicqd ex ea præſtari poteſt.

POMPONIVS LI. VI. AD SENATVSCONS.

Lex LXXXIX.

BOues magis armētorum, quàm iumentorum nomine appellātur. ¶ Hoc ſermone, dū nupta erit, primæ nuptiæ ſi

¶ §. HOC SERMONE. Hæc dictio dū, eā ſignificationē habet quā donec, & q diu: unde proprie hæc uerba interpretant̄, donec, ſeu quamdiu erit nupta: referuntur q, ut Pomp. ait, ad primas nuptias. Cuius rei ratio nē arbitror, quia eis diſſolutis, uerba ceſſant, amplius enim nupta nō eſt: & quod ſemel deſinit, rurſus nō conualeſcit[d]. Cōmuni tamē calculo aliter traditur[e], uidelicet regulam eſſe, ut ſermo ſimpliciter prolatus, de primo tantum actu intelligatur[f], eam non procedere in ſermone negatiuo[g], ut ſi teſtator mādet, ne filiæ ſuæ mercatoribus nubāt, nam neq; ſecundas nuptias cum eis cōtrahere poterunt[h]. Ideóq; in diſpoſitione legis, nā ſi lex uelit cauſas inter agnatos compromitti, compromittendū ſemper erit, donec lis finiatur[i], ſed & ſi prior actus ſit nullus, de ſecundo ita ſuadente æquitate intelligemus[k]. Quinetiam ſi materia ſit fauorabilis, interpretatione eam adiuuabimus, ut ſequentes quoque actus contineantur. Vnde ſi uxori ſuæ quis alimenta legauerit, etiam de ſecūda intelligetur. Et ex facto ita reſpondit Alexan.[l] Idem cum pater filiæ, caſu quo uidua ſit, habitationem domus relinquat, nam ſi tertio & quarto uidua fiet, legatum conſequetur: quoniam uerba hæc generalia ſunt, & ad rē natura ſui multiplicabilem referuntur[m]. Sed & generaliter ex ſubiecto argumento aliter interpretabimur: quid enim ſi natura rei iterationem requirit: ut ſi ueſtitum teſtator uxori legauerit[n], uel princeps priuilegium aliquod mihi concedat, ſolent enim ea perpetua eſſe, nō autem quàm primum finiri[o]. Quid ſi ex primo actu menti diſponenti nō ſatisfiat: ut ſi procuratorē ad appellandum conſtituam[p], an à prima ſentētia ſolū appellabitur: & hæc quidem cōmuniter approbantur. Hincq; Othonis Maguntini antiſtitis fraus iniuſta detegitur, is Alberto Francorū comiti ſub iuriſiurādi fide pſuaſit, ut relicta inexpugnabili, quā inſederat, arce, ſecū ad Ludouicum regē, cuius

d l.ſtip. de dote. ſ. de iure dot.
e Iaſ.l.diuortio. §. qđ in anno. ſ. ſol. matri.
f l.dotis promiſſio. de iure do.
g l.ſi ſic ſtip. ſ. de uerbo. obli.
h Old.cōſ.16.
i Alex.l.ſi cū dotē. §.j. ſolu.mat.
k l.hæc conditio. ſ. de condi. & demō.
l conſi.171. in ij.l.placet. ſ. de libe. & poſthu.
m But.cōſ.30.
n Bald.l.j.C. de fideicō.
o Feli.c.ij. de treug.
p Bal.l.fideicō. §. ſi quis x. de leg.iij.

ius filium occidiſſe inſimulabatur, deſcenderet: ſe enim uel eum regi conciliaturum, uel ſoſpitem in arcem reductur\u0169, uixq; egreſſo, tanq; melius eſſet prius prandere, iuſſit ut reuerteretur: mox finito pr\u0101dio, ad reg\u0113 duxit captiu\u0169: cunq; ad ſupplicium duceret, antiſtitis perſiurium accuſanti reſpondit, ſe datæ fidei ſatis feciſſe, religioneq; exſolutum, cum e\u0169 prandendi cauſa in arc\u0113 incolum\u0113 perduxit. Dignus perpetua nota ſacerdos, qui ignorauerit fraude periurium aſtringi, n\u014d ſolui.

¶ §. INTER ædere. Aedere eſt, rationes exhibere[q], & copiam deſcribendi facere. Reddere uero eſt computare, & reliqua reſtituere[r]: quod ſi ad reliqua quis non tenetur, nec quid\u0113 rati\u014des reddere debet[s]. Hincq; eſt quod uulgò dicimus, ubi duo propter un\u0169, ibi unum. Aedere autem tenentur argentarij, tanq; fides eorum publice approbata ſit: habebant enim argentarij tabernas in foro, & priuatorum pecunias ſub fœnore locabant, eligebanturq; magnæ fidei homines, & eor\u0169 codicibus fides dabatur. Hodie uero per chirographa debitorum manu ſubſcripta, & à proxeneta agnita res tractatur: at numularij, & trapezitæ, & menſarij, collectarijq; inferioris gradus erant nec tantæ autoritatis: quod etiam ex Plauto facile eſt dignoſcere.

QVI VTI. Clauſula eſt in alienationibus rer\u0169 immobili\u0169 poni ſolita, quum dicimus, nos prædi\u0169 uti optim\u0169 maximumq; eſt tradere: quæ clauſula nihil de eius bonitate, amplitudineq; diminutum eſſe ſignificat, & ideo liberum dari, quia ſi ſeruitutem aliquam deberet, de eius iure diceretur diminutum: quamuis ergo hac clauſula fundum liberum eſſe oſtendamus, non tamen ideo deberi illi aliquam ſeruitutem per uicinos pollicemur[a]. Sanè qui fundum ſimpliciter uendit, ſi ſeruitutem debeat, talem qualis eſt præſtare debet[b]: competit tamen emptori actio qu\u0101ti minoris, ſi ſeruitutis ignarus r\u0113 emit[c]: poterit etiam ex empto agere[d]. Quod ſi additum ſit, optimum maximumq; uendi, tanquam fides ſeruata non ſit, nec uenditor parte ſua adimpleuerit, poſſe eti\u0101 ad reſciſſion\u0113 c\u014dtractus agi uerius eſt. Sed & ſi uicinus ſeruitutem imponi aduerſus emptor\u0113 obtinuerit, per actionem de euicti\u014de prouidebitur[e], atq; ita ego ſentio, licet Accurſius aliter: qui eo ſolum caſu talem qualis eſt fundum præſtandum credidit, cum uenditor expreſſe prædixit, ſe eum uti optimus maximus eſt nolle præſtare[f]: quæ interpretatio Iuriſconſulti uerbis non quadrat.

MEORVM. Quoniam meum dicitur id, q\u0111 uendicare poſſum[a], conſtetq; actiões tanquã res incorporales, non uendicari, uidebatur hac appellatione eas non contineri, ſed Iuriſconſultus aliter cenſuit. Qui ergo omnia ſua, uel omnes res ſuas donat, & nomina debitorum donaſſe intelligetur, & ita c\u014dmuniter traditum eſt[b]: idem enim eſt, ſiue omnia mea dixerim, ſiue addito uniuerſali ſubſt\u0101tiuo omnes res meas, ſeu bona mea dicam. Sed ſi generale ſubſtantiuum adpoſitum proponatur, ut ſi quis dicat, arg\u0113tum meum, ueſtes meas, hæc pronomina ad dominium uel quaſi dominium refer\u0113tur[c]: niſi ſubiecta materia aliud uelit, ut c\u0169 ſeruo uel monacho pecunia ſua legatur, nec enim illi quicquam in dominio habere poſſunt[d]: uel cum de famulis ſuis quis loquitur, n\u0101 ſi in dominio eos ſuo haberet, ſerui eſſent, n\u014d famuli. Sed & cum Colonus uineas ſuas, armiger (quem hippagi\u0169 uocant) equos ſuos dicit, ratione curæ intelligitur, n\u014d dominij[e]. Quoties uero ſubſtantiuo particulari id pronominis iungitur, demonſtration\u0113 facit, præterquam ſi futurum reſpiciat, ut cum lego, Stichum qui meus erit, tunc conditionale legatum eſt[f]. Celebre eſt Biantis illud dictum, cum patria ſua capta, omnes cum rebus ſuis fugeret, ipſe interrogatus, cur ſolus bona ſua non aſportaret: Ego, inquit, omnia mea mecum porto. Inde oſtendens bona animi propria & noſtra eſſe, non corporis. Scribit Philoſtratus, Cyrum Perſarum regem, cum exercitum in Odryſios moueret, oraculum Orphei conſuluiſſe, reſponſumq; accepiſſe, τὰ ἐμὰ ὦ κῦρε σά, id eſt, mea ò Cyre tua. Quod ille interpretatus eſt, t\u0101quam Odryſios, quibus Orpheus imperauit, ſubacturus: cum ad genus

[Lex text:]

...gnificantur. ¶ Inter reddere, & ædere rationes, multum intereſt: nec is qui ædere iuſſus eſt, reliqu\u0169 reddere debet: n\u0101 & arg\u0113tarius ædere rationem uidetur, eti\u0101 ſi, quod reliqu\u0169 apud eum ſit, non ſoluat.

VLP. LIB. XXVII. AD SENATVSC.

Lex XC.

QVi, uti optimæ maximæ ſunt, ædes tradit: non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi: ſed illud ſol\u0169, ipſas ædes liberas e\u0113, hoc eſt, nulli ſeruire.

PAVL. LIB. II. FIDEICOM.

Lex XCI.

MEorum & tuor\u0169 appellatione, acti\u014des quoq; c\u014d-

---

q l.j.§.de æd\u0113.

r l.c\u0169 ſeruus. de condi. & demon.

s l.qui libert. §.j.de euic.

a l.penu.§.de euict.

b l.c\u0169 u\u0113deres §.de contra. emp.

c l.quoties.de ædi. edi.

d l.in u\u0113ditio. de act.emp.

genus mortis alluderet. Sicut enim Orpheus à mulieribus interfectus eſt, ita Cyrus à Maſſagetarum regina. Quibus exemplis conſtat has dictiones latiſſimæ ſignificationis eſſe.

PROXIMVS. Superlatiuum nomen eſt, & ideo ex natura ſua poſitiuum præſupponere deberet[a]: ſicut optimus præſupponit cæterorum meliorem, & maximus ampliorem[b], ſed tamẽ in iure hoc non ſeruamus. Et cũ lex proximo agnato hæreditatem deferat, ſi unus ſolum ſuperſit, is proximus dicetur[c]. Quod & de dictione primus obſeruãdum eſt: unde primogenitus dicetur, quem nemo ſequitur, dũ ante ſe neminẽ habeat[d]. Sed & lex quæ primogenito regnum defert, in eo locum ſibi uẽdicabit, cuius fratres maiores natu ante delatã hæreditatem deceſſere: quod etiam approbat Baldus[e], quoties qs ſibi & primogenito emphyteoticũ ius acquirit[f]: ſatis eſt enim, ne aliquem ante ſe habeat. Quod & in pluribus recipiendum eſt, ut duo eiuſdem gradus, ambo ad ſucceſſionem admittãtur. Et ſi corona muralis ab Imperatore illi promiſſa ſit, qui primus murum aſcenderit, ſi duo eodẽ tempore aſcenderint, utriq; ſua debebitur: Verum eſt enim eos primos, quos nemo anteceſſit. Et ita obſeruaſſe P. Scipionem autor T. Liuius eſt, lib. XXVI. nec noſtrates Doctores omnino reclamant[g]. Et quod de proximo dictũ eſt, eadem ratiõe in ſupremo receptum eſt, ut ſupremus dicatur, quem nemo ſequitur: ut cum prætor bonorũ poſſeſſionem ſecũdum tabulas ſupremas pollicetur[h]: fitq; hac ratione, ut ſi unus ſupereſt, idem proximus & ſupremus ſit. Quod annotandum eſt, cum quis ei qui ſupremus morietur, ſubſtituit[i]. His cõſequens eſt quæſtio, cum filio teſtator ſubſtituit, eum qui tũc ſecundogenitus erit filiorũ ſororis ſuæ, & defuncto primo, collitigat ſecundus cum tertiogenito: putauerim enim tertium admitti, quia tunc is ſecundogenitus eſt filiorum ſororis, & ita ex facto reſpondi.

a l. ubi. de uerbo. obl.
b l. illa uerba. j. eod.
c l. j. §. proximi. unde co.
d c. ioſeph. extra eod.
e Bal. l. ſi quis §. talem. C. de ſec. nup.
f l. ij. co. ij. C. de iu. emph.
g l. q filiabus. §. j. de le. j.
h l. j. §. j. de bo. poß. ſec. tab.
i l. qui duos. de reb. dub.

... tineri dicendum eſt.

IDEM LIB. VI.

Lex XCII.

PRoximus eſt, quẽ nemo antecedit: ſupremus eſt, quẽ nemo ſequitur.

CELSVS LIB. XXIIII. DIGESTORVM.

MOVENTIVM. Licet mouẽtia actiuam ſignificationem reſpiciant, ſicut mobilia paſſiuam, tamẽ pro eodem accipiuntur, niſi aliter de mẽte cõſtet: ut in edicto prætoris[a], in quo executionem rei iudicatæ non prius fieri debere in mouentibus, ut equis, mulis, aſinis, bubus, & ſimilibus, oſtenditur, quàm in mobilibus facta ſit, dum tamẽ id debitori cõmodius uideatur. Dum ergo hoc in reſponſo legitur, ſi tamẽ apparet, caſtig atior lectio eſt, ſi nõ apparet, & id etiam Latini ſermonis ratio poſtulat.

a l. à diuo. §. ij. de re iud.

Lex XCIII.

MOuentium, itẽ mobilium appellatione idẽ ſignificamus, ſi nõ apparet defunctum animalia dũtaxat, quia ſe ipſa mouerẽt, mouẽtia uocaſſe: quod uerũ eſt.

Sed an nomina uel iura mobilium uel immobilium apppellatione comprændentur: Et non comprændi certũ eſt[b], ſeparata qppe eſt ſpecies. Sed ſi ſub altera prædictarũ ſpecierũ hæc quoq; collocanda eſt (ut quia cõſtet de omnibus bonis actum) de eis iudicabimus, quod de actionibus: ut ſi rem mobilem petam, id nomen inter mobilia computetur, ſi rem immobilem, inter immobilia. Et hoc Dynus probauit[c], quod ex ui ſermonis non eſt, ſed ex interpretatione legis: quoniam qui actionem habet, rem ipſam habere uidetur. Sed & ſi conſtitutione prohibitum ſit, quæcunq; bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia in extraneos trãsferri, de iuribus quoq; actũ uidetur. Iura enim improprie inter immobilia computantur. At illa dictio quæcunque propter generalitatem etiam ad hoſce improprios caſus trahitur[d]. Vnde, quicunq; hæres, etiam improprie hæredem comprændit: & cũ de quibuſcunq; contractibus loquimur[e], etiam de abuſiuis dicimus: quod tamen procedit, cum nulla differẽtiæ ratio aſſignari poteſt. Et quod de nominibus diximus, in annuis quoq; reditibus locũ habet[f]: in quibus tamẽ fit huiuſmodi diſtinctio, ut ſi perpetuo debeantur, immobilibus æquiparẽtur: ſi uero breui tempore ſint duraturi, mobilibus[g]. Sed hanc ego diſtinctionem ita intelligo, ut ſi dies ceſſit, incipiãtq; iam deberi, mobilibus æquiparentur: nam cum actio inde cõpetat, uidetur res ipſa haberi, alioquin immobilium potius ſimilitudinẽ in eis approbo. Illud nõ prætereundum, iura quãdoq; mobilibus potius adſcribi, q̃ immobilibus, quoties ratio hoc ſuadet: ut ſi lex prohibeat bona mobilia curialiũ ſub cuiuſquam aſpectu diuidi[h], ne paupertas alicuius detegatur: nam etiam iura continebũtur, & illa enim latere, in abſcõditoq; eſſe poſſunt: quod de immobilibus dici nequit. Sanè nec illud omittendũ eſt, quod ſententiarum lib. III. titulo de legatis, ſcriptum Paulus Iuriſconſultus reliquit[i]: Is mobilibus,

b l. quã tuberonis. de pec. d. §. ij.
c Dy. l. põt. ff. de aut. tut.
d Ro. l. in tẽp. ĩ fi. de uſuc.
e Mod. l. unius. §. cognatorum. ff. de quæſti.
f cle. exiui. de uerb. ſig.
g c. querelam. de elect.
h l. ij. C. quãdo quar. pars.
i l. ſi chorus. de leg. iij.

bilibus,inquit,legatis, aurum uel argentum non debetur,niſi de his quoqꝫ manifeſte ſenſiſſe teſtatorem poſſit oſtendi.

IDEM LIB. XX. DIGEST.

Lex XCIIII.

VErbũ reddendi, quãquam ſignificatũ habet retro dãdi,recipit tamẽ&ꝑ ſedãdi ſignificationẽ.

MARC. LIB. XIIII. DIGESTORVM.

Lex XCV.

POteſt reliquorũ appellatio,etiam uniuerſos ſignificare.

CELSVS LIB. XXV. DIGESTORVM.

Lex XCVI.

LIttus[a] eſt, quouſqꝫ maximus fluctus à mari peruenit:idqúe M. Tulliũ aiũt, cum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. ¶ Prædia[b] dicimus aliquorum

VERBVM reddendi.Reddere quãdoqꝫ capitur ſimpliciter pro dare[a]: unde ſi teſtator alicui centum reddi iubet, quãuis nihil ipſe accepiſſet,tamẽ legatum deberi dubiũ nõ eſt. Quod tamen Accurſius ex interpretatione[b] legis eſſe arbitratur,non ex ſermonis proprietate. Reddere enim proprie eſt retro dare, nam plerũqꝫ per abuſum hanc præpoſitionẽ ſuperflue addimus: ut cũ Lucilius dixit, Repudiũ remiſſum, id eſt ſimpliciter miſſum:& Terẽtius, Renũtio futurũ,id eſt nuntio;qđ nec Grãmatici omiſere. Verbũ aũt dãdi proprie reddẽdi ſignificatũ habet:qa qui reddit,utiqꝫ dat:q repetit,petit.Hinc dicimus,ſoluto matrimonio dotẽ peti[c];qm̃ id uerbũ generalius eſt,& repetitionẽ quoqꝫ cõtinet.Sane huius legis argumẽto reſpõdit Bar.[d] cũ duo fratres in diuiſione certũ fundũ excepiſſent,pro dote uxori reddẽda,tametſi nõ cõſtet ullã dotẽ eos accepiſſe tamen fieri interpretationẽ tanqꝫ dotem dari ſimpliciter ſtipulati ſint. Quo caſu abſenti mulieri fauore dotis actio quærit̃. Quod & in uerbo reſtituendi, quoſdã approbaſſe ſupra retuli[e].

a l.lucius.§.j. l. hæres. de leg.iij.
b l.j.§.elegãter dep.
c Bar.in rubr. ſo.mat.
d Bart.conſi. 123.
e in.l.reſtituere.

POTEST. Reliquorum appellatio proprie ad partẽ reſtantẽ refertur,à qua ſermonis ꝓprietate in dubio nũqꝫ recedimus[a]. Vnde ſi ex fideiuſſoribus alter X. promiſerit,alter reliquũ, ſi primus ſoluere nequeat, non tamẽ ſecundus in totũ condẽnabit̃. Sed & teſtator,qui illud quod reſiduum eſt pecuniarũ,apud argẽtarium eccleſiæ legat,ſi deinde nouis lucris eã ſummã auxerit, nõ tamen totã legaſſe uidetur[b],ſed id ſolum quod tunc erat.Quapropter Barbatĳ ſententiã nõ probo[c],qui cum Rom. põtifex cuidã præpoſito indulſiſſet,ut de reditibus ſacerdotiorũ libere teſtaretur, dum tamẽ de reſiduo liberalem ſe erga eccleſiã exhiberet:Reſpondit ſaltẽ dimidiam partẽ appellatione reſidui contineri: quod ipſe nõ approbo, cũ reſiduum proprie de quacũqꝫ reſtãte parte dicat̃: ſatis ergo erit, ſi boni uiri arbitratu munificus ſit.Sed & eadem ratione factũ eſt, ut qui X. pro reſiduo ſoluerit,cenſeatur liberatus[d]:cum enim creditor eam ſummã ſibi reſtare fateatur: conſequens eſt,ut ea perſoluta debitor liberet̃. Recedimus tamen quãdoqꝫ à proprietate ſermonis, ut quia hoc materia ſuadeat, uel narrãtis inuẽtio:fitqꝫ eo caſu,ut reſiduũ quãdoqꝫ totũ,quãdoqꝫ nihil inducat[c]. Finge teſtatorem ex ſemiſſe ſpuriũ inſtituiſſe,ex reſiduo Titium:cum ſpurius ſit ĩcapax, uidetur Titius in uniuerſum inſtitutus,nec em̃ pro parte ſolũ uoluit teſtatus decedere. Qua ratione ſi qs partẽ domus uxori leget, quam uiuens ipſe ſolebat inhabitare,ſi integrã inhabitabat,tota debebitur[f]:ſiue quia uidetur partem dixiſſe reſpectu aliarum domuum, ſiue quia præualet intẽtio, ex alĳs uerbis cõiecta, proprietati uerborum. Finge è conuerſo Titium in aſſe inſtitutum,Sempronium in reſiduo,certe nihil ei debebitur,cum nihil ſuperſit[g]. Non recedimus ergo à priore ſignificatione,niſi ex coniectura uolũtatis, atqꝫ ſic cõmuniter dici conſueuit.

a Mod.l.ij.C. de hære. ĩſt.
b Paul.l.cũ ſtipulamur.§. de uerb.obl.
c Barb.conſi. 33.in.j.

LITTVS. a ¶ Littus proprie maris eſt, ripa fluminũ. Veteres tamẽ μεταφορικῶς littus de quacũqꝫ extremitate dixerunt: qua ratione Verg. Iacet (inquit) ingens littore truncus.Illud ſic diffiniuit Gallus Aquilius, ut littus ſit quouſqꝫ hybernus fluctus eluderet,ut apud M. Ciceronẽ in topicis relatum eſt.Sunt autẽ hyberni fluctus maximi: quod eo tẽpore circiter uergiliarũ occaſum tempeſtatibus maria cõturbãtur: quãobrem ex die tertio Iduum Nouẽbris,uſqꝫ in diẽ VI. Iduũ Martĳ,maria clauduntur,ut libro IIII. rei militaris Vegetius ſcribit:quod tamẽ in præſentia non obſeruatur. Nihil enim inauſum reliquit noſtrorum temporum auaritia.

b ¶ §. PRAEDIA. Tres fratres certa prædia habẽt diuiſa,nec in alterius portione ullũ ius eſt alteri,an recte dicemus, prædia illa eſſe illorum fratrum[d]:Et huiuſmodi ſermone uidebatur potius ſignificari,eſſe communia, & indiuiſa, ſed tamẽ etiam facta diuiſione recte ſic dici,Iuriſconſultus ait:debent enim uerba congrue adaptari[b],& ſecundũ debitũ ordinẽ intelligi, ut quãuis de uniuerſo uerba cõcipi uideantur,de ſingulis uniuerſi partibus actũ cenſea-

esse, non utiq; communiter habentium ea, ſed uel alio[c] aliud habente.

IDEM LIB. XXXII. DIGESTORVM.

Lex XCVII.

CVm ſtipulamur, quanta pecunia ex hæreditate Titij ad te peruenit, res ipſas quæ peruenerũt, nõ pretia earũ ſpectare uidemur.

IDEM LIB. XXVIII. DIGESTORVM.

Lex XCVIII.

CVm biſſextus[a]

c Ale. l. titia. ad. l. fal.

cenſeamus. Nam & ſi teſtator pluribus filijs inſtitutis[c], ſubijciat, ſi aliquis eorũ deceſſerit, uolo hæreditatem meã pauperibus diſtribui, aliquo decedẽte erogabimus non hæreditatẽ totam, ſed eam portionem quæ decedẽtis fuerat, fitq; uniuerſi interpretatio, pro ſingulis eius portionibus. Qua ratione & quãdoq; genus pro ſingulis ſui partibus accipimus, & pro tẽpore exponimus, pro qualibet temporis parte[d]. Sed & ſi lex aliqd pecuniæ indicat agẽti ad domũ, etiã qui partẽ uẽdicat tenebitur[e].

d gl. c. generali. §. illos. de elec. in 6.

e Mod. l. ij. §. ſitũ. de uer. obli.

c ¶VEL ALIO. Id eſt etiã alio. Vel cõiunctio quãdoq; augmẽtatiua eſt, ut hic, & apud Ver. Vel Priamo miſeranda manus. Sicut è conuerſo diminutiua ueluti cum lex mãdat Chriſtianis[f], ut animũ demittãt, quod uel capitis inclinatiõe teſtentur: capitur ibi uel, id eſt ſaltem. Quandoq; diſiunctiua, ut promittis Stichum uel Pamphilum? Quandoq; coniunctiua[g], ut in eo qui ſibi uel hæredibus ſtipulatur. Quandoq; exemplaris, ut apud Terentium, Vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchidi, id eſt ueluti Pamphilus. Aliquãdo correctiua, ut ſi dicã, Tiburi uel Romæ optime uiuitur, interpretamur enim uel potius Romæ. Plerũq; declaratiua, uel pro id eſt, ut cũ inter genus & ſpeciem ponitur, ueluti in lege Aquilia, quadrupedem uel pecudem.

f c. decet de im. ec. in 6.

g c. j. de eo q̄ ſib. in feud.

CVM STIPVLAMVR. Cum pecuniæ uerbũ generale ſit[a], ſi emptor hæreditatis ſtipuletur à uẽditore, quanta pecunia ex hæreditate ad eũ peruenerit, ſpecies ipſas ſtipulatus uidetur, nõ pretia earum[b]: idem ſi quãtas ſummas ſit ſtipulatus: quod etiã in legatis obſeruatur, uerba enim huiuſmodi de certis corporibus nõ improprie accipientur. Sed quid ſi aliquis quantitatis nomine uſus fuerit? Et ſpecies cõprændi eodẽ argumento proditum eſt[c]. Mihi res dubia uidetur, dictio enim quãtus, ad amplitudinẽ refertur, at quãtitas non uidetur ſecũdum uſum accipi pro certis ſpeciebus. Sed an hæc ſtipulatio etiã iura comprændet? Et dubium non eſt cõprændi[d]: ſortiuntur enim nomina naturam rerum corporalium, & eius loci eſſe exiſtimãtur, ubi debitores conueniri poſſunt[e].

a l. uẽditorem de hære. uẽ.

b l. qſquis. de leg. iij.

c Bar. l. j. ĩ. j. col. C. d'ſen. que pro eo.

d l. pecuniæ. j. eo.

e Alex. conſi. 16. in j.

CVM BISSEXTVS. a ¶Habuere ueteres Romani inſtitutum à Romulo annum X. mẽſiũ, qui erat dierũ CCCIIII. Incipiebatq; Martio mẽſe: quæ ratio cũ neq; Solis, neq; Lunæ curſui conueniret, Numa duos mẽſes addidit, Ianuariũ & Februarium, atq; ita dies diſtribuit, ut oĩnó CCCLV. eſſent. Sed q̄a hæc quoq; cõſtitutio nõ quadrabat, neceſſario intercalaris menſis conſtitutus eſt, id eſt mẽſis interpoſititius arbitratu põtificum, qui alternis annis nunc XXII. dies, nũc XXIII. intercalabãt. Is mẽſis addititius erat, & p̄pe finem Februarij, quia is ultimus anni, inſerebatur. Sed hũc quoq; modũ curſui ſolis nõ conuenire, cum C. Iul. Cæſar animaduertiſſet, decẽ dies addidit, intercalariũq; menſem ſubſtulit. Et quoniã ſolis curſus annuus quadrantem quoq;, id eſt ſex horas occupat, ſingulis quibusq; quadriennijs diem inſeruit, qui Biſſextus dicitur. Intercalatur enim, id eſt uocato populo inſeritur, is dies poſt eum, qui ſextus Calendarũ Martij eſt, & duo loco unius habentur. Vera ergo eſt Mutij ſententia, qui menſem intercalarem, id eſt in quo intercalatur ſeu inſeritur Biſſextus, dixit eſſe dierum XXIX. Quæ uero M. Cato diſſeruit, computationi præſenti nõ reſpõdent: floruit enim ille ante Cæſarem, quo tẽpore reformatus annus nondum erat, ſed alternis annis XXII. & XXIII. dies inſerebantur, qui dies totũ mẽſem intercalarem faciebant, & non aliter q̄ ſi ſolum momentum temporis occuparent, obſeruabantur. Sed dũ illum menſem extremo diei Februarij Cato attribuit, uideri poteſt Græcos imitatus qui ἐμβολισμοὺς ſuos, id eſt exemptiles menſes ſub finem anni ſuperaddebãt. Romani uero VI. diebus anteuertebant poſt celebrata Terminalia, ne ueterem religionis ſuæ (ut Macrobius ſcribit) morem conturbarent. Nam ut etiam lib. XXVI. Amianus Marcellinus tradit, dies is Biſſextus, Romanis rebus infauſtus atq; ater erat. Diuiditur aũt menſis in Calendas, Nonas, Idus. Calendarũ primus eſt dies, tũc enim põtifex calato, id eſt uocato populo pronũtiabat quot dies à calendis ad nonas ſupereſſent, καλέω enim Græce, idẽ eſt q̄d uoco. Confluere autẽ Nonarum die in urbẽ populares oportebat, ut addiſcerent, quid eo menſe in diuinis humaniſq; rebus faciũdum eſſet. Erantq; Nonarum aliæ quintanæ, aliæ ſeptimanæ: & ſic dictæ ſunt, quaſi nouæ obſerua-

ſeruationis initium, quæ ex noua Luna aſſumebatur. Vnde ex eius ortu nunc celerius, nunc tardius duorum dierum lapſu celebrabantur. Idus uero ab Hetruſco ſermone dicūtur, apud quos Iduare eſt diuidere: is aūt dies diuidit mēſem, nā eo lapſo, computamus dierum numerū, quatenus à ſequentibus calendis diſtant. Vnde cū dicimus, ſexto calendas, ſextum diē intelligimus, qui ante calendas eſt. Dies autē menſium his carminibus annotari poſſunt: Septembris Iunij Aprilis trigintaq; nono Mēſe dies, unū adde alijs, duo februus aufert. At Nonarum Iduumq; ratio nō abſimili diſticho ſic uulgò tradita eſt. Sex Maius nonas, October Iulius & Mars, Quatuor at reliqui, tenet idus quilibet octo.

Calēdis [b] eſt, nihil refert, priore, an poſteriore die quis natus ſit: & deinceps ſexto Calendas eius natalis dies eſt. Nam id biduum pro uno die habetur, ſed poſterior dies intercalatur [c], non prior. Ideo quo anno intercalatum non eſt, ſexto Calē. natus, cum biſſextus Calendis eſt, priorem diem natalem habet. Cato [d] putat menſem intercalarem additītiū eſſe, omnesq; eius dies pro momento [e] temporis obſeruat, extremóque diei menſis februarij attribuit [f]. Quintus Mutius [g], menſis ait, intercalaris conſtat ex diebus [h] XXIX.

VLP. LIB. I. DE OFF. PROCOS.

Lex XCIX.

b ¶ IN Calendis, nō ſolum primus dies calendarum ſimpliciter calēdæ appellatur, ſed omnes dies qui poſtridie Idus incipiunt, uſq; ad ſequētem menſem: idq; fortè exēplo Græcorum, qui primam partem menſis ἱσαμϑίου uocant, ſecundam ἐπὶ δ'εκα, tertiam quæ poſt uigeſimam diem eſt φθίνοντα.

*l.iij.§.minorem.de min.*

c ¶ INTERCALATVR. Id eſt inſeritur, & ſupra numerū additur, quod oſtendit etiā Græcus ſermo, qui ὑπερβαίνοντας dies appellat, quos nos intercalares. Sic autem dicitur, quoniā calato, id eſt uocato populo, olim pontifex pronuntiabat, quando mēſis intercalaris habendus eſſet: quod cum quandoq; propter gratiam negligeretur, anniq; ratio non conſtaret, C. Cæſar eum mēſem ſubſtulit, & ſingulis quadriēnijs unam diem intercalariam fecit, ut ſupra retulimus.

d ¶ CATO. Hic eſt ꝙ M. Portij filius fuit, & egregios de iuris diſciplina libros reliquit, ut ſcribit Gellius: & ut ex eius lectione conſtat fuit longe antiquior Cæſare, ut meritò eius ſententia præſenti cōputationi nō quadret, ſed antiquiori, cum mēſis intercalarius alternis annis inſereretur, quem Cæſar deinde ſubſtulit, additis unicuiq; anno X. diebus, ut Tranquillus ſcribit.

e ¶ PRO mométo. Cum igitur omnes illi dies pro momento haberentur, meritò in ultima die computandi fuerant: ſicut hodi duo dies pro uno habentur. Sanè ſcribit Accurſius, X. momenta punctum cōficere, & quatuor puncta horam. Latini tamen autores, momentū ſimpliciter accipiūt, pro breui tempore, ſicut & punctum. Horat. Quid enī? concurritur horæ momēto. Terent. tum tēporis mihi punctum ad hanc rem. Minutis uero ſexaginta cōſtare horam receptū ex autoritate prudētiū: at Boëthius lib. Geomet. ult. Pūcto minus eſſe minutum, rurſus minuto momentum, autor eſt.

f ¶ ATTRIBUIT. More Græcorū, Latini enī ſexto Calēdas martias inſerebāt, ne ſtatæ eorū ceremoniæ cōfunderētur.

g ¶ QVINTVS. Mutij ſententia eſt uera, ſi intercalarem menſem accipiamus, id eſt in quo fit intercalatio: ſi enim de toto intercalari mēſe intelligamus, qui apud ueteres fuit, is XXII. dierum erat, ut Macrobius eſt autor, alternisq; annis uariabatur, quod latius ipſe attingit.

h ¶¶ DIEBVS XXIX. Quamuis ergo dies intercalaris pro eodē habeatur, cū eo qui eſt ſextus ad Calēdas, neq; cōputetur: ſi tamē diſpoſitio de certo dierū numero tractet, ut ſi liceat uēditori intra XXX. dies redimere [a], etiā biſſextilis dies cōputabit̄. Sed hic cōſueuit dubitari, Iudex mihi dilationē mēſtruam cōcedit, de quot diebus intelligemus: & cum mēſis abſolute fit mētio, traditum eſt XXX. dies cōputari [b], tot enī diebus cū tradiſſime à coitu ſolis luna remorat̄, ad ſuas uices redit, curſumq; cōficit. Mēſes aūt à luna dictos, ex Græcis accepimus apud quos mēſis μήν, Luna μήνη dicit̄. Quod ſi materia fauorabili agatur [c], ubi lex duorū menſiū mentionē facit, & qui LXI. die uenerit, audiet̄: quod etiā procedere exiſtimauerim, ſi lex duorū mēſiū utilium terminū ſtatuat. Quod ſi à certa die terminus mēſis aſſignetur, ut ſi quinta die Auguſti iudex dicat, ſe mihi mēſis terminū cōſtituere [d], uſq; ad V. ſeptēbris durabit, cōplectetur q; hac ratione unum & XXX. diem.

Notionem.

NOtionẽ[a] accipere poſſumus & cognitionem & iuriſdictionẽ. ⌈ Continentes ꝓuincias[b] accipere debemus eas quæ Italiæ cõiũctæ ſunt, utputa Galliã & Prouinciã, Siciliã magis inter cõtinẽtes accipere nos oportet, quę modico freto ab Italia diuidit̃. ⌈ Inſtrumẽtorũ[c] appellatiõe quæ cõprændãtur perq; difficile erit ſepara-

NOTIONEM. a ¶Notionis uerbũ generale eſt, & non ſolũ ad eos pertinet qui iuriſdictionẽ habent, ſed & qui ſimplicẽ cognoſcẽdi facultatẽ. Quare Aſſeſſores ſiue amici, qui in conſiliũ Procõſulum adhibẽtur, cum etiam ipſi cognoſcant, dicũtur habere notionẽ. Arbitri quoque quos ex compromiſſo adimus, habent notionẽ. Cũ enim ex pacto priuatorũ iuriſdictio conferri nequeat, conſequens eſt, ut ſaltẽ notionem habere dicãtur. Quare cum Iuriſcõſultus[a], exequendas eſſe eorũ ſententias, qui notionem habẽt, atteſtet̃, etiã de arbitris intellexiſſe uidet̃: quorum ſententiæ uel per pœnæ petitionẽ[b], uel ꝑ exceptionem, uel etiã per actionem in factũ, ſi arbiter à iudice datus ſit, executionẽ ſortiũtur[c]. Hodie etiã ſi à partibus ſimpliciter ſint electi, & ὁμολογία, id eſt approbatio ſubſequuta ſit[d]. Sed & ſi ſub pœna etiã rato manente pacto cõpromiſſum ſit, oriri actionem in factũ crebrius receptũ eſt[e]: licet aliq̃ ſufficere pœnæ petitionẽ exiſtimauerint: quorũ ſententia cõmuni calculo locum ſibi tãtũmodo uendicat, cũ actũ nõ eſt, ut ratũ ſit pactũ. Sed an is cui mãdata eſt iuriſdictio notionem ſolũ habeat? quod pleriſq; uidetur[f], nihil em̃ propriũ habet. Nobis magis ea ſententia probat̃, ut habere iuriſdictionem dicat̃, licet alieno iure, & beneficio. Sed nunq̃d is cui cauſæ cognitio cõceſſa eſt diffinire poterit? Et ſi à lege concedatur, dubiũ nõ eſt poſſe[g], ſi uero ab homine, Bartolus negat: quoniã aliud ſit cognoſcere, aliud diffinire[h]. Nam & ſi alicui mãdetur, ut cauſam audiat, nõ iudicandi munus, ſed referendi mandatum uidetur[i]. Ego ſi ordinario cognitio demãdata per principem ſit, putauerim etiã ius decernendi cõceſſum: Solent em̃ ordinarij ipſi iudicare, non autem referre[k].

a l.ait.de re iud.
b l.diẽ.§.ſtari. de arb.
c l.ab arbitro. qui ſat.
d l.iiij.et ſeq. C.de arb.
e d.l.ait.
f l.j.in fin.de off.eius.
g l.iij.§.cognoſcit. de offi.præf. uig.
h l.ubi.C.de fal.
i Cle. auditor.de reſc.
k l.j.C.ſi contra ius.l.fi. C.ubi ſen.

b ¶CONTINENTES. Prouinciæ dictę ſunt, q̃d procul ab Italia armis uictæ fuerant: in has Proconſules & legati mittebãtur, qui ius redderent, & tributa exigerent. Aliæ aũt erant cõtinentes, aliæ tranſmarinæ. Cõtinentes, ut Gallia, Illyricum, Rhetia, Vindelici, Pannonia, Germania: Tranſmarinæ, Aſia, Aphrica, Syria, Cyprus, Achaia. Sed dubitatum eſt, quid de Sicilia, uidebat̃ enim trãſmarina, quoniã ab Italia mari dirimitur. Sed tamen cũ illud fretũ modicũ ſit, magis probat *Iuriſconſultus, ut & ipſa inter cõtinentes ſit.* Hincq; apparet Italorũ appellatione nõ contineri Siculos, tametſi olim, priuſq; irrũpente freto dirimerent̃, aliud eſſet. Nec obeſt quod cũ inſula ſit Italiæ uicina, pars potius Italiæ ſit[l] exiſtimãda, q̃ prouincia: nam cũ in eam Prætor deſtinaretur, ſicut in cæteras prouincias, eſſetq; ampliſſima & uiris & urbibus, maior exiſtimata eſt, quã ut inſula appelletur. Refert autem plurimũ ut ſciamus, prouinciæ continentes, an tranſmarinæ ſint: propter dilationes, quæ in illis breuiores, in his prolixiores cõcedi debent[m]. Scribit Dion, edicto diuum Auguſtum prohibuiſſe, ne ſenatores iniuſſu principis extra terram Italiam peregrinarentur, præterq; in Siciliam, & prouinciam Narbonẽſem: illam, quia Italiæ cõtinens, propinquaq; eſt: hanc, quia imbellis, & nouandis rebus minime apta. Tacitus tamen lib. XII. egregiæ erga patres Narbonẽſium reuerentiæ hoc tributum à Claudio atteſtatur. Sanè quantũ ſit ad iuriſdictionem, hodie quælibet ciuitas, que merum imperium habeat, ſuoſq; ſibi magiſtratus cõſtituat, prouinciæ æquiparatur[n]. In iure uero pontificio, prouincia pro diœceſi accipit̃[o]: in qua X. uel XI. ſint ciuitates, q̃bus is qui dominatur Rex dici poteſt.

c ¶§. INSTRVMENTORVM. In cauſis pecuniarijs dilatio unica debet concedi[p], & ſecundum locorum diſtantiam temperari, in ea debet actor per omne probationũ genus intentionem ſuam adiuuare: quod ſi ſpecialiter ad aliquod capitulum dilatio conceſſa ſit[q], nihil obſtat quin ad alia capitula plures dentur: quod ſeruandum non eſt, ubi generalis dilatio ſit ſemel data, uel etiã ſpecialis: ratione enim eius ſpeciei, ſecunda dari nõ debet[r], atq; ita oratione diui Marci cauetur. Vtilitatis tamẽ cauſa receptũ eſt, ut etiam ſecunda dari, cauſa cognita poſſit: ut ſi ſub ſacramenti religione allegetur aliquid inopinatum emerſiſſe, uel impedimentũ affuiſſe[s]. Sed & propter inſtrumenta cauſæ dilatio danda eſt: quod Iuriſcõſultus hic declarat, ueluti cũ pars allegat aliquem de ea re inſtructũ eſſe, & ideo certum terminum conſtitui petat, intra quem ille ſui copiam facere, adeſſeq; poſſit: nam ſi ueriſimile ſit eum eſſe inſtructum, ut quia allegetur ab eo negotium fuiſſe tra-

l l.inſulæ.de iud.
m l.j.C.de dilat.
n l.cũ in lõgi. C.de lon.tẽ.præſ.
o 6.q.ij.ſcitote.
p l.j.C.de dil.
q l.fi.ubi Alexan.de fer.
r l.oratione.de fer.
s d.l.fi.

re[d]: quæ enim[e] proprie ſint inſtrumẽta propter quæ dilatio dãda ſit unde digno ſcemus? ſi in præſentiã[f] perſonæ quæ inſtruere poſſit dilatio petat puta qui actũ geſſit, licet in ſeruitute[g], uel qui actor fuit conſtitutus, putem uideri inſtrumẽtorum cauſa peti dilationem.

IDEM LIB. II. DE OFF. PROC.

Lex C.

SPecioſas[a] perſonas accipere debemus, clariſſimas perſonas utriusque[b] ſexus. Item eas, quæ ornamentis[c] ſenatorijs utuntur.

ctatũ, dilatio cõcedenda erit. Hinc ergo probatur, inſtrumentorũ appellatione etiam teſtes cõtineri[t], & quidem proprie, & ipſi enim cauſam inſtruũt, unde meritò inſtrumẽta appellantur. Ideq; in ſcripturis priuatis. Ex cõmuni tamẽ loquẽdi uſu aliud eẽ doctores ſentiũt: unde in ſtatutis municipalibus, quæ ſtrictam interpretationem accipere ſolent, ea appellatione, de teſtibus, huiuſmodiq; ſcripturis, non intelligemus[u]: & ſi publicatis atteſtationibus, iudex dilationem inſtrumẽtorum cauſa concedat, de teſtibus non accipietur[x]; quoniã licet ſcripturæ uſq; ad concluſionem cauſæ produci poſſint[y], teſtes poſt publicationem non admittuntur[z].

t l.j. de fi. iſtr.
u Imo. i rubr. extra de fi. inſtr.
x Alexan. d. l. oratione.
y c. cũ dilectus de fi. inſt.
z c. de teſtibus extra de teſtib.

d ¶SEPARARE, Diſtinguere. Cũ em̃ arbitrio iudicis hoc tributũ ſit, q ex ueriſimilibus coniecturis ſubodoret, an is cuius abſentia allegatur, cauſam inſtruere poſſit, perq; id eſt ualde difficile eſt, certã doctrinam tradere: cũ ex qualitate negotij cõiecturæ oriuntur,

e ¶QVAE ENIM. Interrogatiue legendum hoc modo, Quæ enim proprie ſunt inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit, unde cognoſcemus? non autem inde.

f ¶IN præſentiam. Id eſt donec ſit præſens. Hæc enim eſt natura præpoſitionis iunctæ accuſatiuo caſui, ut cũ Virg. dixit, In lucemq; tuliſſet, id eſt uſq; ad lucem: quod à Seruio Diomedeq; Grãmaticis animaduerſum eſt.

g ¶IN Seruitute. Poteſt ergo liber homo teſtimoniũ eius rei perhibere, quã cũ ſeruus eſſet, uidit: & maior XXV. annis, de eo atteſtari qd' cũ minor eſſet cognouit[a], dum tamẽ ꝓximus pubertati. Sed quoties lex ad ſubſtãtiã negotij certũ teſtium numerũ reqrit, ut in teſtamẽtis, neceſſe eſt tũc, cum negotiũ agať, eſſe liberũ[b]. Illud cõſtat, q in pręſentiarũ infamis ſit, ſi teſtimoniũ dicat, fidẽ nõ facere, etiã earum rerũ, quas inculpatus adhuc uiderat[c].

a l. excipitur. §. j. ad ſyl.
b §. ſed cũ. iſt. de teſta.
c l. iij. §. duæ. de carb.

SPECIOSAS. a ¶Quatuor eſſe in iure dignitatum nomina, recẽtiores tradiderũt[a]: Superilluſtres, ut Senatores, Conſules, Patritios, Dictatores: Illuſtres, ut Præfectum prætorio, Præfectũ urbis, Quæſtorẽ: Spectabiles, Prætorẽ, Pręfectũ uigilũ, & Auguſtalẽ. Clariſſimos, Præſidẽ prouinciæ, & Procuratorẽ Cæſaris. Sed hãc ſentẽtiã ipſe nunq; probaui, & quãdoq; diffuſioribus annotationibus oſtendi[b], lõge & late à uero abeſſe. Nã & hoc reſpõſo ſatis apparet, ſpectabilẽ, ſeu quod idem eſt, ſpetioſum, à clariſſimo non differre. Itaq; ſciendum eſt Senatores dignitate clariſſimos fuiſſe[c], quod in iure apertiſſime uarijs ex locis ꝓbatur[d], & oſtẽdit Lampridius in Seuero, q Præfectis prætorij ſui eũ tribuiſſe ſenatoriã dignitatẽ tradit, ut clariſſimi dicerentur. Quapropter & in iure Opellius Macrinus, qui priuſq; imperaret, Præfectus præt. Seueri fuit, clariſſimus appellať[e]. Et qa ex his Senatoribus aliq cõſularia prætoriaq; ornamẽta cõſequebãtur, uel principis indulgẽtia, uel quia eos magiſtratus geſſerãt omnesq; latum clauum habebãt, ſpecioſi, ſpectabiles, illuſtresúe, ꝓpter ornamẽta ipſa proprie ſunt dicti. Deligebantur autem ſorte ex cõſularibus Proconſules, ſicut ex prætorijs Prætores q in prouincias Populo Romano attributas, cũ poteſtate mittebanť. Cæſar uero in prouincias quas ſuæ curę reſeruauerat Præſides uel Legatos mittebat: q ſi ex ſenatu eſſent, Clariſſimi erãt, alioquin ſola Perfectiſſimatus dignitate fruebãtur[f]. Meminit eius rei Amianus Marcellinus lib. XXI. Quæ autẽ eſſent cõſulares prætoriæq; prouinciæ, in calce operis ſui Strabo Amaſinus refert.

a l. j. de offi. eius.

b ¶VTRIVSQVE ſexus. Fœminæ em̃ maritorum dignitate illuſtrãtur.[g] Vnde quę clariſſimo uiro nupta eſt, etiã ipſa ſit clariſſima. Addit Angelus, fœminam naturalem, ſi legitimo uiro iuncta ſit, effici legitimam[h]. Quod ita intellexerim, ut eas dignitates conſequi poſſit, quas aliæ legitimo concubitu ortæ ex mariti perſona habent[i].

c ¶ORNAMENTIS, Id eſt ueſte laticlauia. Gerebãt enim ſenatores latũ clauum, idq; ampliſſimi ordinis inſigne erat[k]. Concedebantur etiã alijs conſularia, alijs prætoria, alijs præfectoria, aliquibus & quæſtoria ornamenta. Cõſularium prætoriorumq; inſignia erant, ſella curulis, & trabea ueſtis[l]. Decernebantur & quibuſdã triumphalia ornamenta, ea ſunt tunica palmata, & toga picta: nam cũ omnia bella principis auſpicijs gererentur,

legatis

legatis prætoribusq́; uel ducibus, qui hoſtes ſuperaſſent, triumphus decerni non poterat, quia alienis auſpicijs uicerant: unde repertũ, ut ſaltem triumphalia ornamenta conſequerentur. Conceſſit tamen Beliſario Iuſtinianus, ut de Parthis triumpharet: quã uis nõ ſuis auſpicijs uiciſſet.

bio filios, quia ad licitum concubinatũ multa requiruntur, quæ raro in unum conueniunt[o]. Idem annotauit, ſi quẽ inſtituam tanq́; filium certæ mulieris, & probetur ex me ortum, incapacem præſumi. Ego edictum ad teſtamenti factionẽ pertinens prohibitoriũ eſſe ſcio[p], & ideo quemlibet capacem eſſe, qui non probetur incapax: quãobrem alio non conſtito, putarem hũc admittendũ, idq́; benignius eſt. o l.iij.de lib. & poſt. p l. ſi quæramus.de teſt.

MODES. LIB. VIII. DIFFERENT.

Lex CI.

INter ſtuprum & adulterium [a] hoc intereſſe quidam putant, quod adulterium in nuptam, ſtuprũ in uiduam committitur. Sed lex Iulia de adulterijs, hoc uerbo indifferenter[b] utitur. ¶ Diuortiũ [c] inter uirum & uxorem fieri dicitur, repudium uero ſponſæ [d] remitti uidetur: quod & in uxoris perſonam non abſurde cadit. ¶ Verum [e] eſt, morbum eſſe temporalem corporis imbecillitatẽ, uitium uero perpetuum corporis impedimentum: ueluti

INTER STVPRUM.

a ¶Adulterium proprie in nupta committitur, ſtuprũ in uidua, uel uirgine, ſeu quali bet alia muliere, quæ corpore quæſtum non faciat. In puero quoque perpetrari ſtuprũ, alibi tradit[a]. Horum criminũ uariæ pœnæ conſtitutæ ſunt. In adulteros gladius[b], niſi q́ nobiliores deportantur[c]. Mulier hodie in monaſterium detruditur. Stupratores uirginũ uel uiduarũ ex lege Iulia coërtione corporali[d], ut fuſtium, flagellorum, plumbatarum, uerberibus, relegationeq́; affliguntur. Honeſtioris ordinis uiri, dimidia parte bonorum mulctantur, extra ordinem tamen ſolent omnes extremo ſupplicio affici[e]. Hodie iure canonico qui uirginis florẽ delibat, uel ipſe eam in uxorẽ accipere, uel dotem, qua cũ alij nubat, præſtare compellitur[f]. At cum uir nubit in fœminã uiris porrecturã, armantur iura gladio[g], notaturq́; ipſo iure uterq́; ĩfamia. Quapropter ex facto reſpõſum eſt, etiam priuſq́; accuſati ſint, ſi moriãtur, ab eis conditũ teſtamentum non ualere. Hos enim improbos & inteſtabiles lex appellat, quod Platus ciuis meus eleganter diſputauit[h]. Sanè hinc apparet, tam adulterium q́; ſtuprum lege Iulia puniri, quo fit ut ex huiuſmodi damnato coitu nati paternorum bonorum ſint incapaces[i], quippe hos nec ali quidem leges Quiritium iubent. Qua pœna excipiũtur hi qui proprie naturales ſunt, uidelicet ex concubina domi retenta, uxoria quadam honeſtate. His addendi & ſpurij ſunt[k], quos ex meretrice ſuſcepimus. Sed etſi ex pediſequa clientaúe aliqua uiliore orti ſint, idem iuris uidetur[l]: has enim propter utilitatẽ conſtat legum laqueis non innodari[m]. Sed quid in dubio præſumemus, an capacem, an incapacem filium? Et à Baldo reſponſum eſt [n] non cenſeri naturales in du-

l.ſtuprũ.§.j.de adult. l.quãuis.C.de adul. l.clau.de his qb.ut ind. l §.ij.inſt.de pub.iud. l.j.ĩ fi.de extraor.cri. c.j.de adul. g l.cũ uir.C.de adult. h in conſilijs Barb.ulti.in.j. i auth.ex cõplexu.C.de inceſt.nup. k l.ſi ea.C.de adul. l l.quæ adulterium.C.eo. m Saly.d.authẽ.ex complexu. n conſi.262.in.j.

b INDIFFERẼTER. Alibi lex[q], Græce καταχρηστικώτερον appellat, id eſt abuſiuius, ut inde colligatur, in conſtitutione pœnali uerba etiam per ſummum abuſum accipi, quãdo ex ipſius lectione cõſtat, eius autorẽ indifferẽter, & promiſcue ea uoce uti ſolitum, tanq́; propria. q l. inter liberas.§.j.de adul.

c ¶§.DIVORTIVM. Diuortium proprie in coniugibus eſt, Repudium ſponſæ mittitur. Hodie iure põtificio neutrum permittitur, ſed ſolum ſeparatio ex certis cauſis: nec interim licet aliam ducere, etiam ſi ſeparationi uxor cauſam dederit: ueluti ſi ipſa adulterium cõmiſit, uel impietatis in deum, quam hæreſim uocant, ſit rea. Aliter tamen aliqui ex antiquis patribus olim obſeruauere, inter quos Ambroſius, qui ex iuſta cauſa marito ius facit diuertẽdi, atq́; aliã ducendi: nõ enim hos homo ſeparat, ſed deus, quãdo ita optimis Antiſtitibus propter malos fœminæ mores uidetur: quod & late diſputat ERASMVS in priorem Pauli ad Corinthios epiſtolam[r]: nec eſt uериſimile, Iuſtinianum pijſſimũ imperatorem, hunc tractatum non fuiſſe de iure ciuili amputaturum, ſi paſſim tempeſtate ſua pontificius ille canon obſeruatus fuiſſet: ut fortè credendum ſit, licere pontifici eos canones tollere, & ius Romanũ obſeruari permittere, ſi uelit. Nam & hodie filiusfamilias eo iure, etiam patre reclamante, matrimonium contrahere poteſt, cum tamẽ ius ciuile aduerſetur, & Euariſtus Rom. pontif. in uetuſtiſſimis decretis[s], unde pleraq́; Gratianus cõpilauit illud expreſſim approbet. r j.ad corith.cap.7. s §.j.inſt.de nup.

d ¶SPONSAE. Vxorem tamẽ repudiari etiam alibi legitur[t], ſicut etiam aliquando diuortium dicitur, cum de facto tantum matrimoniũ t l.ſi qua.ſ.de rit.nup.

trimonium fuit[u]. Res enim quãdoq́ legitimi actus appellationem ſortiuntur, q̃uis de facto ſolũ tenuerint: unde ſupra annotaui poſſe dici eum emiſſe, qui de facto emit.

u l. quod ſeruius. de condi. ob tur.

e ¶ §. VERVM. Varia inter antiquos fuit opinio, quid inter ſe morbus, & uitium differrent: & Modeſtinus hic morbum temporalem, uitium perpetuum dixit, cui ſententiæ etiam Nonius Marcellus accedit, at Sabinus uitiũ generalius nomen eſſe definiuit[x], quod etiam ad animum referat, ſed & balbum uitioſum eſſe, non morboſum. Vlpianus pro eodem accipi uitium & morbũ ait, quamuis in edicto ædilium curulium tollendæ dubitationis cauſa bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ idem dictum ſit. M. Cicero morbum totius corporis corruptionem exiſtimauit, ægrotationem ſi imbecillitas accedat, uitium cum partes corporis inter ſe diſſident, ut diſtortio mẽbrorũ, & deformitas. Extat Comi antiquum monumentum hac inſcriptione.

x l. j. §. ſed ſciẽdum. de ædil. edic.

Morborum uitia & uitæ mala maxima fugi,
Nunc careo pœnis, pace fruor placida.

Huius Iuriſconſultorum cõtrouerſiæ etiam A. Gellius libro noctium Atticarum IIII. capitulo II. meminit.

ſi luſcus[f] ſit: nam & luſcus utiq́ uitioſus eſt. ¶ Seruis[g] legatis, etiam ancillam deberi quidam putant: quaſi commune nomẽ utrumq́ ſexum contineat.

IDEM LIB. VII. REGVLARVM

Lex CII.

DErogatur legi, aut abrogatur. Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi; cũ prorſus tollitur.

IDEM LIB. VIII. REGVLARVM

Lex CIII.

f ¶ LVSCVS. Qualis fuit Anibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Imperatores, cum tamen unoculi & coclites eſſent. Sanè oculorum uitia ſic declarat Vlpianus[a]. Sed & μύωπα morboſum eſſe cõſtat, idem ubi homo neq́ matutino tempore neq́ ueſpertino uidet, quod genus morbi Græci uocant νυκταλωπίαν, eluſcationẽ eam eſſe quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet: hæc ille in correctis exemplaribus. Sunt Miopes, quaſi minus uidentes dicas: cuius uocis etiam apud Nonium eſt mẽtio. Nyctalopes uero Latini luſcioſos uocant, Feſto autore. Horum duplex ſpecies, alij interdiu uident, noctu nihil, quorum Paulus Aegin. Alexãder lib. I. Celſus VI. meminere: ſed & Plinius horum nocturnas cæcitudines commemorat. Alij parũ interdiu uident, ueſpere aut noctu acie acutiore ſunt, ut Galenus in Iſagoge ſua teſtatur, horum quoq́ Plinius aciem ueſpertinam appellat. Vtrũq́ id malum breuiter & eleganter Iuriſconſultus diffinijt, licet imperitis anſam calumniandi dederit, non nyctalopa, ſed cæcum ab eo deſcribi cauillantibus.

a l. idem of. de ædil. edic.

g ¶ §. SERVIS. Satis ſupra perſtrinximus[b], quando maſculinum concipiat fœmininũ, oſtẽdimusq́ per extenſionem communi uſu approbatã, ex Baldi ſententia, id fieri. At hoc reſponſo uidetur potius ex ꝓprietate ſermonis eſſe[c], dum nomen id commune appellat, & ita alij qui annotarunt. Interpretaturq́ Angelus commune eſſe nomen in ſubſtantia[d], licet non ita ſit in prolatione ſermonis. Ipſe arbitror etiã in prolatione eſſe cõmune. Serua enim datiuum habet pluralem ſeruis ſicut ſeruus: unde meritò ex proprietate ſermonis etiam Ancillas continet, non ex ea regula, quod maſculinũ concipiat fœmininũ: ſed ex alia, quæ habet, uerba generaliter accipienda, quatenus ex ui ſermonis inferre poſſunt[e]. Et quod de ſeruis dicitur, idẽ de dictione filijs dicendũ eſt: ueteres enim nõ filiabus ſolum, ſed etiam filijs fœminino genere protuliſſe cõſtat. Ego cum ius dicerem, & in teſtamento patris conditione filio appoſita, ſi ſine filijs deceſſiſſet, aliqui de maſculis tãtum intelligendum putarent, quibuſdam cõiecturis, quod uidelicet propriam filiã teſtator excluſerat, & quod ex lege municipali maſculi fœminis præferrentur, conſului q́ plurimos notæ prudentiæ patresfamilias, an ſi ipſi illis uerbis teſtarentur, decedẽte filio neptẽ ſuam excludi uellẽt: negauerũt omnes & huiuſmodi ſermone, de utroq́ ſexu ſe cõmuniter intelligere profeſſi ſunt, ſcrupuloſam recẽtiorũ interpretationẽ omnes uno ore dãnantes.

DEROGATVR. ¶ Ferebantur leges per populi rogationem, quia Quirites uel à Conſulibus, uel à Tribunis rogabantur, uellent, iuberent'ne quid fieri: qui ſi ſciuiſſent, id eſt, confirmaſſent, lata, ſancitaq́ lex erat. Quæ & alio nomine Rogatio dici poteſt. Vnde & adoptionis ſpecies eſt arrogatio, quia ut A. Gellius ſcribit, non niſi lege lata, & per populi rogationem fieri poterat; hodie uero reſcripto principis opus eſt[a], poſtquam Popu. Roma. omne imperium in Auguſtum trãſtulit; quamuis hac in re aliter alij ſentiant[b]. Eadem ratione dicitur derogatio,

tio, per quã aliquid diminuitur de ui & effectu rogationis, id eſt legis: ſicut abrogatio, cũ tota penitus tollitur, ut etiam in II. Rhetoricorum M. Ciceronis declarat Victorinus.

Licet capitalis[a], latine loquẽtibus, omnis cauſa exiſtimationis uideat̃, pœnæ tñ appellatio capitalis, uel mortis[b], uel amiſſionis ciuitatis, intelligenda eſt.

LICET. a ¶ Capitalis cauſa quælibet intelligit̃, quę ad exiſtimationẽ refertur: ſed ſi pœnam capitalem dicimus, de ea intelligimus, cum uita, libertas uel ciuitas perditur[a]. Corruptus autem eſt codex, in aliquibus enim legitur, non tamen, in alijs deeſt negatio: ſed omnino legendum eſt, pœnæ tamen. Hinc argumentum colligitur, ſi in lege municipali pœna capitalis, ſeu capitis ſimpliciter conſtituitur, non omnino de morte intelligendum, ſed ut in pœnis mitiora ſequamur, exilium irrogandũ[b]. Fuere & qui ſolam infamiæ notã ſufficere exiſtimauerunt: unde traditum eſt ſicut beneficiarius cliens domini uitam pro uirili tueri debet, alioquin beneficio priuatur, ita etiam exiſtimationem: quoniam famæ periculũ uitæ æquiparatur[c]. Sed & cum ſacerdoti capitale ſupplicium decernitur excommunicationis pleriq; intellexerunt[d]. Verum hæc ego iure conſiſtere nõ arbitror, capitalis enim cauſa, de infamia, uel relegatione nõ niſi impropriè accipitur, ut interpretes omnes huius reſponſi argumento tradiderunt. At in inferendis pœnis etiã ſermonis proprietas maxime obſeruat̃[e]. Quod ſi delictum ita atrox ſit, ut iure cõmuni ſummo ſupplicio emendetur, non eſt credẽdum, legis municipalis autores, aliter capitalẽ pœnam accepiſſe, q̃ mortis[f]. Quod etiam fatendum eſt, quoties eo iure exilium nulli facinori pro pœna additur: nec enim de eo actum uerisimile eſt, præſertim cum uulgaris loquẽdi uſus hodie pœnam capitalẽ tantũ intelligat, cum amputatur caput. Et ideo Iuriſconſultus hic ex Latino ſermone latam illam ſignificationem cauſæ capitali tribuit, non autem ex eo quo uulgares & idiotæ utuntur. Sed an mẽbri amputatio pœna capitalis ſit[g]? Et non eſſe receptum eſt, niſi forte craſſiore ſignificatione id nomẽ accipiamus: nõ enim membrum amputari poteſt, quin reus exiſtimationis ſuæ detrimẽtum patiatur[h]. Iure autem ueteri huiuſmodi pœna nõ inferebatur, ſed hodie in quibuſdam caſibus, ex conſtitutionibus indicta eſt[i].

l. ij. de pu. iud. l. ij. de pœn.

gl. l. j. C. ne man. chriſt.

l. iuſta. de ma. uind.

c. j. de homicid.

l. cũ lege. de teſta.

Imo. d. l. ij.

l. q manus. 3. de teſta.

l. nullam. C. de infa.

l. ij. C. de ſer. fug.

b ¶ MORTIS. A principio urbis conditæ, pro delictis grauioribus pœna mortis reis ingerebatur: uerberibus enim à lictoribus affecti necabantur, uel arbori infelici ſuſpendebantur. Verum M. Portius Cato legẽ tulit, nequis ciuis Romanus uerberibus necaretur, ſed ex delicto in exiliũ mitteretur. Solebant tamẽ Senatores ex magna cauſa, more maiorum, id eſt eorum qui ante legem Portiam uixere, reos punire: ut in L. Catilinæ collegas obſeruatum fuiſſe Salluſtius tradit. Imperatoribus quoq;, quoniam legibus ſoluti eſſent, ad necem Ciuem Romanum condemnare permiſſum erat, ut in Auguſto Dion eſt autor. In exteros autem, raro quoque pœna mortis conſtituta fuit, ſed damnatio in metallũ, uel in inſulam, ſufficere uiſa eſt: aliquis enim eorũ uſus erat, cum opus facere compellerentur, & tamen merita pœna afficiebantur. Siquidem ut C. Cæſar apud Salluſtium inquit, In luctu & miſerijs, mors erumnarum requies, non cruciatus eſt. At hodie in pœnis mera carnificina eſt, & per leges municipales uel ſtrangulantur, uel decollantur, uel exuruntur, uel mutilantur rei: qui ſi in opus publicum damnarentur, & perpetuam pœnam ſubirent, idcirco q; acriorem, & maiori cæteris exemplo eſſent, publiceq; utilitatem aliquam afferent, ut negari non poſſit, ut in pleriſq; alijs rebus, ſic hac quoq; in parte ab antiquis recẽtiores legumlatores ſuperari.

MODEST. LIB. II. EXCVSAT.

Lex CIIII.

Η τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται.

Natorũ appellatio & ad nepotes extẽdit̃.

NATORVM. C. Herennius Modeſtinus libros de excuſationibus ſex cõſcripſit, & hos quidem Græco ſermone, quorum bonam partem in Digeſtis Iuſtinianus referri iuſſit, leguntur q; hodie inde excepta pleraq; libro XXVII. Sed ab indocto aliquo in Latinum ſermonem translata: in eorum II. id reſponſum habetur, quod ſub hũc titulum Tribunianus collocauit. Η τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. Veriſimile autem eſt à Bulgaro latinitatem conſequutum fuiſſe, eo quo in præſentia legitur modo. Sanè hinc notãdum eſt, per extenſionem filios nepotes appellari, idem q; in Græco ſermone eſſe, ut hinc argumentum ſit, etiam in noſtro uulgari idiomate idem obſeruandum. Qua ratione, ſi in uiri imperiti

riti teſtamento mentio liberorum, quæ latior eſt ꝗ filiorum, reperiatur, putarim ſecũdum iuris diſtinctionem intelligi, quod & Barto. probat: uerisimile enim eſt tabularium eius emphaſeos uerba latine ſcripſiſſe, cuius fuerant uulgaria ab illiterato prolata. Sed an quod de natorum appellatione hic dicitur locum ſibi uendicet etiam, cum de prognatis, ſeu progenitis fit mẽtio? Et horum appellatiõe proprie nepotes cõtineri magis crediderim, præpoſitio enim hoc inducere uidetur, Sicut cum pronurum, pronepotem, proſocerũ dicimus: nã & progenitores, pro quibuſcũqꝫ aſcẽdẽtibus accipiũtur.

IDEM LIB. XII. RESPONSORVM
Lex CV.

MOdeſtinus reſpõdit, his uerbis, libertis libertabuſqꝫ meis, libertũ libertæ teſtatoris nõ contineri.

IDEM LIBRO I. DE PRAESCRIP.
Lex CVI.

DImiſſoriæ literæ dicunt̃, quæ uulgò dicuntur apoſtoli[a]; dimiſſoriæ autẽ dictæ ſunt, quod per eas cauſa ad eũ, qui appellatus eſt, dimittitur.

IDEM LIB. III. PANDECT.
Lex CVII.

ASſignare libertũ, eſt hoc teſtari, cuius ex liberis libertũ eum eſſe uelit.

IDEM LIB. IIII. PANDECT.
Lex CVIII.

DEbitor [a] intelligitur, is à quo

MODESTINVS. Solent teſtatores ueſtiarium, uel alimenta libertis, libertabuſqꝫ ſuis legare: quæri potuit, an liberti libertorum intelligerentur: & hic traditur nõ contineri, quod dubium non eſt, niſi cum teſtator eos quoque libertos ſuos conſueuiſſet appellare: quæ cõſuetudo uel ex patrisfamilias epiſtolis, etiam enuntiatiue prolatis uerbis, probari poteſt[a]: ut ſi ſcriptum ſit, Ρȣφίνῳ ἡμετέρῳ ἀπελευθέρῳ, hincqꝫ argumentum ſumitur, ſocij mei ſociũ, non eſſe ſocium meum[b]. Itemqꝫ, inimici mei amicum, mihi inimicum non eſſe, niſi in perniciem meã uinculo amicitiæ ſe ſe coniunxerint[c], ſimulqꝫ conſpirauerint. Qua ratione & clientis mei cliens, clientulus mihi non eſt. Si tamen beneficiarij fundi, quem à me quis in fidem acceperit[d], cauſa aliquem clientem acquiſiuerit, poteſt ille παχυμερέστερον cliens meus dici: ſicut colonus meus appellari poteſt, is qui à colono meo in re mea ius conductionis accepit.[e] Quod & in ſecũdo emphyteota dicendũ uidetur, & hoc ex lata interpretatione. Qua ratione ſubditi alicui purpurato regio in quem Rex omne ſuum ius penitus trãſtulit, Regis ſubditi proprie non dicũtur[f]: improprie uero ſecus eſt. Quarum deciſionũ eam eſſe rationẽ arbitror quod uerba de eo quod prius eſt, proprie accipiuntur, non de eo quod poſterius, per quæ aliam perſonam aſſumit[g].

a l. alimẽta. de ali. leg.
b l. ſocij. j. ti. j.
c gl. l. j. §. cũ patronus. de offi. præfec.
d glo. 81. diſt. legitur.
e Bald. l. j. C. cõ. de leg.
f Mod. d. l. ſocij.
g l. qui liberis. §. j. de uulg.

DIMISSORIAE. a ¶ Apoſtoli dicũtur nuntij ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν quod eſt remittere. Sunt & de Lemborũ genere naues quædam Demoſtheni. Significãt etiã in iure dimiſſorias literas. Cũ enim à ſentẽtia iudicis appellatur, debet is qui appellat inſtanter ab eo petere huiuſmodi literas, quibus ſecundus iudex de cauſa inſtrui poſſit, teneturqꝫ is à quo petiti ſint eos apoſtolos dare: qui ſi appellationi detulit, dimiſſorij dicũtur[a], ſi non detulit, refutatorij. Omnes autẽ obſequij aduerſus ſuperiorem teſtimonium præſtãt: unde & ſi dubitetur, an deferẽdum ſit, dari debent[b], & ideo reuerentiales quibuſdam appellantur. Sanè qui apoſtolos non petit, appellationi renuntiare intelligitur[c]. Idem ſi in termino, quem ſibi iudex eorum accipiendorum cauſa ſtatuerit, non cõpareat. Succurri tamen in his caſibus ruſticitati quidam exiſtimauerũt, nec enim omnes hanc iuris obſeruationem nouerunt, ſed id ego affirmare non auſim[d].

ASSIGNARE. Velleio Ruffo, & Hoſtorio Scapula COSS. Senatuſconſulto conceſſum eſt patri plures liberos habenti, cui filiorum uelit libertos ſuos aſſignare[a]: & licet huiuſmodi aſſignatio neqꝫ legati, neqꝫ fideicommiſſi uim habeat, quæritur tamen ius patronatus ei filio, cui fuit aſſignatum. Sanè uerbum aſſignare ambiguum eſt, & ad translationem dominij referri poteſt[b], & ad ſolam pignoris uel cuſtodiæ conceſſionem[c]. Quapropter cauſa aſſignationis obſeruari debet, ſi enim translationi dominij ſufficit, eũ qui aſſignauit dediſſe interpretabimur, ſi non ſufficit, ſolam cuſtodiam commiſiſſe[d]. Quod & in dubio recipiendũ eſt, ne donatio præſumatur: & ita Barto. & pleriqꝫ omnes declarant[e].

DEBITOR. a ¶ Supra declarauimus, quo ſignificatu accipiendus ſit creditor[a], & quo debitor, latioremqꝫ harũ uocum expoſitionem oſtendimus: hic Iuriſcõſultus nos admonet, quomodo ſtricte debitorẽ accipiemus:

inuito exigi [b] pecunia poteſt.

IDEM LIB. VI. PANDECT.

Lex CIX.

SEqueſter dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua cõtrouerſia eſt, depoſuerunt: dictus ab eo quod occurrẽti, aut quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur.

IDEM LIB. V. PANDECT.

Lex CX.

BOnæ fidei emptor eſſe uidetur, qui ignorauit eam rem alienã eſſe, aut eum qui uendiderit putauit ius uendendi habere, puta procuratorẽ, aut tutorem eſſe.

piemus: ut is ſit, à quo inuito exigere poſſimus. Qua ex diffinitione apparet, eũ qui ſub conditione uel in diem debeat, proprie debitorem non eſſe, poſtq; autem conditio euenerit, retro fingit̃ uere debitorem fuiſſe. Sed an is cui promiſſum fuit nõ petere per certũ tempus, ſit debitor? Interim enim exigi pecunia ab eo nequit[b]: & ſimilem eũ illi crediderim, qui in diem debet. Colligitur autẽ hinc argumẽtũ, ſi lex à tutela debitorem generaliter reijciat: ſi item conſtitutũ ſit, ne debitor uectigalia redimere poſſit, eum contineri, qui proprie ſit debitor, non autem cõditionalem, uel qui in diem debeat[c]. Sed hæc mihi ſententia non placet, ratio enim huiuſmodi legũ eſt, ut magis conſultum ſit Reipublicæ uel pupillo, unde cum conditio ad tempus promiſſionis retrotrahatur[d], poſſet Reſpublica uel pupillus à priore creditore excludi: large igitur debitoris nomen erit accipiendum, cum par ratio utroq; in caſu hoc ſuadeat[e].

b l.creditor. §.eo.
c Iaſ.l.j.in fi. ſi cer.pet.
d l.is cui.§.de act.
e Aret.l.ſi fideiuſſor.de leg.j. l.fideicõ.§.ſi rem.de lega.iij.

b ¶ EXIGI. Id eſt ab inuito extorqueri: hæc enim huius eſt uerbi ſignificatio, ut Accurſius probat[f].

SEQVESTER. Sequeſtrum hunc dici proditum eſt, quaſi occurrentem controuerſiæ, ſequentemq; litigatores. Lauinius tamen in libro quem ſcripſit de uerbis ſordidis, ſequeſtrũ dici mauult, quod eius utraq; pars fidem ſequatur: idq; etiam A. Gellius libro XX. probat, & mihi non diſplicet. Etymologia enim, à Iuriſconſulto hic tradita, ſubdura eſt, in quem & illud intorqueri poteſt, quod occurrere & ſequi pro ſimilibus accipit cum penitus ſint diuerſa. Occurrit qui aduerſum tendit, ſequitur qui poſt uenit. In hoc autem differunt[a] Sequeſtres à Depoſitarijs, quod illi plurium partium ſe medios gerunt, hi etiam ab uno deliguntur: hincq; apparet errare magiſtratus, qui ſub pretextu, ut iurgijs & ſeditionibus obuiam eant, fructus penes alteram partium ſequeſtro deponunt: debet enim ſequeſter eſſe medius, non ex collitigatoribus eligi[b]. Quod ſi iudex uereatur ne fructus rei controuerſæ diſſipentur, non eos ſequeſtro tradere, ſed deſcribere ſimpliciter debet, ut finita lite uictori conſultum ſit[c]. Sed quæ actio aduerſus ſequeſtrem competit? Et nemo dubitat, depoſiti actionem ſequeſtrariam[d]. Addunt quidam, etiam præſcriptis uerbis agi poſſe: ut aduerſus eum, qui quos ſponſionis cauſa annulos accepit, reddere negat[e]. Sed hic ſequeſter nõ eſt, nec enim ab utraque parte annulus depoſitus fuit, nec de eo ulla erat cõtrouerſia.

a l.proprie.de poſ.
b Bald.c.j.de ſeq.poſ.
c l.pen.§.ex quadr.de doli exc.
d l.et apud.l.ſi in aſia.dep.
e l.ſi rẽ.ĩ fi.de præſ.uerb.

BONAE FIDEI. Multum intereſt ſcire, quãdo quis bonæ fidei poſſeſſor ſit. Is enim & fructus lucratur, & longo tempore præſcribit[a]. Hic autem Iuriſconſultus, eum eſſe bonæ fidei oſtẽdit, qui titulum habet, ſeu ab eo quem dominum arbitratur, ſeu ab eo quem domini procuratorem, aut tutorem exiſtimat[b]. Quod ſi credulitati illi ſuæ iniuſta fatuaúe aliqua cauſa anſam dederit, nihilominus fructus lucrabitur[c]: quoniã ut eos ſuos faciat, ſufficit ſi dolo careat. Huiuſmodi autem cauſa, licet in bona fide poſſeſſorem non conſtituat, efficit tamen ne malæ fidei uideatur[d], idq; ſatis eſt, & fructuum acquiſitioni, & longiſſimæ præſcriptioni[e]: itemq; ei poſſeſſiõi, de qua ſummarie litis inſtruendæ cauſa ſolet tractari[f]. At uſucapioni, & X. uel XX. annorum præſcriptioni non ſufficit[g]: hæc enim non niſi bonæ fidei poſſeſſorem adiuuant. Præſumitur autem regulariter bona fides[h], etiam in eo, qui iuris errore lapſus ſit, niſi contractui lex ſpecialiter reſiſtat: ueluti cum cenſitorum uenditio abſq; agro cui aſcripti ſunt, celebratur[i]. Idem ſi in iure naturali, uel quaſi naturali, uel etiam in ciuili iure ueriſimiliter omnibus explorato, euidẽtiſſimoq; erretur[k]: atq; ita pleriſq; uiſum eſt. Sed & qui domino contradicente emit, malæ eſt fidei[l], & qui dolo uenditorem pellexit[m], quiqúe ab eo emit, quem uendendi ius non habere ſciebat[n]. Sed an bona fides in eo præſumatur, qui nullum habet titulum? Et niſi de poſſeſſore antiquiore conſtet, præſumi receptum eſt[o]. Quod uerum arbitror, ſi is perſuaſum habet ad ſe rem pertinuiſſe, alioquin quod ſuum non eſt, ſcire debet ad alios ſpectare[p]. Cæterum & quoties

a l.ſi fur.§.j.de uſuc.
b l.qcũq; in fi. de publici.
c l.igitur.§.poteſt.de lib.ca.
d l.ſed et ſi.§.ſcire.de pet.hære.Bar.
e l.j.C.ubi cau.ſtat.
f d.§.poteſt.
g l.fi.pro ſuo.
h l.pen.C.de euict.
i l.quẽadmodum.C.de agr.& cẽſ.
k doct.l.ex cõſenſu.§.fin.de app. Ang.Imo.Raph.
l l.ſi fũdũ.C.de rei uẽd.
m l.dolus.C.de reſc.uẽd.
n l.q à quolibet.de contrah.emp.
o Barto.l.celſus.de uſuc.
p l.fi.C.unde ui.

p poſſeſſio

poſſeſſioni ius commune reſiſtit, bona fides non præſumitur. Quapropter qui ius ſeruitutis præſcripſiſſe aſſeritur, bonam fidē probare debet[q], cum pro cuiusque rei libertate regulariter præſumamus[r].

q c.j. de præſcri. in 6.
r l. altius. C. de ſer.

IABOL. LIB. VI. EX CASSIO.

Lex CXI.

CEnſere eſt conſtituere, & præcipere: unde & dicere ſolemus, cenſeo hoc facias, & ſenatum aliquid cenſuiſſe: inde & cenſoris nomē uidetur tractum.

CENSERE. Cenſere proprie eſt ſentētiam ſuam exponere[a], & conſtituere. Solebant autem à Conſulibus Senatores interrogari, quid fieri placeret: Populus uero Romanus, uellet iuberet ne. Quapropter ſenatum cenſuiſſe, populū iuſſiſſe, recte dicimus. Hocꝫ loquendi modo plena ſunt antiquiorum autorum uolumina: quàmuis & cenſere ſit præcipere, quæ enim cēſuerat ſenatus, obſeruanda omnino erant[b]. Hinc & cenſores dicti, qui quinto quocꝫ anno de ciuium moribus iudicarent, præſentis tranſactæcꝫ uitæ rationem perquirerēt, indignos honoribus abdicarent, famoſos notarent, publica locarent, cenſum ciuium peragerēt, perquàm neceſſarius recte inſtitutis urbibus magiſtratus, qui tamē hodie nusquam eſt, cum ea quæ ad auaritiam pecuniarumcꝫ æruſcationem pertinēt, officia mirum in modū coaluerint, ubicꝫ laqueos tendentibus Satrapis, allucinātibus Theologis, adulātibus Iuriſcōſultis, perſuadētibuscꝫ, omnia principibus licere, ſummamcꝫ eorum & liberam eſſe poteſtatem. Quod certe in Italia uerum non eſt: Romani enim cæteris Italis fœdere in ſocietatem attractis, in Auguſtum lege regia non niſi ius transferre potuerunt, quod ipſi ex fœdere habebant: ut ridiculum ſit affirmare Pontificibus, Ducibus, & quos germanica uoce Marchiones uocant, abſolutam in ſubditos poteſtatem competere, quæ nec ipſi Imperatori in Italos competit, unde illi cauſam habent. Atcꝫ hinc eſt, quod ſupra in tractatu de cenſibus[c], ius Italicum à prouincialium iure diſtinguitur: illi in cenſum uniuerſas facultates deferre tenebātur, & tributum ſoluebant. Itali liberi erāt, æquocꝫ cum Romanis iure agebāt. Solæ antiquam indolem retinuerunt in Germania ciuitates, quas illi francas uocant: ut enim Imperatoris faſtigium libēter agnoſcunt, ita tributis ſe atteri, uiolentia urgeri, tyrānide opprimi non patiuntur.

a l. itē. §. pridie. de pet. hære.
b §. S. cōſultū. inſt. de iur. nat.
c l. j. 3. de cēſ.

IDEM LIB. XI.

Lex CXII.

LIttus publicū eſt eatenus, quatenus maxime fluctus exæſtuat: idem iuris eſt in lacu, niſi is totus priuatus eſt.

LITTVS. Quod de littore maris ſupra uidimus, producitur per Iuriſcōſultum etiam ad lacus, dum tamen priuati non ſint, ſed & ſi Reipublicæ ſit, qui ſoleat piſcatoribus locari, ut eſt Traſimenus Peruſij, uidetur priuatorum naturā ſequi, idcꝫ in alluuionis tractatu[a] Barto. probat. Publicū ergo lacum proprie accipiemus, qui in uſu publico ſit, & in quo unicuicꝫ piſcari fas eſt. Sanè Lacus eſt, qui perpetuam habet aquam[b]: Stagnum quod temporalē, ut ſi hyeme: Foſſa receptaculum eſt aquæ, manu factum. In eo autē priuatus lacus à publico differt, quòd publicus eatenus publicum littus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exæſtuat, at in priuato id tantum littoris conſtituitur, quatenus actum eſt[c], & in eius uenditione tēpus contractus obſeruamus.

IDEM LIB. XIIII. EX CASSIO.

Lex CXIII.

MOrbus ſonticus eſt, quicuncꝫ rei nocet.

MORBVS. Lege XII. tabularum qui morbo laborabat, in ius uenire non cogebatur, niſi aduerſarius iumentum illi dediſſet, uel plauſtrum, quo ueheretur. Accipit autem ea lex morbum, pro aliqua imbecillitate, & inualentia: alioquin ubi uitæ periculum uertitur, morbum ſonticum appellat, quaſi maiorem, uimcꝫ nocendi habentem, ut Sex. Cæcil. Iuriſconſultus apud A. Gellium interpretatur. Hoc morbo qui affectus erat, necꝫ in ius uenire, ſed nec procuratorem mittere cogebatur[a], ſententiacꝫ aduerſus eum lata, nullius erat momenti[b], iubebat enim lex iudicij diem eſſe diffiſſum, cuius nominis rationem ex Seruio grāmatico in VI. Aeneid. commentario colligere licet. Is in iure diem fiſſum dici interpretatur, qui partim religioſus, partim faſtus eſt. Idem opinor qui & interciſus à Macrobio appellatur. Cum ergo aliqua negotia expedienda erant, quæ propter religionem differre oportebat dies diffindebatur, id eſt ſcindebatur in ſequentem. Meminit huius uocis præter A. Gellium, Liuius quoque ab Vrb. cond. lib. IX. Sed & Horat. lib. II. ſermo. nihil hic diffindere poſſum, id eſt differre, quo minus prote pronuntiem. Atque ita ipſe ſentio, licet indiſcuſſum

diſcuſſum id uerbum Politianus in Miſcellaneis cap. XL. reliquerit, idcircoq́ non omnes ſuam in ſententiam trahere potuerit. Sanè Iuriſconſultus hic ſimpliciter ſonticum morbum diffinit, qui cuique rei, intellige de qua agitur, nocet.

Et ideo ne quis in ius ueniat ſonticus morbus accipietur, qui grauior eſt, nocetq́ ne uenire poſſit, ut magna febris[c]: ne uero mancipiũ ueneat, ſonticus accipietur, perpetuus, uel reciduus[d]: nõ enim eſt ueriſimile, emptorẽ, ſi huiuſmodi morbo laborare ſeruum ſciuiſſet, fuiſſe empturum.

c d.l. quæſitũ.

d l. fin. de ædi. edic.

IDEM LIB. XV. Lex CXIIII.

SOluendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum[b] poteſt ſoluere.

IDEM LIB. IIII. EPISTOLARVM Lex CXV.

QVæſtio eſt, fundus à poſſeſſione, uel agro, uel prædio, quid diſtet. Fundus eſt omne, quicquid ſolo tenetur. Ager eſt ſpecies fundi, quæ ad uſum hominis comparatur. Poſſeſſio ab agro iuris ꝓprietate diſtat: quicquid eñ apprẹndimus, cuius proprietas ad nos nõ ꝑtinet, aut nec põt ꝑtinere,

SOLVENDO. a ¶ An quis ſit ſoluendo creditori ſuo, hoc attenditur, ut ſolidum poſſit ſoluere. Quapropter cum lex fulloni aduerſus furem actionem det[a], ſi is fullo domino ſoluendo ſit, niſi poſſit ſolidum dare, concedenda ei non erit actio, ne compellatur dominus ex uno iudicio duo facere: ut uidelicet contra fullonẽ ex locato agat, & quanto minus conſequetur, aduerſus furem condicat, id enim ei damnoſum eſſet: ſed qui cum duobus contraxit, graue ſibi exiſtimare non debet, ſi contra duos experiũdum erit: qua ratione ut quis ſoluendo dicatur, etiam fideiuſſoris facultates ei aggregandæ erunt[b], ſatis enim eſt, ſi per alium ſoluendo ſit[c]. Sed & qui in nominibus æs ſuum habet, ſoluendo dicitur[d], compelli enim poterit in executione condemnationis, ut nomina uendat, uel exigat: quod intelligendum, ſi debitores idonei ſunt, & bonam fidem agnoſcunt[e]. Sanè is cuius bona uenierunt ſuſpectus eſt tanq́ ſoluendo non ſit[f].

a l. itaq́. de fur.

b l. ſi plures. §. præterea. de fideiuſ.

c l. nemo dubitat. j. tit. j.

d l. facere. ubi Alexan. ſol. mat.

e l. à diuo. §. fin. ĩ. de re iud.

f l. tres tutores. in fi. de adm. tut.

b ¶ SOLIDVM. Annotat hinc Accurſius, factum non uideri, quod perfectum non ſit[g]: quæ regula in his procedit, quæ indiuidua appellamus[h]. Ea quatuor modis accipi receptum eſt: Natura, ut ſeruitutes: Voluntate contrahentium, ut in eo qui in binos arbitros compromiſerit, uel binos ſymphoniacos emerit, nõ enim ueriſimile eſt altero fuiſſe contentum: Forma, ut in fideiuſſione, quæ principali obligatione grauior eſſe nequit, aliàs penitus uitiatur: Acceſſione, ut cũ quis Iudęo fundũ cũ colonis Chriſtianis uẽdit, coloni enim à fundo ſeparari non poſſunt[i].

g l. rei. §. fin. ĩ. eo.

h Bar. l. græce. §. illud. de fideiuſ.

i l. quẽadmodum. C. de agri. lib. xj.

QVAESTIO. Declarat Modeſtinus quid inter ſe differant quatuor hæc uocabula, fundus, ager, poſſeſſio, prædium. Et Fundũ generaliter accipit pro omni eo quod ſolo continetur[a], deduciturq́ à uerbo fundare: hinc & μεταφορικῶς fundus pro autore accipitur, ut Feſtus inquit. Sic apud Cicer. in oratione pro CN. Corn. Fundi populi: & apud Plautum in Trinummo. Fundus potior, id eſt pes, & fundamentum promiſſiõis. Ager uero nõ tã latam habet ſignificationẽ, ſed eum fundum ſignificat, in quo agatur, unde & nomen ſumpſit, ſecundum M. Varronem. Ager ergo eſt, qui colitur, & qui fructuum cauſa habetur, cum fundus quamlibet ſoli ſuperficiem, etiam incultam, & nulli uſui deſtinatam, in qua aliquid fundari poſſit, ſignificet. Poſſeſſio is eſt fundus, qui non iure ſeu mancipatione nobis comparatus eſt, ſed uſu & præſcriptione quæſitus, ut etiam Feſtus ſcribit, & ideo eius proprietas ad nos non pertinet. Sed & ſi pertinere non poſſit, ut quia res ſacra, poſſideri tamen poteſt, poſſeſſioq́ dicitur. Prædium tam ad poſſeſſionem, quàm ad agrum refertur: unde ſiue quis per mancipationem, uel in iure ceſſionem, agrum, ſiue per uſum poſſeſſionem acquiſiuiſſet, recte ſuum prædium appellabit. Tradidit autem Modeſtinus hanc differentiam, legem XII. tab. interpretans, quo iure duplex tantummodo alienationis ſpecies erat, quæ per nexum, & quæ per ceſſionem fiebat[b], ut M. Cicero in topicis declarat, Per uſucapionem uero proprietas nõ acquirebatur, licet iuris autoritate poſſeſſor defenderetur. Hinc eodem in opere Tullius uſucapionem autoritatem appellat: Autoritas, inquit, uſus fundi biennium eſt, ſit ergo & ædium. Idem officiorum lib. I. Aduerſus hoſtem æterna autoritas. In lege quoque Attinia, cuius A. Gellius libro XVII. meminit, dicebatur, quod ſubreptum erit, eius rei æterna autoritas eſto, id eſt æternum tempus antequam uſucapiatur. Venuleius autoritatem ius eſſe interpretatur, quo autor, id eſt dominus rem ſuam uen-

a l. fũdi. j. eo.

b Cy. l. j. C. de uſuca. trãsf.

 dicare

dicare poteſt: unde amitti, inquit, autoritatem, *c l.fi. de euic.* id eſt actionem pro euictione[c] placet. Et ita accipiendum hoc reſpōſum ipſe arbitror, quo ſenſu ridiculus ipſe Valla erit, qui cum uulgari interpretationi, uir alioqui non uulgaris, adhæſiſſet, Iuriſcōſultum noſtrum increpat, Muſca plane, qđ dicitur, elephantum. Illud non negauerim, in poſteriore iuris diſciplina, hanc differentiam nō fuiſſe obſeruatā, cuius rei nos etiam Accurſius admonet.

hoc poſſeſſionē appellamus. Poſſeſſio[a] ergo uſus eſt, Ager proprietas loci eſt. Prædium utriuſque ſupraſcripti generale nomen eſt: nam & ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt.

a ¶POSSESSIO. Colligi hinc poteſt diffinitio poſſeſſiōis, ut ſit uſus rei à proprietate uel iure ſeparatus. Hinc uſucapio, id eſt acquiſitio, quæ per uſum, hoc eſt poſſeſſionem fit. Aelius quoque Gallus, cuius reſponſa frequenter in Digeſtis citantur[d], *d l.nec utilem C.ex quib. cau.maio.* poſſeſſionem definiuit, eſſe uſum fundi, uel ædificij, atq; ita Feſtus Pomp. refert. Sed & Corn. Fronto. In habente, inquit, onus, in poſſidente uſus eſt. Iccirco autem à iure dixi ſeparari poſſeſſionē, tum ut oſtenderem ab eo uſu, qui ſeruitutis ſpecies eſt, differre: tum etiam, ut eos ſequerer qui poſſeſſionem facti, non iuris eſſe cenſuerunt: quod apertiſſime multis in locis Iuriſconſulti atteſtati ſunt[e]. *e d.l.ne utilē. l.j. §. j. & ij. de acqui. poſs.* Nec quicquam me mouet quod etiam ius poſſeſſionis aliquando legimus, ex facto enim ius oritur, & ius habere is quoq;, qui ex pignore prætorio detinet, dicitur[f]: *f l.ſi finita §. pe. de dam. infe.* nec idcirco conſequens eſt, contrectationem illam eſſe iuris. Summe autem ridiculi uidentur, qui inter acquiſitionem, retentionem, amiſſionemq; poſſeſſionis diſtinguunt: cum hi actus manifeſte ab ipſa poſſeſſione differāt. Sicut procreatio, uita, mors hominis, ab homine differunt, nec qui naſcendo homo fuit, moriendo eſt aſinus. Quapropter ſi cum poſſeſſio acquiritur facti eſt, & acquiſitam, & amiſſam, conſequens eſt facti eſſe[g]. *g l.nemo. C.d' acqui.poſs.* Eius poſſeſſionis duplex eſt ratio, ſeu qualitas: nam cū quis corpore poſſidet, uſumq; rei appræhenſæ percipit, naturaliter poſſidere dicitur: qđ ſi uere ipſe rei non inſiſtat, neq; uſum percipiat, ſed per interpretationem legis, ciuiliter quoq; poſſidet. Qua rōne per fructuarium, & eum qui precario rogauit, poſſidemus[h]; *h l.certe. §.j. de preca.* & licet ipſi naturaliter fundo inſiſtāt, tamen proprie non poſſident, quia nomine noſtro ſunt in prædio[i]. Ciuilis igitur poſſeſſio ſemper iuſta eſt, quoniam lex interpretationem illam, non niſi iuſta ex cauſa adhibet. At naturalis quādoq; iniuſta eſt, ſiue quia res prohibita poſſideri[k], ut liber homo: ſiue quia perſona incapax, ut ſeruus[l]: ſiue cauſa iniuſta: ut raptor: ſiue iure ciuili inualida[m], ut cū pater filio, maritus uxori donat[n]. Et ita ipſe ſentio, licet alij aliter diffuſiſſimis tractatibus, & à quibuſdā recētioribus uſq; ad nauſeā auctis.

IDEM LIB. VII.
Lex CXVI.

QVisquis mihi alius filij filiusue hæres ſit, his uerbis Labeo non uideri filiam contineri, Proculus cōtra: mihi Labeo uidetur uerborū figuram ſequi, Proculus mentē teſtātis. Reſpōdi, nō dubito, quin Labeonis ſententia uera non ſit.

QVISQVIS. Cum teſtator unum ex filijs exhæredem feciſſet, alios etiam poſthumos hac clauſula inſtituit, quiſquis mihi alius filij filiusue hæres ſit: dubitatum fuit, an filia contineretur, & ex proprietate uerbi non contineri Labeo, ſed ex mente Proculus exiſtimauit: quapropter ſi aliquibus coniecturis de contraria mente appareat, Labeonis ſententia obſeruabitur: ueluti cum teſtator proprijs filiabus excluſis, filiū inſtituit, & ſi ſine filijs deceſſerit Sempronium: natis enim filiabus, non deficere conditionem pleriq; exiſtimauerunt: nam cū proprias filias pater excluſerit, ueriſimile eſt multo fortius uoluiſſe ab hæreditate neptes reijci. Sed hoc mihi non ſufficere uidetˉ, proprias enim filias propter filij maſculi maiorē amorem excluſit, at Sempronium teſtator nō ita amaſſe exiſtimandus eſt, ut neptibus ſuis prætulerit: efficacior eſt igitur cōiectura, cum ex lege municipali ab inteſtato ſuccedentes maſculi feminas excludunt: uidetur enim teſtator cum de filijs mentionem fecit eos ad ſucceſſionem uocaſſe, quemadmodum à lege uocantur: præſumpta enim teſtatoris mens, per quam maſculinum concipit femininum, illi præſumptioni cedit, qua ſecundum leges uoluntatem ſuam quemlibet regere[a], accōmodareq; dicimus, & in præſumptionum conflictu illi potius adhæremus, quæ uerborū proprietate defenditur. Cæterum & ſi cōſtitutū ſit uerba teſtamērorum ad literam, & ſine interpretatione intelligi debere, quod filijs relictum erit, filiæ non præſtabitur, atq; hoc Iaſoni[b] uiſum eſt, Sed hac in quæſtione id ipſe nō approba

approbauerim, cum potius credēdum ſit antiquorum exemplo de fœmina quoqꝫ actum fuiſſe. Siquidē Næuius Plautuſqꝫ caſu dandi filijs, non filiabus dixerūt, ut Priſcianus lib. ſeptimo probat: quapropter ſatis uidetur ad literam poſſe accipi de fœminis, ut meritò ſententia Labeonis figurā uerborum cōſiderātis, nihil nos moueat, cum etiā uis uerborum expoſitioni huic nō refragetur, tametſi ex frequētiore uſu fortè aliud ſit ſtatuendum. Additur & à pleriſque alia coniectura, ut ſi in aliqua parte teſtamēti filiorū maſculorum mētionē teſtator feciſſet, ꝙuis alio in loco ſimpliciter filios nominet, uideatur ſemꝑ de maſculis tantū intellexiſſe, ſed id nō omnino uerū eſt, ut infra attingā[c].

c j.l.herēnius.

IDEM LIB. VIII. EPIST.

Lex CXVII.

NOn poteſt uideri minus ſoluiſſe is, aduerſus quem amplioris ſummæ actio non competit.

POMP. LIB. II. AD QV. MVTIVM.

NON POTEST. Finge, decē tibi ex ſorte debebam, ſed propter morā meam intererat tua plus accipere, Iudex me cōdemnauit in ſortē, an ea ſoluta, dicar minus ſoluiſſe: Et hic traditur nō uideri: eius enim quod ex mora debebam, actio nulla tibi competebat, ſed totū officio iudicis cōtinebatur, quod lata ſententia amplius non interponitur[a]. Idemqꝫ eſt in fideiuſſore, qui actionis arbitrariæ nomine intercedit, quod enim propter rei morā ex arbitrio iudex auget, ſi nō ſoluerit, non tamē minus ſoluiſſe uideri poteſt, cū huius damni cauſa nulla aduerſus eum actio competat[b]. Sed pone, aliquis fideiuſſit hoc modo, ex his quæ Titius tibi debet, quanto minus ſoluet, ſpondeo: is Titius miles eſt, ita quod niſi in eo quod facere poteſt conueniri nequit, an fideiuſſor tenebitur[c]? Et puto teneri, aduerſus enim Titium amplioris ſummæ actio mero iure competit, licet per exceptionem illi conſulatur. Sed & ei cui pignoris retinendi ius eſt minus ſolutum uidetur, tametſi actio illi non competat, ut in chirographario[d] creditore, & eo qui ſub pignore mutuauit, & nudo pacto cauit de uſuris[e].

a l.5.C.dep.
b l.fina.de eo quod cer.
c l.ſi cum.de re iud.
d l.j.C.etiam ob chirog.
e l.per retent. C.de uſur.

HOSTES. Nationum aliæ Populo Romano ſubditæ erant, ut prouinciales: aliæ fœderatæ, quo iure quædam ciuitates & in Aſia, & in Hiſpania, alijſqꝫ prouincijs utebantur[a]: ſic etiam Aetolos ſe Romanis iunxiſſe, T. Liuius lib. XXXVII. eſt autor: aliæ penitus liberæ, & ſuis legibus relictæ, niſi quod maieſtatem Pop. Roma. comiter obſeruare tenebātur, ut Maſſilienſes: aliæ hoſtiles, ut Parthi & Germani: quorum illi propter æmulationem, hi pro libertate aduerſus Romanos ſemper pugnauerūt: donec tandē Imperiū euerterūt: Turcæ qui ex Perſide prouenerant, orientale: Gothi, Hunni, Vādali, omnes ex Germania, occidētale: quod tamen Caroli Magni auſpicijs rurſus inſtauratū eſt. Aliæ nec hoſtiles nec aliquo modo illis cōiunctæ[b], ut Scythæ, quos Tartaros uocamus, quiqꝫ Meotim incolunt. At cum Antonini cōſtitutione omnes qui in orbe Romano[c] erāt, ciues Romani effecti ſint, ſeꝗtur omnes Chriſtianos hodie populum Romanum eſſe: quo iure exciderunt qui in Aſia, Aphricaúe, cæteriſqꝫ prouincijs fidem CHRISTI non agnoſcunt: hi enim hoſtes Popu. Rom. ſunt, & ciuitatis Romanæ ius amiſerunt. Hincqꝫ eſt, quod cū Turcis & Sarracenis indictum nobis eſt bellū: ſuntqꝫ uiciſſim iura poſtliminij, & capti in bello efficiuntur capientium. At inter Chriſtianos aliud eſt, cum enim ex lege CHRISTI omnes ſint fratres[d], quæ inter eos mouentur arma, pluſquàm ciuilia ſunt, unde ius poſtliminij in his nō eſt[e]. Hincqꝫ uidemus antiquiſſima cōſuetudine introductum, ut capti libertatem non amittant, ſed præſtita uictori pecunia (λύτρον Græci uocant) ueniam recedendi impetrent. Qua ratione etiam arbitror, capta in huiuſmodi bello, capientium non fieri: & id præſertim in eo, quod forum conſciētiæ uocamus, licet Theologi, uel ματαιολόγοι potius quidam, aliter ſenſerint: niſi ab his capta ſint, qui libertatem ſuam tuentur, & iniuſte ab aliquo Tyranno uexantur: unicuique enim iure naturali permittitur defenſio, quā nec Chriſtiana lex nobis abſtulit: alioquin ſi duo principes de imperio belligerent, ridiculum eſt credere permiſſum eſſe militibus, alterutrius ſubditos ſpoliare, cum eorum nihil interſit, uter regnet: paratiqꝫ ſint illi uictoris imperio obſequi, & quod Petrus in priore epiſtola præcipit, ὑποτάσσεσθε πάσῃ ἀνθρωπίνῃ εἴτε βασιλεῖ εἴτε ἡγεμόσιν διὰ τὸν κύριον.

a l.nō dubito. de capt.
b l.iiij.§.j. de capt.
c l.in orbe.de ſtat.ho.
d xj.q.iij.c. ad mēſam.
e l.ſi quis.§. fi.de capt.

Lex CXVIII.

HOſtes hi ſunt, ꝗ nobis, aut ꝗbus nos publice bellū decreuimus, cęteri latrones, aut prędōes ſūt.

IDEM LIB. III.

Lex CXIX.

HAereditatis ap-

HAEREDITATIS. Nomina iuris alia ſunt particularia, ut obligatio, ſeruitus, dominium: Alia uniuerſalia, ea tripliciter aſſumuntur, aut enim uniuerſitas ſolius

facti ſeu corporū eſt, ut grex, chorus, familia: aut iuris & facti mixtim, ut peculiū, dos, patrimoniū: aut ſolius iuris, ut hæreditas, ea enim nomen ſeruat, etiā ſi nulla corpora hæreditaria ſint[a]: idemq́ arbitror ſi nihil ſit in hæreditate. Vnde ſi quis nec alienum neq́ ſuū æs habēs decedat, poterit ſe ꝓximus agnatus eius hæredem appellare: quãuis in hæreditate nihil omnino ſit: nomē enim hæreditas eſt iuris, per quod perſona defuncti repræſentatur, non autē facultatum.

a l. hæreditas. de pet. hær.

pellatio, ſine dubio continet & dãnoſam hæreditatē: iuris ēm nomen eſt, ſicuti bonorum[a] poſſeſſio.

IDEM LIB. V.

Lex CXX.

VErbis legis XII. tabularū, Is uti legaſſit rei ſuæ ita ius eſto, latiſſima poteſtas tributa uidetur, & hæredis inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoq́ conſtituendi. Sed interpretatione coãguſtatū eſt, uel le-

At peculium, cū ſolius iuris non ſit, ut nomen ſuum habeat, aliquid requirit. Idem in dote & patrimonio. In his uniuerſalibus propter æs alienum non fit deductio corporum, unde ſi ſeruus debeat domino plusquàm ſit in peculio, corpora tamen peculiaria remanent[b] & ſi uxor debeat marito propter expenſas neceſſarias in fundo dotali factas, plus quàm fundus ualeat, remanet tamē ex Pomp. Vlpianiq́ ſentētia fundus dotalis, licet Scæuola omnino deſinere[c], Paulus ſoluta pecunia reuerti in cauſam dotis[d], cenſuerint. Diminuitur tamē uniuerſitas ipſa, licet corpora nō diminuantur, cenſebiturq́ tãtominus in peculio & dote eſſe. Sanè quæ corporum uniuerſalia ſunt, particulariter uēdicari nequeunt, ſed uniuerſaliter: ut grex[e]. At quæ iuris cōmunionem habēt, in uniuerſum nō uendicantur, ſed particulariter: quamobrē nec peculium neq́ dotē uendicamus, ſed rem peculiarem, & fundum dotalem[f].

b l. peculiū. §. pe. de pecul.
c l. qđ dicitur. de impenſ.
d l. ſi is q. §. j. de iur. dot.
e l. uēdicatio. de rei uēd.
f l. ſi peculiū. de pec. leg.

a ¶ BONORVM poſſeſſio. Atqui aliud dicēdum ex ui uerbi uidebatur[g], cum bona deducto ære alieno intelligantur, nec damnoſa eſſe poſſint: ſed in hac compoſitione propriam naturam non ſeruant, cum enim uniuerſas facultates bono. poſſeſſione proſequamur, abſurdum eſſet cōmoda ad nos omnia pertinere, & nulla incommoda[h].

g l. princeps. 3. eod.
h l. iij. de bon. poſ.

VERBIS. In XII. tabulis lex hæc poſita his uerbis fuerat, Is uti legaſſit (id eſt legauerit) ſuæ rei ita ius eſto. Quam legē Iuriſconſultus interpretatur, ut liberam facultatem teſtatori reliquerit, non ad legata ſolum, ſed etiam in hæredis inſtitutione, libertatum datione, tutelarum conſtitutione. Legare enim uerbum, licet ex frequentiore uſu ſimpliciter de his, quæ particulariter uerbis directis in teſtamento relinquuntur, intelligatur: tamen latiorem etiam ſignificationem habuit, idemq́ eſt legare, quod decernere, & mandare: unde & delegare dicimus. In teſtamentis tamen, in quibus uerba ſecundum teſtatorum conſuetudinem accipiũtur, uerbum legãdi obliquum eſt. Vnde in ſubſtitutiōe quam his uerbis filio pupillo pater facit, Quandocunque deceſſerit filius meus, omnia bona mea Titio lego, receptū eſt[a], ut omni tempore pro fideicōmiſſaria accipiatur: niſi ex alia parte teſtamenti aliud appareat[b]. Quid enim ſi aliquando Titium hæredem appellat? quid ſi dixerit Seium in dimidia parte hæredem facio, Titio aliam dimidiam lego[c]? Quid ſi dictum eſſet, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, omnem eius hæreditatem Titio lego[d]? Arguitur enim his caſibus mens teſtatoris directe non per fideicommiſſum inſtituere uolentis. Idem ſi nemine inſtituto hæreditatē ſuam ſe legare dixerit, uidetur enim tunc uerbum legare ad inſtitutionem referri, quod plerique probant[e]. Sed & ſi conſtitutum ſit, ne maritus habens filios aliquid uxori legare poſſit, crediderim inſtitutionē quoq́ uetari, eadem enim eſt ratio, & uerba inferre hoc poſſunt[f], tametſi aliter Cornæus reſponderit[g]. Quomodocunq́ igitur de re ſua quis decreuiſſet, ex XII. tabularum uerbis obſeruandum fuerat. Vnde cum eo iure pater in filios plenam poteſtatem iusq́ necis & uitæ haberet[h], ſi tutores illis conſtituebat, de re ſua decernere dicebatur. Coanguſtata autem fuit hæc poteſtas uarijs legibus & Senatuſconſultis: & in primis Auguſti tempore, ut Dion. ſcribit, C. Falcidius Trib. plebis legem tulit, ne quis plus teſtamento legaret, quàm ut quarta pars hæredibus ſupereſſet. Addit Hieronymus in Chronica Euſebij, quartam partem hæredibus neceſſario relinqui debuiſſe, ſi quatuor aut minus eſſent: ſi autem plus quatuor, medietatē: eo tenore, ut ſiue liberis, ſiue propinquis, uel exteris pater ſua legaret, illa pars quam Falcidius conſtituit, niſi pater interdixerit, & legatis fruentibus, & eiſdē carētibus æqualiter diuideretur. Aelius quoq́ Sentius, & Fuſius Caninius libertatum cōferendarum ius reſtrinxerunt[i].

Nam

Nam ille in fraudem creditorum manumitti uetuit, minoribusque XXV. annis, niſi cauſa cognita, hoc ius non conceſſit. At lege Fuſia[k] quoniã pleriq; nimis liberales, prodigiq; cum morerentur erant, certus fuit conſtitutus numerus, ultra quem teſtamẽto libertas ſeruis dari non poterat: quam rem diffuſe Caius Inſtitutionum libro primo proſequitur. Sed Iuſtiniani conſtitutione aliter cautum eſt, Pegaſiano quoque Senatuſconſulto, & Trebelliano, eadem poteſtas quæ ex XII. competebat, diminuta fuit, tum etiam aliis legibus, quæ teſtamenti factionẽ certis perſonis auferebant. Sed & generaliter proditum eſt, neminem facere poſſe quo minus in ſuo teſtamẽto leges ſibi locum uendicent, ut quamuis teſtatoris uoluntas poteſtati legis æquiparetur[l], nõ tamẽ iuri publico derogare poſſit, quod in his legibus cõſiſtit, quæ bonos mores reſpiciũt, uel certam formam inducunt, uel clauſulam derogatoriam habent[m].

gũ, uel autoritate iura conſtituentium.

IDEM LIB. VI.

Lex CXXI.

Vſura pecuniæ, quam percipimus, in fructu non eſt: quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt: id eſt ex noua obligatione.

IDEM LIB. VIII.

Lex CXXII.

Herennius ait, ſi ita ſcriptum ſit, filio filiiſq; meis hos

VSVRA. Vſura ſortis acceſſio eſt, quæ propter mutuo datæ pecuniæ uſum, uel etiam moram, exigitur. Ea iure ciuili uſque ad legitimum modum permiſſa fuit[a]: ſed diuinis CHRISTI traditionibus omnino prohibita. Cum enim non niſi ab indigentibus, ex quadam neceſſitate, ſub fœnore mutuo pecuniæ acciperentur, accidebat plerunq; ut ipſi propter certitudinem promiſſionis ſoluere tenerẽtur, cum nullos fructus rerum ſuarum percepiſſent, ſicq; ad inopiam redigebantur: quapropter legibus fœnebre hoc malũ temperatũ eſt. At CHRISTVS non conuenire exiſtimauit mutua, quæ amicorum cauſa inducta ſunt, in lucri certitudinem uertere: atque ideo uetuit, ex mutuo quicquam ſperari. Apud Ariſtophanem in Nubibus deſcribitur τόκος (ſic enim à partu uſura dicitur, ſicut à fœtu fœnus) eſſe belua quæpiam, quæ ex proceſſu temporis argentum ſemper numeroſiore fœtura progeneret. Eam in fructu non eſſe, hoc eſt naturaliter ex re non oriri, Iuriſconſultus hic tradit, ſed extrinſecus prouenire. Debetur enim ex alia cauſa, id eſt obligatione, quandoquidem uſuræ ex cõtractu principali non debẽtur[b], ſed opus eſt ſtipulatione: ſunt enim odioſæ, & ideo ex pacto nudo non debentur, ex earum ſolutione obligatio non arguitur[c], ex lapſu temporis earum remiſſio faciliter præſumitur[d]: debentur tamen ex quorundam contractuum natura[e]. Illud cõſtat, quoties ex mora fructus non debentur, nec uſuras deberi. Sanè uſuras quas ex peculio profectitio filius lucratur, nõ eſſe peculii, Oldradus, Albericuſq; exiſtimãt: quoniã hic peruenire extrinſecus dicatur. Sed nõ dubito cõtrariam ſentẽtiam ueriorem eſſe. qualecunque enim lucrum peculio accedit[f], atque ideo ſi pater peculium petat, eas conſequi debebit, & reſtituere: ſed ſi tanquàm uſuras petat, improbe petit[g], ut pleriſque uiſum eſt. In generali tamen peculii conceſſione, non eſt exiſtimandum, mãdaſſe patrem filio ut fœneret: id enim turpe eſſet, & reprobum[h], quod genus mandati in dubio præſumendum non eſt. Extat Plutarchi libellus περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, quo uniuerſam fœnerandi rationem damnat, quòd contra naturæ regulam ſit, quæ eſt, ex nihilo nihil gigni: quòd paupertati unicum eius ſolatium, nempe animi ſecuritatem, aufert: quòd nondum natos fructus deuoret: quòd qui accipiunt ſub uſuris, uorſuram ex uorſura facientes, nunquam ſe extricant: quòd ſimiles Phinei ſint, cui Harpyiæ uictum deuorabant: quod ut plurimum ex luxu æs illud alienum contrahatur: conſulitque potius hæredium quodlibet uendendum, quàm mutuo à Daniſta quicquam accipiendum. Apud nos certe publice intereſſet legem ciuilem obſeruari[i], quæ certum modum fœnerantibus conſtituit, ut qui eum excederent, plecterentur: nam propter Canonum prohibitionem, nõ niſi peſſimus quiſque & impudentiſſimus fœnerat, qui Cambii nomine, uel alio ficto titulo indigentem, atque neceſſitate, quod humaniores non reperiat, compulſum, deglubit: nec epiſcopi & ſacerdotes id hominum genus ullo modo coërcent, ſed adiuuant potius, ſuis quoque pecuniis Daniſtæ in id lucrum clam creditis, quod & diuus Cyprianus conqueritur.

HERENNIVS. Cum teſtator plures filios impuberes habens, ſimpliciter ſcribit,

k Inſt. de l. fuſia can. toll.
l §. diſponat. in authẽ. de nup.
m l. nemo. de leg. j.
a l. eos. C. de uſur.
b l. iij. C. de uſur.
c l. creditor. eod. tit.
d l. cũ quidam §. j. ſ. eo. ti.
e l. uideamus. eo. titu.
f gl. Bal. in l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib.
g 46. di. ſicut.
h l. ſi procuratorum de cõdi. indeb.
i l. eos. C. de uſur.

ſcribit, filio tutores do, propter incertitudinem de omnibus ſenſiſſe uidetur[a]: non enim eſt ratio, cur magis de uno, quàm de alio accipiamus, meritò omnes continentur. At ſi dixerit, filio filijsq; meis, quidam fœminas non comprændi dixerunt, quaſi nominũ maſculini generis geminatio mẽtem eius arguat eiuſmodi eſſe, ut de fœminis nõ intellexerit. Sed id Põponio non placet, quandoquidẽ huius geminationis alia potius cõiectura aſſumẽda ſit: nimirum cum de ſingulari dixiſſet, ad pluralẽ numerum trãſitũ feciſſe, ut omnibus filijs cõſuleret, & ideo à regula non eſſe recedendũ, ut filiorum appellatione filiæ quoq; cõtineãtur. Et hinc ſumi argumentum poteſt, cum in teſtamẽto filiorum maſculorum mẽtionem teſtator fecit, ſi alia in parte ſimpliciter filios nominet, etiam fœminas cõtineri. Quapropter in hac ſubſtitutione, filios meos maſculos inſtituo, ſi ſine filijs deceſſerint, Sempronius hæres eſto: nata filia, Sempronius conditione defectus cenſebitur, ſi enim neptes excludere teſtator uoluiſſet, utiq; qualitatem priorem repetijſſet, ut Ancharanus[b], Ananiasq; reſpondit, idemq; Iaſoni[c] recentioribusq; quibuſdã uiſum eſt. Alijs tamen non idem uidetur, maximeq; cõtrouerſi iuris hæc eſt quæſtio. Sed priorẽ ſententiam ego magis probo, niſi aliqua uerba addita proponãtur, quæ uim repetitionis habeãt, ut cum cõditio ſic cõcipitur, Si deceſſerit ſine filijs maſculis, uel nepotibus: uidetur enim maſculis repetitum[d]. Idem ſi filiabus in re certa inſtitutis, & maſculis hæredibus relictis ſcriptũ ſit, omnes filios meos inuicem ſubſtituo, intelligemus de maſculis[e]. Subſtitutum enim in portionibus hæreditarijs uidetur, quæ nullæ apud filias erant. Quod & in ea ſpecie traditum eſt, cũ dictum eſt. Si quis eorum deceſſerit, portio ſuperſtitibus relinquatur[f]: eorũ enim, id eſt maſculorum, accipimus: qui ipſi hæredes fuere. Sed & in ea conditione, ſi filij mei ſine filijs morientur, uel ex eis unus tantum remaneat, & filios non habeat, tũc ille qui remanſerit filius maſculus, centũ Titio det. Reſpõdit Nicolaus[g] Abbas, ſi fœmina ſuperſit, non uideri conditionem eueniſſe: quoniam licet prius filium ſimpliciter appellauerit, dum tamen paulò inferius addidit, maſculum: ſatis oſtendit de fœmina non intellexiſſe.

*a l. ſi quis ita. de teſt. tut.*

*b Anch. 120.*

*c Iaſ. l. qui filiabus. Alexan. 49. in 4.*

*d Com. conſi. 127.*

*e Bar. l. lucius pen. colũ. de uulg.*

*f Bar. l. fi. ad Treb.*

*g Abb. 37. i j.*

tutores do, maſculis dũtaxat tutores datos: quoniam à ſingulari caſu hoc filio, ad pluralem uidetur tranſiſſe, continẽtem eũdem ſexum[a], quem ſingularis prior poſitus habuiſſet. Sed hoc facti[b], non iuris habet quæſtionem: poteſt enim fieri: ut ſingulari caſu de filio ſenſerit, deinde plenius omnibus liberis[c] proſpexiſſe in tutore dãdo uoluerit: quod magis rationabile eſſe uidetur.

IDEM LIB. XXVI. AD QV. MVT.
Lex CXXIII.

Verbum erit[a], interdũ etiã præteritum, nec ſolũ futurum tẽpus demon

a ¶EVNDEM ſexum. Atqui filijs in dandi caſu, etiam de fœminis intelligitur, ut ex Næuij Plautique autoritate Priſcianus libro ſeptimo docet: Sed Iuriſcõſultus ad temporum ſuorũ frequẽtiorem uſum reſpexit, quo filiabus plerumq; dicebant, non filijs.

b ¶FACTI quæſtionem. Propter incertitudinem uolũtatis teſtatoris, quæ ex coniecturis colligitur, ius uero ſemper certum eſt, unde & articulis iuris reſpondere nõ cogimur[h]. Probabilis tamen in iure eſt dubitatio, propter altercationem ſententiarum, ſuccurriturq; in eo errãti, ſicut ſi in facto erraret[i].

c ¶LIBERIS. Sed an nepotibus: & hic uidetur probari de eis quoq; intelligi: quod tamen falſum eſt[k], cũ teſtator filijs tutores dedit: nec Iuriſconſultus hic uult idem eſſe, ſiue filijs, ſiue liberis dictum ſit: ſed ideo dixit liberis, ut elegantius loqueretur, nec idem uerbum repeteret. Si tamen ſolos duos filios teſtator haberet, & ex alio præmortuo plures nepotes, putarem de eis quoq; ſenſiſſe eum uideri, ne ſubijciendo dictionem filijs, uideatur incontinenti ſe correxiſſe.

VERBVM ERIT. a ¶Explicat Iuriſconſultus, quomodo uerbum erit ad præteritum trahatur: in quo articulo dubitaſſe ueteres legis Attiniæ interpretes, lib. XVII. cap. VII. A. Gellius tradit: qua de re P. Nigidius in hunc modum diſſeruit: Verbum eſſe, atque erit, quando per ſe ponuntur, habent atque retinent tempus ſuum, cum uero præterito iungũtur, uim tẽporis ſui amittũt, & in præteritum cõtendũt: cũ enim dico, in campo eſt, in comitio eſt, tempus inſtãs ſignifico: item cum dico, in campo erit, tempus futurum demõſtro: at cum dico, factum eſt, ſcriptum eſt, ſubreptũ eſt, quanq; uerbum eſt, temporis ſit præſentis, confunditur tamen cum præterito, & nõ minus præſens,

ſens, quàm præteritum oſtendit. Idem cum dico, ſubreptum erit, non duo, ſed unū uerbum eſt, quod unica patiendi declinatione non ſolum futurum, ſed & præteritum indicat, hæc ille. Vnde apertiſſime Iuriſconſulti reſponſum hoc declaratur. Cæterum in iure perquàm ambigua quæſtio eſt, quando ad futurū tempus incerta diſpoſitio producēda ſit: & in his caſibus, quibus ſupra retuli, præſens tempus etiam ad futurum referri[l], dubiū nō eſt multo magis indefinitum referri debere, id enim omnia tempora cōprændere poteſt, propriè tamē de præſenti actū potius intelligitur idq; regulariter obſeruatur. Quapropter in contractu emptiōis, tēpus præſens inſpicitur[m], in reſcriptis, commiſſis, renūtiationibus feriarū, conceſſione ſacerdotiorum, de futuris[n] litibus, ferijs, ſacerdotijs non accipietur: & publicatio bonorum[o], immunitas ædicularū bona præſentia ædiculasq; continebit[p]. Non obſeruatur tamen hæc regula certis caſibus, ueluti in uniuerſalibus, ut ſi quis gregem leget, uel peculiū, capita enim quæ accedunt, etiā gregi imputātur[q]. Idem ſi me familiamq; meā hoſpitari promiſeris, ſi enim mihi familia iuſte augeatur, nihilominus eam recipere debebis[r], niſi magnū tibi damnū immineret[s]. Sed & ſi generaliter omnia bona ſua, uel eorū uſum fructum quis legauerit, in uniuerſum diſpoſuiſſe intelligetur, & iccirco futura bona cōprændet[t]. In priuilegijs quoq; ne cōtra naturam ſuam tēporalia ſint, de ſubrogatis intelligemus, ut ſi antiſtiti cōceſſum ſit, ut quatuor eius clerici, tametſi ab eccleſia abſentes, ſacerdotiorū fructus acquirant[u]. Idemq; quoties de ſolo cōcedentis damno agitur, fit enim pleniſſima interpretatio, atque ideo de futuris quoq; actum cēſetur, ne diuerſum ius hiſdem de rebus conſtituamus[x]. Cæterum & ſi contrahentes futura prouidere potuerunt generaliter de eis quoq; promiſſio accipietur, ut ſi quis promiſerit luminibus non officere[y]. Quod etiam alia ratiōe niti poteſt, qui enim ſibi ita cauet, nō idcirco renuntiare intelligitur, quo minus ſibi liceat ampliores feneſtras facere, abſurdūq; eſſet ſi illis per uicinū obſtrui luminibus liceret: quā rationē in nō diſſimili caſu T. Liuius li. XXI. affert. In fœdere Romanorum Carthaginenſiumq; cautū erat, ne alteri alteris, ſocijsúe bellū inferrent, deinde Romani Saguntinos in ſocios adſciuerunt, quibus Carthaginēſes intulere bellū, quæſitū fuit, an id ex fœdere liceret, uidereturq; futuris ſocijs ea cōuentione proſpectū: qua in re Liuius, Si priore (inquit) fœdere ſtaretur: ſatis cautū erat Saguntinis, ſocijs utrorūq; exceptis, Nam neq; additū erat, Is qui tūc eſſent: nec, ne ꝗ poſtea aſſumerētur. Et cū aſſumere nouos liceret ſocios, quis æquum cēſeret, aut ob nulla quenq; merita in amicitiā recipi, aut receptos in fidē nō defendi? Tantū ne Carthaginēſium ſocij aut ſolicitarētur ad defectionem, aut ſua ſponte deſciſcētes reciperētur. Angelus[z] in propoſita ſpecie ideo ad futuros ſocios fœdus trahi exiſtimauit, quoniā mutua promiſſio eſt, quę utriq; utilis eſſe poteſt. Sed ipſe etiam ſi ab altera tātum parte promiſſum ſit idē opinor[a], quod & frequentius[b] receptum uidetur[c].

b ¶CODICILLIS. Legata codicillis iure ueteri dari nō poterāt, ut inſtitutionū lib. II. Caius ſcribit, & ex recētioribus aliqui[d] tradiderunt, niſi hi codicilli teſtamēto cōfirmati eſſent. Pone ergo ſic in teſtamēto dictū, quod in codicillis ſcriptū erit, uel quod quibuſq; tabulis reliquero, ualere uolo: Intelligentur hæc uerba, cum moriar quodcunq; codicillis uel tabulis reperietur ſcriptum[e], ſiue ante teſtamentum ſcriptæ ſint tabulæ, ſiue poſt.

ſtrat: quod eſt nobis neceſſarium ſcire, & cum codicilli ita confirmati teſtamēto fuerint, qd' in codicillis[b] ſcriptū erit: utrúmne futuri tēporis demōſtratio fiat, an etiam præteriti, ſi ante ſcriptos codicillos qs relinquat, quod quidē ex uoluntate ſcribentis interpretādū eſt. Quemadmodū autē hoc uerbum eſt, non ſolum præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat, ita & hoc uerbum erit, nō ſolum futurum, ſed interdum etiam præteritum tēpus demōſtrat. Nam cum dicimus, L. Titius ſolutus eſt ab obligatiōe, & præteritū & præſens ſignificamus, ſicut hoc, L. Titius alligatus eſt. Et idem erit, cū ita loquimur, Troia capta eſt, non enim ad præſentis facti demōſtrationem refert hic ſermo, ſed ad præteritum.

### PROCVLVS LIB. V. EPIST.

### Lex CXXIIII.

HAec uerba, ille aut[a] ille, non ſo-

HAEC uerba, ille. a ¶Diſiunctiua eſt quæ inter cōtraria ponit, quorum uno poſito,

l l. uerbū oportet. §. co.
m l. rutilia. de cōtra. emp.
n Iaſ. l. ſi ſtip. fu. §. j. ʒ. de uerb. obl.
o l. ſi tibi. §. is cuius. ʒ. mā.
p c. cū capella de priuil.
q l. grege. de lega. j.
r Alexā. 178. in ij.
s c. quanto. de cenſib.
t l. quoties. §. fi. de uſufr.
u Gem. c. fi. e. tit. in 6.
x c. qa circa. de priuil.
y l. ſi ſeruitus. ʒ. d'ſer. urb.
z conſil. 260. 292.
a argu. d. l. ſi ſeruitus.
b Ioan. and. in rub. de treu. in Spec.
c Iaſ. d. §. cū ſtipulamur.
d Raph. Aret. l. j. de leg. j.
e l. plotiana. de iur. cod.

poſito, alterũ tollitur, ſublato ponitur. Subdiſiunctiua eſt quæ diuerſa diuidit, ſiue ea ſimul eſſe poſſint, ſiue non poſſint. Intelligo autem hoc in loco contraria, quæ nullo medio inuicem repugnãt: diuerſa quæ medium habent, ut ſedere, & ambulare: medium enim eſt accumbere, & ſtare. Idem ſi inuicẽ nõ repugnent, ut in homine actiua & paſſiua qualitas: ſed & quoties ſenſus cõiungitur licet uerba diſiungantur, ſubdiſiunctiua eſt, ut Alexander ſiue Paris[a]. Idemq́ſi aurum uel argẽtum à te petam, non enim alterum peto ut alterum excludam, cum utrũq; ſim paratus accipere. Communi autem uocabulo tam diſiunctiuã quam ſub diſiũctiuam, recentiores alternatiuã uocãt, quam uocem non omnino barbarã exiſtimo, ſed ueteribus quibuſdam uſitatam.

*a Bar. in rub. C. de nauic. lib. xj.*

b ¶ AVT dies. Hinc argumentũ colligitur quoties diei fit mentio ad differentiam noctis, de naturali intelligi, non de ciuili. Eſt autem naturalis ab ortu ad occaſum ſolis, ut Cenſorinus tradit: quapropter poſt occaſum, tametſi lux aliqua adſit, nox dicitur, ſicut & ante ortum albeſcente cœlo: idq; pleriſq; uiſum eſt[b].

*b Bar. l. aut facta. §. tẽpus ʒ. de pœn.*

c ¶ POSITO altero. Natura enim oppoſitorum eſt, ut ſe inuicem tollant: non ut ponant: hincq; ſolemus dicere, contrariorũ contrariam iuris diſpoſitionem eſſe: quod uerum ſi contraria inuicem ratione nitantur[c], alioquin ſi eadẽ utriuſq; eſt ratio, tunc eadem cõtrariorum, ut uulgò dicitur, eſt diſciplina.

*c l. fuit. de acqui. hære.*

d ¶ ITA ſimili. Caſtior lectio, item.

e ¶ FINIBVS. Id eſt terminis, ſunt autẽ termini prædicatiuarum partes, uerbaq; quibus propoſitio connectitur. Sed hic finibus uſus eſt Iuriſconſultus, ut oſtẽderet, inter has propoſitiones medium quiddam eſſe, atque ideo inter diuerſa, non inter contraria ſubdiſiunctiuam poni.

f ¶ ACCVMBIT, Qui iacet. Occumbit, qui in faciem cadit: hinc milites q̃ morientes mordicus humum captabãt, occumbere dicebãtur. Incubat, qui fouet, hinc gallina incubatrix.

g ¶ AVT FAcit. Accurſius ridicule ad coitum hæc refert, cũ Iuriſcõſultus uelit, in quocunq; animali eſſe affectus, ſeu qualitates, actiuas & paſſiuas: q̃d à dialecticis acceptum eſt, qui in ſubiecto has x. prædicationes cõſtituunt, Subſtantiam, Qualitatem, Quantitatem, Relationẽ, Locum, Tempus, Situm, Habitum, Actionem, Paſſionem: quæ ſi quis intelligere cupit: librũ Ariſtotelis περὶ κατηγορίας conſulat. Sanè & Plutarchus hiſtoricæ narrationis argumenta hæc eſſe prodidit, Perſonam, Cauſam, Locum, Tempus, Inſtrumentum, Actionem, Perpeſſionem, Modum. Qua in diſtinctione Ariſtotelem uidetur imitatus.

lum diſiunctiua, ſed etiam ſubdiſiunctiua orationis ſunt. Diſiũctiuum eſt, ueluti cũ dicimus, aut dies[b] aut nox eſt: quorum poſito altero[c], neceſſe eſt tolli alterũ: itẽ ſublato altero, poni alterum. Ita ſimili[d] figuratiõe uerbũ aut, poteſt eſſe ſubdiſiunctiuum. Subdiſiũctiuorũ autem genera ſunt duo: unũ, cum ex ꝓpoſitis finibus[e], ita nõ poteſt utrũq; eſſe, ut poſſit neutrũ eſſe: ueluti cum dicimus, aut ſedet aut ambulat: nam ut nemo poteſt utrumq; ſimul facere, ita aliq̃s poteſt neutrũ, ueluti is qui accumbit[f]. Alterius generis eſt, cũ ex propoſitis finibus ita nõ poteſt neutrũ eſſe, ut poſſit eẽ utrũq;: ueluti cũ dicimus, omne animal aut facit[g] aut patit̃: nullũ em̃ animal eſt, quod nec faciat nec patiatur: at poteſt ſimul & pati & facere.

## IDEM LIB. V. EPIST.

### Lex CXXV.

NEpos Proculo ſuo S. Ab eo q̃ ita dotem tibi promiſit: cũ commodũ erit dotis filiæ meæ tibi erũt aurei C. putáſne protinus nuptijs factis, dotẽ peti poſſe? quid ſi ita ꝓmiſiſſet, cum potero doti tibi erunt C? quod ſi aliquã uim habeat poſterior obligatio, poſ

NEPOS. Cum ſocer genero dotem promittit cum poterit, uel commodũ erit, uel cõmodiſſimum[a]: intelligitur cũ deducto ære alieno: & ſalua dignitate poterit: atq; ita omnes hoc reſponſum interpretantur, quamuis Proculus aperte non explicet, an illa promiſſio, cũ potero, omnino idem polleat quod, cum commodum erit: potuitq́ probabiliter dubitari, quoniam ſocer qui ſimpliciter dotem promiſit, nõ niſi in id quod facere poteſt damnatur, nec tamen æs alienum deducitur[b]: ergo huiuſmodi promiſſio eadem ratione extante ære alieno uidebatur intelligẽda.

*a l. [illegible]*

*b l. [illegible]*

Accedit

Accedit his quod de fauore dotis hic agitur, quam ſolidam ſolui publice intereſt, & pro qua in ambiguis pronuntiandum eſt. Sed tamen ex coniectura mentis aliter Proculo uiſum eſt, ut plerięq omnes interpretantur.

ſit[a] uerbum, quomodo ĩterpretaris, utrũ ære alieno deducto, an extante? Proculus putat, cũ dotem quis ita promiſit: cũ potero doti tibi erũt C. exiſtimo ad id quod actum[b] eſt, interpretationem redigendam eſſe: nã qui ambigue[c] loquitur, id loquitur, quod ex his quæ ſignificãtur ſenſit[d]: proprius eſt tamen, ut eum hoc ſenſiſſe exiſtimem, deducto ære alieno potero[e]. Poteſt & illa accipi ſignificatio, cum ſalua dignitate[f] mea potero: quæ interpretatio magis accipiẽda eſt, ſi ita promiſſum eſt, cum cõmodum erit, hoc eſt, cum ſine incommodo meo potero.

a ¶ POSSIT. Significat id uerbum ſimplicẽ potentiam, nulli neceſſitati ſubiectã, idq́ ex ſermonis proprietate, à qua tamen ex coniectura mentis quã doq́ recedimus: ut cũ teſtator hæredi diligentem agrorum curã mãdat, ut ad filios peruenire poſſint: his enim uerbis fideicõmiſſi neceſſitas inducit[c], quoniam in fideicommiſſis nihil refert, quẽadmodum uerba concipiantur, dum mẽs colligi poſſit. Sed & ſi quis ſeruum liberũ eſſe uelit, cum decem hæredi dare poterit, niſi res ipſa detur, libertas nõ competet[d]: non enim conditio ſolius dilationis cauſa adiecta uidetur, ſed ut hæredi quoq́ conſultum ſit. In caſu quoq́ noſtro, cum quis daturum ſe ſpondet cũ poterit, interpretatiõe promiſſionem moderamur, quoniam non uidetur promiſiſſe, quod cum ſummo incommodo facere poteſt[e]. Quoties uero negatiua cõiunctio id uerbum præcedit, præciſam neceſſitatem inducit, generaliterq́ modũ omnem remouet, ũde effici diſpoſitio poſſet[f]. Quod tamẽ ex ſubiecti argumenti natura quandoq́ non recipitur, ut cum Rom. Pontifex ſe non poſſe diſpẽſare ait[g]: intelligitur enim, niſi ex iuſta cauſa, uel cum id quod ad ſuam notitiam perueniſſet, non potuiſſe uicinos latere affirmat[h]: accipiemus enim nõ potuit, id eſt non potuiſſe præſumitur. Sed & quamuis lex pupillum nõ obligari dicat[i], uel alteri ſtipulari alterum nõ poſſe[k], naturalem tamen obligationem non prohiberi interpretabimur.

c l.fid.§.hæc ueri a.de lega.iij.
d l.iij.§.ſi qs ſic accep.de ſtatulib.
e glo.l.ij. de an.leg.
f gl.c.j.de re gu.iur.in 6.
g c.literas.de reſti.ſpo.
h c.quanto.de præſu.
i l.obligari. de auto.tut.
k §.alteri. inſti.de inuti. ſtipu.

b ¶ ID QVOD actum. Cum enim uerba ſenſum noſtrum exprimant, is in primis ſpectandus eſt. Vnde in cõtractibus illud obſeruabimus, quod ueriſimile eſt à partibus fuiſſe actum: quod ſi uerba huiuſmodi ſint, ut ueriſimile ſit, alteram partium uno modo, alterã alio intellexiſſe, cõtra eum fiet interpretatio, qui legẽ potuit apertius dicere. Quapropter contra uenditorem[l], locatorem, ſtipulatorẽ[m] in dubio intelligemus, ut ei faueamus qui ſe obligat, ſatis aperte locutus tamen uidetur, qui generali uſus eſt uerbo[n].

l l. ueteribus. de pac.
m l. quicqd. de uerb. obl.
n l.i lege. loc.

c ¶ AMBIGVE. Chryſippus omne uerbũ ambiguum natura eſſe ait, quoniam ex eodẽ duo uel plura accipi poſſunt. Diodorus autẽ, cui Crono cognomẽtum fuit, Nullum, inquit, uerbum eſt ambiguum, nec quiſquam ambiguũ dicit aut ſentit, nec aliud dici uideri debet, quã quod ſe dicere ſentit is qui dicit: at cum ego, inquit, aliud ſẽſi, tu aliud accepiſti, obſcure magis dictũ, quã ambigue uideri poteſt, ambigui enim uerbi natura illa eſſe debuit, ut qui diceret duo uel plura diceret, nemo autem duo uel plura dicit, qui ſe ſentit unũ dicere. Hæc A. Gellius lib. XI. cap. XII. Sed ego ambiguũ eſſe accepi, quod in ambas partes agi poteſt: obſcurũ, quod in quãplurimas: ut ſi quis leget fundũ, quàmplures enim ſunt fundi: cõfunditur tamen ab autoribus plerumq́ hæc differentia.

d ¶ SENSIT. In primis tamen cõſideranda ſunt uerba, à quorum propria ſignificatione non eſt recedendum[o], niſi de mente conſtet expreſſa, uel etiam præſumpta[p]. Idẽ cum in ſuperuenienti caſu ſi de eo cogitatum eſſet ueriſimile fuerit teſtatorem aliquo modo diſpoſiturum[q]: id enim in teſtamentis obſeruatur, dum uerba non repugnent. Quod ſi uerba certa ſint & clara, ab eis nunquam recedimus[r], tametſi alia uoluntas teſtatoris allegetur[s]: non enim ſufficit uoluntas, niſi diſpoſitio ſeu actus ipſe accedit.

o l. non aliter. de leg. iij.
p l. cum auus. de condi.
q l. tale. in fi. de pac.
r l. labeo. de ſup. leg.
s l. quidã. de hære. inſt.

e ¶ POTERO. Sed hoc nõ ſufficit, quum euenire poſſit, ut deducto ære alieno, adhuc cõmode ſoluere nequeat: unde prior hæc interpretatio, ei quæ ſubſeqtur, cõiungẽda eſt.

f ¶ DIGNITATE. Id eſt cõmodo. Nam ſi miles eſt, ei relinquẽda ſunt arma, ſicut ſcholaſticis libri, quod Accurſius tradit: nec enim huiuſmodi inſtrumẽta in obligatione generali cõpræenduntur, nec in his Seruiana locũ ſibi uendicat[t]. Hincq́ argumentum accipitur, quoties priuilegium quis habet ne condẽnetur,

t Iaſ. §. item ſerui. inſtit. de act.

demnetur, niſi quatenus facere poſſit, debere ita fieri deductionē ne egeat, relinquēdúmq; ei eſſe, unde ſecundum dignitatem ſuam, honeſte cum familia ſua uiuere poſſit, quod pleriſque uiſum eſt [u]; poterunt tamen quæ ad molliciem pompámue pertinent omnia auferri, ut mulæ īſtratæ, quę urbem perambulandi cauſa ſolum habētur, ſerica ueſtis, tapetia, idqúe genus ſimilia, nec enim apud ſeueros & graues uiros quiſquam minoris autoritatis eſt, quia huiuſmodi non habeat.

u Are. cōſ. 17. pen. col.

SICVM fundum. Cū quis rem uendit, liberam uendere tenetur, uel emptorē admonere, quod ſi ſe uti optimus maximúsque eſt, fundum uendere dixerit, fit huiuſmodi uerborum ea interpretatio, ut ab omnibus ſeruitutibus liberum tradere uideatur: ſed ſi ſubdiderit clauſulam illam, quæ in pleriſq; inſtrumentis ſolet apponi, uidelicet, Ius fundi deterius per dominum factum nō eſſe, præcedentia ſecundum hanc declarantur, generaliſq; clauſula à ſubſequenti declarationem accipit. Cum enim conſtet hoc actū, ut ius fundi diminutum non ſit, ſi tradatur uti optimus maximus eſt fundus, fit relatio ad id quod actum eſt: dictio enim uti ad aliud relatiua eſt, non ex ſe diſpoſitiua [a].

a l. j. uti poſſ.

IDEM LIB. VI.

Lex CXXVI.

SI cum fundum tibi darem, legem ita dixi, uti optimus maximusq; eſſet, & adieci ius fundi [a] deterius factum nō eſſe [b], per dominū id præſtabitur [c], amplius eo prǽſtabitur nihil: etiam ſi prior pars, qua ſcriptum eſt, uti optimus maximusq; ſit, liberum eſſe ſignificat: eoq; ſi poſterior [d] pars adiecta nō eſſet, liberum præſtare deberem: tamē inferiore parte ſatis me liberatū puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præſtare debeam, quàm ius fundi per dominū deterius factum non eſſe.

CALLISTRATVS LIB. IIII. DE COGNITIONIB.

Lex CXXVII.

VEſtis [a] appellatione tam uirilis, quàm muliebris, & ſcenica, etiam ſi tragœdica: aut cytha

a ¶IVS FVNDI. Clauſula hæc eadē eſt cum ea, quam tabelliones barbare pro dato, & facto ſuo tantum appellant: quam ſi uenditor in contractu appoſuit, nihilominus ſucceſſoris quoq; ſui factū promiſiſſe uidebitur, cenſetur enim is eadem perſona: qua ratione ſi res ex facto quoq; autoris ſui euincatur, uēditor obligatus erit [b]; uidetur enim ſolū euictio, quæ ab extraneis fieret, excepta [c]. Quapropter & ſi ex facto autoris ſingularis euincatur, uenditor non tenebitur, is enim uenditori extraneus cenſetur, cum in eum perſonales actiones non tranſierint [d].

b ¶NON eſſe, per dominum. Concepit Iuriſconſultus uerba clauſulæ in tertiam perſonam, alioqui uēditor ſolet dicere, ius deterius per ſe factum non eſſe.

c ¶PRAESTABITVR. Alij codices, id præſtabitur, & caſtigatius.

d ¶POSTERIOR. Subſequēs ergo clauſula præcedētē generalē reſtringit, qđ uerū eſt, quoties præcedens ad ſequētē ſe refert [e], ut in hoc reſpōſo, uel aliàs ambigua incertaq; eſt: idem ſi utraq; clauſula ab eodē uerbo regimen, determinationēq; accipiat [f]. Sed & ne poſterior ſpecialis diſpoſitio fruſtra adijceretur, præcedentem generalē arctari dixit Bald. [g] Quod tamen nō omnino uerū eſt, attendimuſq; in uniuerſum rei geſtæ rationē, à qua dubium non eſt quamlibet diſpoſitionē regulari, ut ubi ceſſet ratio, & diſpoſitio quoque ceſſet: ceſſare autem non dicetur, ſi aliquo modo applicari negotio poſſit. Ecce, lex Iulia quo facilius per quæſtionem explorari de adulterio dominæ poſſit, uetuit intra certū diem ſeruos manumitti, an de eo quoq; ſeruo intelligemus, qui abſens fuit? Et receptum eſt, hunc etiam cōtineri [h]: nō enim omnino ratio ceſſat, cum is de priori uita atteſtari poſſit, unde ſubſequentis indicia aſſumuntur [i]. Adde quod ſi dubitaretur, abſens an præſens fuiſſet, iudices ut libertati fauerēt, potius abſentē pronuntiaſſent, exemiſſentq; quæſtioni [k], quod præter legiſlatoris mētem accidiſſet. Sanè & illud conſtat, ex ſcripturæ proximitate ſumi plerumque rationis mentiſq; coniecturam [l].

b l. ſtip. iſta. in prin. in uerbo. obl.

c Bar. l. ſi ſeruus. de cōdi. fur.

d Crem. ſing. 157.

VESTIS. a ¶Veſtimentorum alia uirilia, alia muliebria, alia cōmunia uiris mulieribuſq; ſunt: ea igitur omnia ueſtis appellatione continentur. Sumpta autem uidetur hæc uox à Græco ſermone ἐσθής. Addit Iuriſcōſultus etiam ſcenicas, tragœdicas, comœdicaſq; cōtineri. Solebant enim in ſcena uſui eſſe pleraq; indumenta, quæ à choragis aſſumebātur, quæq; præbenda ædiles locabant, ut eſt apud Plaut. in Perſa. De huiuſmodi

modi ueſtimentis nõ pauca prodidit Iul. Pollux onomaſticon libro IIII. ubi Tragicas ueſtes his deorum heroumq́ꝫ perſonis aptas refert,quæ repræſentabantur: ſicut & comicas,quales in ſeruis palliolum album,coquis duplum & rude, aniculis ueſtis gilua,uel cœleſtis coloris, iuuenibus byſſina, lenonibus tunica florida, & circumplexa,paraſitis nigra uel fuſca, ruſticis pellis caprina, adulefcentibus purpurea.

rœdica[b] ſit,continet.

VLPIANVS AD LEGEM IVL. PAPI.

b ¶CYTHAROEDICA. Suas cytharœdis ueſtes,ſuasq́ꝫ item aulœdis,tragœdisq́ꝫ fuiſſe, Lucianus in Cynico oſtendit. Intelligi autem hinc poteſt, Thumelicorum ornamenta, à cæterorum indumentis diuerſa extitiſſe. Thymelici uero ſunt fidicines, cythariſtæ,lyriſtæ, Tibicines,qui in orcheſtra actiones ſuas peragebant,ſunt hyſtriones in ſcena, ut M. Vitruuius eſt autor. Quamuis igitur hæc indumenta certis ſolũ actibus uſui ſunt, ueſtium tamen appellatione continentur. Quapropter cum hodie ſub ueris initio, ex antiquorum conſuetudine, cuius hiſtoriæ libro primo Herodianus meminit, ſoleant iuuenes perſonati choreas & ludicra exercere, legatis ueſtibus,de eis quoq́ꝫ intelligeť, quæ in eum uſum paratæ ſunt, ſiue uerſicolores, ſeu uirgatæ,ſeu quoquo alio modo ſint.

SPADONVM. a ¶Spadonum uaria ſunt genera: Caſtrati qui penitus nõ arrigunt,ſiue quia naturaliter ſine teſtibus progeniti ſunt, ſiue quia ante pubertatem omnino exciſi: Thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt, θλάω enim frango ſignificat,hi & θλαδίαι dicuntur: Thlibiæ qui attritos eos habent, ἀπὸ τοῦ θλίβειν: Eunuchi,qui τὴν εὐνὴν, id eſt lectum uirginũ cuſtodiunt,alij quod bonæ ſint mẽtis εὖ νόου, & à uenereis ſemotæ, dictos autumant, his enim non ſolum teſtes, ſed & totus coles ipſe ſolebat amputari. Lucianus in Pãphilo hoc diſtare eunuchos à ſpadonibus ait, quòd eunuchi ab ipſo ſtatim ortu exſecti, nihil uirile unquam experiri potuerunt, quo ſenſu uidentur hi Græcis eſſe eunuchi, qui apud Latinos ſunt caſtrati. Sũt & qui aliqua ægritudine teſtium uſum amiſerunt,ſunt qui uno tantum teſte nati ſunt,ſunt & quibus cũ uterque adeſſet, altero exſecti ſunt. Caſtrari quoq́ꝫ mulieres in Lydia repertũ eſt: has autem omnes ſpecies ſpadonis appellatione cõprændi, Iuriſconſultus hic tradit. Erant planè apud ueteres in pretio hi ſpadones, habebanturq́ꝫ pueri in delitijs, ut Bagoi regibus Perſarum, Ligdus Druſo, Sporus Neroni: quod & in Aſia hodie frequentatur. Sed & mulieribus quoq́ꝫ ſubſeruiebãt, quæ iniri uolebant,non parere,quod Satyra VI. Iuuenalis cõqueritur: nec enim rei ueneræ ſpadones omnes abſtinẽtes ſunt: nã qbus unus teſtis relictus eſt, etiam generant[a], ſed & qui puberes exſecti ſunt,& hepate ſunt feruentiore,uaſaq́ꝫ genitalia capaciora poſſidẽt, hi coëunt, licet nõ generent,uocanturq́ꝫ Græcis ἡμιτελεῖς εὐνοῦχοι.

Lex CXXVIII.

SPadonum[a] generalis appellatio eſt,quo nomine tam

Qui igitur coire queunt,hi & uxorem ducere poſſunt[b],& adoptare[c],& poſthumum[d] inſtituere: at qui non poſſunt, hi caſtrati, id eſt caſti facti dicuntur,qui cum non arrigãt, nec ducere uxorem,nec adoptare queũt. Accurſius & eum ſequuti cæteri recentiores,caſtratos ſolũ intelligunt,qui naturaliter ſine teſtibus ſunt,unde & uulgatũ extat carmen,

Caſtratos natura facit,uiolẽta Spadones
Improbitas,amor Eunuchos, & fœda libido.

Sed ex Latinis autoribus apertiſſime oſtenditur,etiam caſtratos dici,quibus ferro diminuta ſunt uirilia[e]: unde rectius eſt caſtratos interpretari caſtos ſiue natura non arrigant,ſiue quia omnino ſpadones ſint. Habẽturq́ꝫ hi pro uitioſis[f], & in his locus eſt redhibitioni. Sanè uetuit Domitianus Impera. edicto, ne pueri caſtrarentur[g], quod & Conſtantij lege eſt cautum: eſtq́ꝫ inde publicum iudicium ex lege Cornelia cõſtitutum, quod & in his qui Thlibias faciunt locum ſibi uendicat[h], ſiue libidinis, ſiue commercij cauſa factum proponatur. Fuere autem apud ueteres eunuchi aliqui inſignes uiri,ut Phauorinus Philoſophus Arelatenſis, quæ urbs eſt iuxta Eridanum,ut eſt apud Philoſtratum. Sed Oppianus ἁλιευτικῶν libro III. oſtẽdit, Eridanum à Græcis quoque dici, qui apud nos Rhodanus. Narſes quoq́ꝫ Iuſtiniani Dux, qui Gothos Italia expulit, ſpado fuit. Celebrat & Amianus Marcellinus lib. XVI. Enterium cubiculo Conſtantij Cæſaris præpoſitum, qui ſicut inter uepres roſæ naſcũtur, & inter feras nonnullæ miteſcunt, ita ipſe inter ſpadones recti exempli fuit. Quapropter poſſe ſpadones eunuchosq́ꝫ ad quamcunque dignitatem aſſumi non dubitauerim, tametſi Lucianus tempore ſuo,an ad Doctoris officium deligi poſſent, dubitatum tradat, & propter iudicum uarias ſententias rem ampliatam. Sed & Suidas iratum Theodoſiũ Antiocho

a l.põp. in fi. de ædi. edi.
b l. ſi ſerua. in fin. de iur. dot.
c §. ſed & illud. inſti. de adop.
d l. 6. §. de lib. & poſth.
e l. ſi ſeruus. §. & ſi puerum. 3. ad. l. aquil.
f d. l. pompo. & l. ſeq.
g l. j. C. de eunuch.
h l. 3. 4. 5. de ſicar.

præpoſito ſcribit edictum protuliſſe ne inter patritios eſſent eunuchi.

b ¶ NATVRA. Cum his diuulſi teſtes non ſint, uidebatur ſpadonis nomen non cōuenire: deducitur enim hæc uox παρὰ τὸ ἀποσπᾶν, id eſt, ab euellēdo, ut eſt in etymologico magno: qua ratione & ἐκτομίαι appellātur, quaſi exſectos dicas, ſicq́ue eos Pau. Aegineta libro VI. appellat, quibus uero colliſi ſunt eunuchos. Infantes eñ, inquit, pelui inſidere faciūt, & flacceſcētibus ob calidæ aquæ calorem corpuſculis, digitis teſticulos collidunt, quoad euaneſcant, nec contrectari amplius poſſint.

hi qui natura[b] ſpadones ſunt, itē thlibiæ thlaſiæq́ue, ſed & ſi qd' aliud genus ſpadonū eſt, cōtinetur.

PAVLVS LIBRO II. AD LEG. IVL. ET PAP.

Lex CXXIX.

QVi mortui[a] naſcuntur, neque nati, neque procreati uidentur: quia nunquam liberi[b] appellari potuerunt.

VLPIANVS LIBRO II. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM

Lex CXXX.

LEge obuenire hæreditatem, non improprie quis dixerit, etiam eam quæ ex teſtamento defer-

QVI MORTVI. a ¶ Eos qui mortui naſcuntur, non uideri unquam natos conſtat, & ideo teſtamentum eorum præteritione non rumpi certum eſt. Sed illud eſt dubium, quid ſi uiui nati ſunt, eiuſmodi tamen ut ſecundū naturam uiuere nō poſſent, ut ſi ante ſeptimum menſem[a]? Et crebrius receptum eſt, nō rumpere. Quoniam lex abortiuos præteritos non rumpere teſtamentū ait: nec dubium eſt quin abortiui dicantur[b], tametſi uiui nati ſint, nā & conſtat huiuſmodi filios non eſſe perfectos[c], qui tamē ut rumpant perfecte debuerunt naſci[d], & ad orbem deuolui. Sed quid ſi legitimo tēpore infans natus eſt, ſed antequam omnino de uentre extraheretur, puta cum pede adhuc retineretur, extinctus eſt? Et idem eſſe receptum eſt, non enim perfecte natus eſt, niſi inciſo aliquo membro uiuus extractus eſſet[e], perfectus enim dicitur, ſicut & uir manu amputata, nō ideo minus perfectam hominis ſubſtantiam in ſe habet[f]. Quid ſi mater legitimo tempore æditum contendat, & hæredes teſtamento inſtituti abortiuum dicant? Et non arbitror matri credendum, niſi ex medicorum obſtetricumq́ſ ſententia[g]. Sanè qui octauo menſe naſcitur, ſecundum naturam uiuere non poteſt, idq́ Medicinæ autoribus receptiſſimum eſt, hoc autem in tractatu ex curſu Lunæ cōſiderandi uidentur menſes, non autem habito reſpectu anni quem Cæſar ordinauit: nō enim de eo Hippocrates cæteriq́ antiquiſſimi medici diuinare potuerunt.

a in.l.qd' dicitur.ſ.de lib. & poſt.
b l.uxoris.C. de poſth.hæred.
c Socy.i.l.cū auus.in fi.
d l.iij.C.de poſthu.hære.
e d.l.iij.
f d.l.quod dicitur.
g Bart.l.gallus.in prin.

b ¶ LIBERI. Non procedit tamen hoc cum conditio fauorem matris reſpicit ueluti in illa, Arethuſa ſi liberos pepererit libera eſto: cum enim etiam ſi mōſtrum enixa ſit libertatem cōſequatur, quia non eſt quod ſibi imputetur[h]. Idem cenſendū ſi mortuū, uel debilē, uel imperfectum pariat.

LEGE obuenire. Legitima hæreditas proprie dicitur, quæ ab inteſtato defertur[a], quoniā eam lex ipſa abſq́ facto hominis defert. Sed & quæ ex teſtamento defert, legitima quoq́, non improprie, latiore tamen ſenſu, dicetur: ea enim à lege XII. tab. confirmatur, dum in illa conſtitutum eſt, uti quis rei ſuæ legaſſet, ita ius eſſe[b]. Eſt & iuſta hæreditas, quæ iure ſanguinis gentilitatiſq́ defertur[c], ea enim omni æquitate ſuggerente, & omni iure, tam naturali, quàm ciuili debita eſt, & ideo iuſta dicitur, quoniam id nomen emphaſim quādam habet, quale apud Græcos ἀνηρὸς uel ἱκνούμενον. Inde dicimus teſtamentū[d] eſſe iuſtam ſententiam, id eſt perquàm ſolennem & plenam, iuſtos liberos[e] ex uera uxore genitos, iuſtam uxorem[f] omni legum perfecta ſolēnitate ductam, iuſtum pactum, quod uulgò ueſtitum dicimus[g], & ſtipulatione roboratum, iuſtum amorem, apud Tibullum immenſum, & omnes Cupidinis uires cōplectentem, iuſtum prælium, Liuio magnum, & ſtataria pugna certatum. Sic & Apuleius in apologia ſecunda: Sciebat, inquit, inteſtati pueri legitimum magis quàm iuſtum hæredem ſe futurum: quod & Paradoxorum lib. IIII. latius proſequutus ſum. Igitur ſi de iuſta hæreditate qualiſcunq́ diſpoſitio mentionem faciat, de ea intelligemus, quæ ab inteſtato defertur. Si uero de legitima dictum ſit, utranq́ contineri ex ui uerborum cōſtat. Et ideo qui ſibi & hæredibus ſuis legitimis ſtipulatur, etiam de his ſenſiſſe uidetur, qui tametſi extranei, teſtamento hæredes inſtituti fuerint: licet Alexandro[h] aliter uiſum ſit, cuius ſententia uera non eſt, niſi ex ſubiecto argumento hoc perſuadeatur, ut ſi quis in regno Titium & eius legitimam ſucceſſionem inſtituat

i Abb. cõſ. 3. ĩ iij. dub. in ij. lib. inſtituat[i]: accipietur enim de filijs primogenitis hæredibus, quoniam natura ſucceſſiõis huiuſmodi, hoc indicat. Idem ſi teſtator ueriſimiliter aliquo modo afficitur hæredis ſui agnatis, quos prima ſpes ſucceſſionis attingit, his enim uerbis de huiuſmodi propinquis intellexiſſe uidetur[k].

k l. ex facto. ĩ fi. ad Treb.

Quapropter filio inſtituto, ſi ſine liberis deceſſiſſet, cũ Titius pater bona ſua ſe fratri & illius hæredibus legitimis maſculis relinquere dixiſſet, & poſt conditionis euentum is teſtatoris frater hærede extraneo inſtituto deceſſiſſet, reſpondi ad fideicommiſſum agnatos, qui eiuſdẽ cum Titio familiæ erant, uideri uocatos: uerborũ enim proprietas, & ſuæ gentis affectio hanc in ſententiã me trahebãt: nec mouebar, quod à ſubſtituto extranei, non autem legitimi, id eſt agnati, eſſent inſtituti: quia licet in contractibus ſtipulans ſibi & ſuis hæredibus legitimis, non cẽſeatur agnatis ſtipulatus, niſi ſint hæredes, quia nõ eſt ueriſimile uelle aliquem alteri quàm hæredi ſtipulari, in præſenti tamen fideicommiſſo aliud eſſet dicendum, ex Titij uoluntate, quem non eſt ueriſimile uoluiſſe in bonis ſuis fideicõmiſſum facere luſoriũ, & cuius uires ex grauati uolũtate penderẽt, ut ſi alios quàm legitimos inſtitueret, onus fideicommiſſi extingueretur. Illud nõ diffiteor, quoties teſtator ipſe & tabellio ignari & idiotæ probarentur, ex uulgari uſu illa uerba de filijs accipi, non de agnatis.

b ¶CONFIRMANTVR. Qui ergo cõfirmat, dare uidetur. In quo tractatu ſic cẽſeo diſtinguendum, ut ante omnia penſemus, cõfirmantis intẽtio qualis fuerit. Si enim actus qui fit, ſubſtantiam à mera confirmantis uoluntate ſumit, confirmans actum nullum, dare dicitur[l]; idem ſi actus ſit ualidus, ſed tamẽ confirmans hoc egit, ut nouum actum induceret[m]. At ſi ex ſola uoluntate confirmantis negotium non pendeat, qui confirmat non dat, ut cum hæres centũ, quæ autor ſuus Titio legauerat, rurſus ipſe legat[n]. Sed & prætor qui alienationem pupilli confirmat, alienare ipſe nõ uidetur, quoniam natura huius conſenſus hanc interpretationem nõ admittit[o], nec id actũ eſt. Quod ſi Præfectus præt. defenſorem à popularibus electum confirmet[p], dare uidebitur, principale enim robur eius actus à Præfecto initium ſumpſit, cum magiſtratum ſibi eligere, & iuriſdictionem conferre, ſoli priuati nequeant. Illud annotãdum eſt, confirmationem irriti priuilegij à principe emanatam non prodeſſe, niſi ex certa eius ſcientia facta ſit, quæ tunc præſumitur, cum cauſa cognita confirmatio impetrata, uel ſerie libelli totus tenor declaratus, uel geminata iuſſio ſub ſequuta ſit. Idem ſi ex certa ſcientia ſe hoc facere princeps atteſtẽt, uel æque pollẽtibus uerbis utaĩ: quãuis ſi probetur principi obreptum fuiſſe, nihilominus confirmatio nullius effectus eſt, ut pleriq; omnes tradidere[q].

l l. adoptio. ĩ. de adop.
m l. quærebatur. de teſt. mil.
n l. unum. §. ſi de. ĩ. de leg. ij.
o Bar. l. more. de iur. o. iu.
p §. decreto. ĩ auth. de def.
q c. porrecta. de cõfir. uti.

tur: quia ex lege XII. tabularum teſtamentariæ hæreditates cõfirmantur[b].

## IDEM LIB. III. AD L. IVL. PAP.

Lex CXXXI.

ALiud eſt fraus, aliud pœna: fraus enim ſine pœna[b] eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe non

ALIVD eſt fraus. a ¶Fraus differt à dolo, quod dolus fit alterius circumueniendi cauſa, fraus proprie dicitur etiã ſi decipiendi conſiliũ non adfuerit[a], ſed is qui deceptus eſt à ſeipſo, uel ex euẽtu fraudatus eſt, unde quatenus alter circumuentus ſit, fraus dolo ineſt[b]. Aliqui tamẽ ex Grammaticis dolum in faciẽdo conſiſtere crediderũt, fraudem in uerbis, argumẽto Græci ſermonis φράζειν, quod eſt loqui. Dixere etiã ueteres fraudem pro pœna[c]: quos & Virgilius imitatus eſt Aen. XI. Iam noſces uẽtoſa ferat cui gloria fraudẽ. Dixere & pro periculo, & ita in iure legi atteſtatur Seruius, ut cũ dicimus, ne ea res fraudi ſit. Hinc & Vergilius: Quis deus in fraudem egit. Accipitur & pro læſione, ut apud Horatium in carmine ſeculari:

Iuuit ardentem ſine fraude Troiam.

Quod Acron interpretatur, Differũt autem fallacia, calliditas, machinatio, impoſtura, uidẽturq; fraudis ſpecies eſſe. Fallaciam loquẽdo committi, Calliditatem tacendo, Accurſius[d] exiſtimauit. Ego fallaciã ſimulationi annexã arbitror, calliditatẽ ad ingeniũ referri, machinationem ex præcogitata aliqua inuẽtione, manuq; & arte confici, ἀπὸ τῆς μηχανῆς. unde & techna dicitur, ἀπὸ τῆς τέχνης, impoſtura ab impoſtoribus, id eſt deceptoribus[e], quos etiã Planos uocant, nomen ſumpſit: ductaq; uidetur metaphora ab his, qui operimentum rei imponunt, ut uitium tegant.

a l. fraudis. ĩ. titu. j.
b l. iuriſgẽ. §. ſed ſi. ĩ. de pac.
c l. cũ aũt. §. excipitur. & æd. ed.
d d. l. iuriſgẽ.
e l. j. §. j. de uar. cog.

b ¶SINE POENA. Vt quia fraus eiuſmodi ſit quæ pœnam non mereatur: uel etiã, quia delictum tametſi graue probari nequiuerit[f], ſciant tamen ſontes rariſſime accidere ut pœnas euadant: quandoquidem ut Græco uerſiculo admonemur.

Ἐστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.

Eſt iuſtitiæ oculus qui ubiq; conſpicit.

f l. abſentem. de pœn.

poteſt[c]: pœna eſt noxæ uindicta, fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædã præparatio. ¶ Inter mulctam[d] autem & pœnam multum intereſt: cum pœna generale nomen ſit, & omniũ delictorũ cohertio, mulcta ſpecialis[e] peccati, cuius animaduerſio hodie[f] pecuniaria eſt, pœna autem non tantum pecuniaria, uerum & capitis, & exiſtimationis irrogari ſolet: & mulcta quidẽ ex arbitrio[g] eius uenit,

c ¶NON POTEST. Quapropter anteq; anquirere iudex incipiat, conſtare prius perpetratum fuiſſe crimen oportet, tum enim quærẽdũ deinde eſt, quis perpetrauerit. Sanè huic dicto conformis eſt iuris regula[g], Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. Quod tamen non procedit, cum in cõſequẽtiam quis punitur, ut in eo qui ſeruum noxę cauſa dat. Sed & fauore publico etiam quandoq; receptum eſt, ut ubi fraus non fuerit, pæna ſit: ueluti cũ ex Senatusconſulto ſumebatur ſupplicium de ſeruis omnibus qui ſub eodem tecto fuerant, cum dominus à ſeruo occiſus eſſet[h]: quamuis enim aliqui in eis inſontes eſſe potuiſſent, tamẽ atrocitate pœnæ ſecuritati domuum conſulendũ fuit: quod eleganter C. Caſſius apud Tacitũ lib. XIIII. diſſeruit: Vbi nã & ex fuſo (inquit) exercitu, cum decimus quiſq; fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiũtur: habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod cõtra ſingulos utilitate publica repẽditur. Qua ratiõe introductum arbitror, cũ quis in principem uiolentas manus infert[i], etiã filios puniri: ueriſimile eſt pleroſq; fore qui uel liberorum ſuorum charitate ab huiuſmodi conſilijs abſtineant.

g l.j.§.itẽ.ad Syll.
h l.j.ad Syll.
i l.quisquis. C.ad l.iul. ma.

d ¶§. INTER MVLCTAM. Mulcta Oſcum uerbum eſt, quo pœna ſignificatur, licet Grammatici quidam à mulcendo per antiphraſim dictam putent, unde mulctare uerbum condemnare eſt & punire: ſic Plautus, mulctare matrimonio: Terentius. & Vergi. Aenei. lib. XI. mulctare morte: Trãquillus, mulctare gentilitijs hæreditatibus: Corn. Tacitus, mulctare uerberibus, dixerunt. Ex uſu tamẽ, anguſtiore ſignificatione uox hæc, pro pecuniaria tãtum pœna, recepta eſt: ſicq; uariæ differentiæ introductæ ſunt, quod pœna quælibet cohertio eſt, mulcta ſolius pecuniæ: quod pœna certa eſt, legeq; expreſſa, mulcta ab ius dicentis arbitrio pendet: quod pœna à quocunq; iudice infligi poteſt, cui criminis exequutio demandata ſit, mulcta ab ordinarijs tantummodo, hiſq; qui pro tribunali ſedent: quod mulcta fiſco datur[k], pœna etiam parti applicari poteſt: quod mulcta infamiam non irrogat[l], pœna quandoq; irrogat: quod à pœnæ irrogatione cum quis criminis conuictus eſt, prouocatio non eſt[m], at mulctæ indictio per iudicem appellationis reuocari poteſt: ſed & ſi ultra modum à lege conſtitutum Præſes prouinciæ mulctam dicat, ipſo iure reſciſſum eſt, ſi pœnam, appellatione opus eſt[n]: is quoq; qui mulctam dixit, officio ſuo functus nõ eſt, & ideo eam reuocare poteſt[o], at qui pœnã cõſtituit, amplius ea de re nõ aditur. Sunt autẽ pœnæ per leges & S. cõſulta certis delictis cõſtitutæ, mulcta ſpecialibus quibuſdã: ut cum quis in ius uocatus iudicem negligit[p], cõtumaciæ enim infligitur. Plinius epiſto. libro IIII. Licinius Nepos prætor acer & fortis mulctam etiam dixit ſenatori, qui ad iudicandum non uenerat: egit ille in ſenatu cauſam ſuam, egit autẽ ſic, ut deprecaretur: remiſſa eſt mulcta, ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus uenia fuit.

k l.pen.C.de mod.mul.
l l.j.C.eo.

e ¶SPECIALIS. Generalis delicti nomen intelligit Iuriſconſultus illud, quod certa appellatione plurima eiuſdem naturæ crimina cõplecti poteſt, ut furtum, homicidiũ, falſum[q]. Quod & doctores noſtri nominatũ delictum appellant. Speciale uero delictum uidetur, quod innominatum dicunt ut cum quis in ius uocatus non paret[r], cum temere appellat, cum ius dicentem contemnit, cum in munere ſibi impoſito per deſidiã quis ceſſat[s]: eiuſmodi enĩ facta, pluribus uerbis ſpecialiter deſignantur, non uno generali.

f ¶HODIE. Olim enĩ ex pecude mulcta pendebatur, maximaq; erat XXX. bouum, & duarum ouium, minima unius ouis: deinde in pecunia cœptum eſt mulctari, & bos cẽtuſſe, ouis decuſſe ęſtimata eſt. Mentio huius rei eſt A. Gellio, & Sex. Pompeio.

g ¶EX ARBITRIO. Siue quia arbitrarium ei ſit quam mulctam dicat dum legitimum modũ non excedat, qui hodie in Præſidibus prouinciarum uſq; ad duas auri uncias eſt, in Proconſulibus ſex. idemq; Præfectis Aegypti[t], at in alijs ſpectabilibus uſque ad tres. Siue quia poſtquam dicta eſt mulcta, adhuc in arbitrio iudicis eſt eam remittere[u]. Olim ex lege XII. tab. prouocabatur ad populum, dicebaturq; certari mulcta, cum petebatur eius remiſſio, uel modus: quod ex T.

Liuio

Liuio lib. XXV. & M. Cicerone in Philip. XI. cognoſcere in promptu eſt.

h ¶ IMPOSITA. Quandoq; tamen certa pœna eſt, & mulcta appellatur, ut in eo qui X. HS. argenti punitur[x], quia temere appellauit. Sed hoc caſu mulcta improprie dicit: ut quidam ſentiunt, uel quod eſt uerius cū prius huic delicto certa pœna conſtituta non eſſet, proprie dicebatur mulcta: unde quāuis certitudo ultiōis addita ſit, antiquum nomē tamen ſeruauit.

x l. ij. C. de ep. aud.

i ¶ SPECIALIS. Intelligēdum eſt, cum pœna pecuniaria infligit, alioquin ubicūq; à iure determinatum non eſt, quæ pœna delinquenti cōſtituenda ſit, arbitrariū iudici eſt, nec huiuſmodi pœna ideo mulcta dicitur[y].

y l. j. §. qbus. de effract.

k ¶ ADIVDICATIO. Adiudicare eſt iudicio peracto rem cōtrouerſam actori addicere. Olim ex lege XII. tab. ſi debitor ſoluendo nō erat, adiudicabatur corpus eius creditoribus, quibus fas erat mēbra artusq; partiendi, quod deinde tacito conſenſu abrogatum eſt, cœptumq; eſt pecunia tranſigi, & bona ipſa nō corpus adiudicari: quod apud A. Gell. lib. XX. Cæcilius Iuriſconſultus elegāter diſputat. Cum ergo adiudicatio merum mixtumq; imperium reſpiciat[z], ſequitur hic probari eis tātummodo ius mulctæ eſſe, qui imperium habeat, quod & alibi proditū eſt[a]. Quapropter inde conſequens eſt, ut defenſores Ciuitatum[b], magiſtratusq; municipales, item duumuiri[c] (hi ſunt ipſius ordinis duo præfecti) mulctam dicere nequeant, licet aduerſus cōtumaces aliis remediis uti eius permiſſum ſit. Sed & eos quibus mandata eſt Iuriſdictio, mulctam nemini irrogare poſſe cōſtat, niſi is ſit delegatus principis: & ita frequentius proditum eſt[d].

z l. iubere. §. de iur. om. iud.
a l. ij. in fi. de iudi.
b l. ij. C. de def. ciuit.
c l. j. ſi quis ius d.
d c. de cauſis. de off. del.

l ¶ MAGISTRATVS. Ius mulctæ dicēdæ ex lege XII. tab. introductum eſt, & ſolis magiſtratibus Po. Rom. conceſſum, eius uerba ſunt: Iuſta imperia ſunto: iiſq; ciues modeſte ac ſine recuſatione parento. Magiſtratus nec obedientem & nocuum ciuem, mulcta, uinculis, uerberibuſue coërcento: ni par, maiorue poteſtas, populusq; ꝓhibeſſit, ad quos prouocatio eſto. Cum magiſtratus iudicaſſit, irrogaſſitue, per populum mulctæ certatio eſto, referuntur hæc à M. Tullio libro de legibus III. Cum ergo id ius à XII. tabulis magiſtratibus conceſſum ſit, non poteſt de municipalibus intelligi, quibus lex XII. tab. ſcripta non eſt, & qui nō ſimpliciter magiſtratus, ſed cū additamento, municipales dicunt. Præſidibus uero prouinciarum id ius cōpetit: quia mandatis, quæ ſolent imperatores legatis ſuis, cum eos in prouincias deſtinant, dare, hoc permittitur.

qui mulctam dicit, pœna nō irrogatur, niſi quæ quacunque lege, uel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt[h]: quinimo mulcta ibi dicitur, ubi ſpecialis pœna non eſt impoſita. Item mulctam is dicere pōt, cui adiudicatio[k] data eſt: magiſtratus[l] enim ſolos & præſides ꝓunciarū poſſe mulctā dicere, mandatis permiſſum eſt: pœnā autē unuſquisq; irrogare poteſt, cui huius criminis, ſiue delicti executio competit[m].

PAVLVS LIB II. AD LEG. IVL.

Lex CXXXII.

ANniculus amittitur qui extremo anni die morit, & cōſuetudo loquēdi id ita eſſe declarat. ¶ Ante diē decimū

m ¶ COMPETIT Vnde & defenſores ciuitatis leuium criminum cognitionem habent[e], & quos ſontes reperiūt pœnis afficiūt.

e §. et audiēt. de def. ciui.

ANNICVLVS. Anniculus infans dicitur anni unius, quē quidē Vniennē uocant, exēplo Græci ſermonis ἐνιαυσιαῖος dicitur q; hoc nomine qui extremū anni diē attigit, tametſi integrū eū nō uixerit: cōprobatq; id Paulus ex conſuetudine ſermonis, qđ mirū eſt in hac uoce, præſertim repertu rara, uerum legislatori de cōſuetudine atteſtāti credi par eſt. Sed an cuilibet doctori egregio: & Bartolus[a] credi exiſtimauit, ſi ab eo in ſcriptis redacta ſit, cuius ſentētiam probare ipſe nequeo: cū enim ſit facti, quis plenā fidē adhibebit[b]? cum etiā prudentiſſimos huiuſmodi prætereāt, idq; crebrius receptū mihi uidet.

a Barto. l. de quibus. i. 4. q. princ.
b Iaſ. d. l.

¶ §. ANTE DIEM. Varie hic locus accipitur, apud ueteres enim uidentur non eodem ſenſu hæc uerba intelligi. Nam qui promittit ante X. diem Calendarū, uidetur perinde ac ſi dixiſſet, decimo Calendas: ſicut qui ante calendas ſtipulatur, perinde eſt, ac ſi Calendis ſtipularetur[c]. Nam ratio hoc ſuadet, cum decimo Calendas compendio uerborū dicatur, pro decimo die ante calendas. Sed tamen ipſe aliud opinor, decimo calēdas, aliud decimo die Calendarum. Cum enim ante calendas dicimus ipſæ Calendæ non compræhenduntur, Cicero ad Lentulum: Senatus habe-

c l. q̄ ante. de uerb. ob.

ri ante calendas Februarias per legem Papiam, id quod ſcis, non poteſt, neq; menſe Februario toto, niſi perfectis aut reiectis rogationibus. Verum in aliam ſententiam nos urget, quod per hæc uerba dies, qui eſt nono Calendas, ſignificari uidetur: idq; probatur Ciceronis autoritate, qui Philippica V. Ante diem (inquit) XIIII. Calen. Ian. decretis eum ueſtris conciDiſtis, conſtituiſtisq; ut hæc ad uos Cal. Ian. referrentur. Rurſus Philippica ultima: Memoria tenent, me ante diem XIIII. Cal. Ian. principem reuocandæ libertatis fuiſſe, me ex Cal. Ian. ad hãc horam uigilaſſe. His autem uerbis de eo die intelligebat, qui eſt XIII. Calen. Ian. quod oſtenditur in dicta Philipp. V. in principio. Cum enim eam orationem uti cenſuerat Senatus Calen. Ian. haberet, Recordamini (inquit) qui dies nudius tertiusdecimus fuerit. Et paulo inferius: Hoc dies XII. profuerunt, ut quẽ nemo prẹter Cotylam &c. Idem apertius oſtẽdit lib. epiſt. fam. XII. ad Cornificium: nam eius diei mentionem faciens, ad XIII. Cal. (inquit) Ian. Senatus frequẽs mihi eſt aſſenſus. Et iterum: Ad XIII. Cal. Ian. fundamenta Reip. ieci. Quomodo ergo Paulum hic defendemus, penitus his contraria ſentientem, cum ſignificari his uerbis cenſet eum diem, qui XI. Cal. eſt? Adde quod etiam ante calendas & poſt, idem eſſe exiſtimat, quod falſum eſt, imò ut apparet apertiſſime diſſident. Sed & Cælius Ciceroni: Dicebat (inquit) Pompeius ſe ante Calẽdas Martias non poſſe ſine iniuria de prouincijs Cæſaris ſtatuere, poſt Cal. Mar. ſe non dubitaturum. Sunt qui his difficultatibus adducti ſcripturam inuertant, & legendum exiſtiment, nõ poſt diem X. ſed poſt diem XII. Qui ſenſus indubitatus eſt, redditq; reſponſum hoc ſuperfluũ, prætereaq; aduerſus ueterum omnium Codicum fidem fit huiuſmodi mutatio. Alij neutro ſermone legunt, nõ utroq;: ſed hæc inſolentior eſt correctio: & non ſatis uera. Alij craſſiore minerua intelligũt, ut ante diẽ decimũ Calendarũ, de undecima die actum putemus menſis lapſi, ſi retrò, & menſis inſtantis, ſi porrò, computemus. Qua ratione ante diem decimum Cal. Ian. uigeſima erit Decembris, quia ab ea ad calẽdas undecim interſunt dies, poſt diem decimum Calendarum erit undecima Ianuarij, & hic enim undecim interſunt dies. Sed certe Iuriſconſultus ludere nos hoc ſenſu potius, quàm docere uoluiſſe uideretur. Ego dupliciter declarari id reſponſum poſſe ſentio: Et in primis, ſi de die præterita loquamur, ut quia me quicquam feciſſe poſt diem decimũ Calendarum dicam, id intelligi arbitror XI. Calẽdas eſſe factum, quod ſi ante diem decimũ dicam, intelligitur nono calendas: ſicut apud Ciceronẽ, ante XIIII. diem Cal. intelligitur XIII. Cal. Et ratio ea eſt, quia in computatione præteriti. Vndecima poſt decimam eſt ſicut XIIII. ante XIII. quod ſi de futuro uerba faciam, ut quia poſt X. diem Cal. ſpõdeam tibi cẽtum, nono Cal. intelligitur: ſi ante X. diem ſpopõdero, Vndecimo obligabor. Vnde merito Iuriſcõſultus utroq; ſermone undecimã diẽ ſignificari dixit: Quod intellige diuerſis tamen caſibus. Ante decimam diem ſignificat undecimam ſi de futuro loquar, poſt decimam diem ſignificat undecimam, ſi de præterito agatur. Altero modo poteſt etiã accipi, ſiquidẽ illud ſcire debemus, apud Græcos conſuetũ fuiſſe ut dierum computatio retrorſum à ſequẽte menſe duceretur, fiebatq; uti menſis, quẽ tum φθίνοντα id eſt deficientem appellabant, ἀπὸ τῆς εἰκάδος, hoc eſt à uigeſima die inciperet retro numerari ad ſequentẽ. Quod in Nubibus Ariſtophanes oſtẽdit, & Homerus τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς τοῦ δ' ἱσταμένοιο. Eum morem & Latini ſeruauerũt, & poſt præcedentis menſis Idus, ſubſequẽtis Calendas numerare cœperunt. Quapropter quartusdecimus Decẽbris dies, decimusſeptimus eſt Calẽdarũ Ianuarij, ſicq; deinde procedimus, Sextumdecimũ, quintũdecimum, quartumdecimum, ab augmento in diminutionẽ uſq; ad ipſum Calendarũ diẽ computãdo. Si ergo ſcriptũ ſit, poſt diem decimum Calẽdarum aliquid factũ, undecimo calẽdas cenſetur factum, quoniam ab inſtãte menſe retro cõputando undecimus dies poſt decimum numeratur: quod ſi ante diem decimum dicatur, idẽ ſignificari poteſt: reſpectu enim deficiẽtis menſis undecimus ante decimum eſt. Et ſic diuerſis rationibus, ſermo qui hic repugnãs uidetur, idem denotare poteſt. Sanè hic argumẽtum ſumitur nõ uideri inuicem aduerſari teſtes, quorũ aliqui ante bellũ, aliqui poſt bellum rẽ geſtã dicant: cum enim hæc res tractum habeat, poterũt intelligi ante bellum perfectum[d], & poſt bellũ cœptum, idq; frequẽtius traditum eſt[e]. Ego accepi hãc dictionem ante ad initium, & poſt ad finẽ referri, idq; ex ſermonis proprietate, à qua ut teſtes à periurio tueanť recedere permiſſum eſt. Sed & qui ante Calendas promittit, ſolis Calẽ

Calẽdarum, & poſt diẽ decimũ Calendarũ, utroq; ſermõe undecima dies ſignifica

tur. ¶ Falſum eſt eã peperiſſe, cui mortuę filius exſectus eſt.

VLP. LIB. IIII. AD L. IVL. PAP.

Lex CXXXIII.

SI quis ſic dixerit, ut intra[a] diẽ mortis eius aliquid fiat[b], ipſe quoq; dies quo quis mortuus eſt numeratur.

PAVL. LIB. II.

Lex. CXXXIIII.

ANniculus[a] non ſtatim ut natus eſt, ſed trecenteſimo ſaxageſimoqnto die dicit, incipiẽte planè, nõ exacto[b] die: quia

d.l.q ante. Calendis cõuenietur[f], ante enim dies non uenit, alioquin momenti illius ratio eſſet habẽda, quod Calẽdarum initium anteceſſit, at in diebus momẽta temporũ non cõſiderari infra traditur[g].

l.ij.j.eo.

Quapropter ſi tibi ſpondeam ante menſem Februarium cẽtũ aureos me daturum, initio eius menſis cõueniri potero, idq; receptius eſt.

¶ §. FALSVM. Parere uerbũ, enitentis mulieris actũ ſignificat, quapropter ſi exſecto utero infans ei detrahat̃, peperiſſe nõ uidet̃. Hincq; eſt, quod ſi Titio legauerim ſi Arethuſa pepererit, cũ cõditio uoluntaria ſit, exſecto utero nõ eueniet[h]: ſi neceſſaria, ſecus eſt: ut cum quis ſi uxor ſua pepererit filium inſtituit, & ſi deceſſerit, Titium: non enim reſpexiſſe modum uidetur quo filius in lucem prodeat, ſed quomodocũq; natus ſit illi cõſuluiſſe: & ideo ex coniectura mentis fit interpretatio, etiã ſi cõditionis uerba omnino nõ quadrent: & ita Baldo Salicetoq́ue[i] uiſum eſt, quod & nos cõtra Iaſonis[k] ſententiam probauimus.

Bart.l.gallus.§.& quid ſi.

Saly.l.fi.C. de poſt.hære.inſt.

k Iaſ.l.qđ dicitur.de lib.& poſt.

SI QVIS SIC. a ¶Apud ueteres tres erant præpoſitiunculæ diuerſo ſenſu, in, uls, cis, quæ quoniã obſcuro ſonitu promebantur, euphoniæ cauſa additionem eandem receperunt, diciq; ultra, citra, intra cœptum eſt; ſicq; intra idẽ ſignificat, quod in, unde recte dicemus, Brigantium intra alpes eſt, id eſt in alpibus ipſis, ſicut Seguſium citra alpes, Voconij ultra. Sic & qui dicit ſe intra Calendas facturum, in ipſis Calẽdis dicere uidetur, ut apud Aulum Gellium libro XII. capitulo XIII. Sulpitius Apollinarius diſſeruit. Vſus tamen obtinuit, ut non ſolũ diem Calendarum, ſed omne tempus quod citra eum diem eſt contineat: quapropter ſi libertas ſic relicta ſit. Stichus intra annum poſtquàm mortuus fuero, liber eſto[d]: ſtatim poſt mortem liber eſt: Cuius cõſuetudinis loquẽdi ratio eſt, quia tempus conceſſionis uſq; ad extremum diem, quo negotium explicari poteſt, pro uno habetur: unde quicquid citra extremum diem factum eſt, intra illud tempus factum dicitur. In hac ergo uerborum conceptione, intra diem mortis, dubium non eſt quin etiam dies quo quis moritur comprænſus ſit, perinde ac ſi in diem mortis dictum eſſet. Præpoſitio enim iſta, accuſatiuo iuncta, etiam pro uſque accipitur, ut in diem interpretemur uſque ad diem, quod & ſupra[b] ex Grãmaticis annotauimus. Quapropter qui intra Calendas pronuntiare iuſſus eſt, Calendis ipſis recte, atque ordine pronunciaturus eſt.

d l.ſi ita.in fi. de man.teſta.

b l.notionẽ. in fi.ẜ.

b ¶FIAT. Si ergo Titio legauero, ut intra diẽ mortis ſuæ mihi monumentũ ſuis ſumptibus faciat, etiam Titio defuncto, dum eadẽ die fiat, legatũ debebitur: idq; Accurſius ꝓbat, quoniam id factũ eius naturæ eſt, ut per alium explicari poſſit[c].

c l.j.§.ne autem. C. de cad.toll.

ANNICVLVS. a ¶Quoties in lege certi anni mentio habetur, intelligimus de perfecto, qui CCCLXV. dierum eſt, nec ideo minus perfectus eſt, quod ultimus dies nondum ſit exactus, cũ ſatis ſit eſſe cœptum: idq; in his quæ fauorem reſpiciũt, ut in uſucapionibus[a], in teſtamẽtis[b], in libertatibus. Quod ſi de re odioſa agatur, de momento ad momẽtum fit computatio. Hincq; eſt, quod qui ultimo die uigeſimiquinti anni contraxit, & læſus eſt, in integrum reſtituetur[c], idem & in præſcriptionibus[d]. Quãdoq; etiã fit latiſſima interpretatio, & ſatis eſt cœptum fuiſſe annum, ut eſt in municipalibus muneribus[e], quæ curam Reipublicæ non expoſcant. Idem ſi uerba hoc inferant, ueluti ſi ſcriptum ſit, in XX. anno licere aliquem ad ſacros ordines promoueri[f], ſufficiet enim XX. annum eſſe cœptum. Idem ſi intra uigeſimum dicatur[g], uel (quod fermè idem eſt, ut Aul. Gell. lib. XII. cap. XIII. tradit) ante uigeſimum. Hæc enim uerba magis initium, quam finem reſpiciunt.

a l.& ideo.de uſuca.

b l.de ætate. de teſta.

c l.iij.§.minorẽ.de min.

d l.in oĩbus.de act.& obl.

e l.ad remp. de mun.

f Cle.fin.de ætat. ubi Card.

g l.q filiũ.§.fi.ad treb.

b ¶NON EXACTO. Id eſt perfecto, & ſubauditur taxatiua: qui modus loquendi Iuriſconſultis eſt frequens[h], ut cum dicitur, ueteratorem non ex tempore, ſed ex genere & cauſa æſtimandum. Item, domus appellatione[i] non proprietatem, ſed domicilium contineri: interpretabimur enim, non ex tempore tantum, & non proprietatẽ tantum. Et id, quoniam ſubiecta materia hoc indicat: alioquin certum eſt, ſi quis debere ſe quinque dicat, tum quoq; taxatiuam ſubinduci[k], quod omnes ferè admittunt. Eadem ratione hic intelligemus, non tãtum exacto, ſed etiam incipiente die.

h l.fin.de æd. edict.

i l.lex corne. §. domum. de iniur.

k l.rogaſti.ẜ.ſi cer.pet.

c ¶ CIVILITER. Secundum iura ciuilia, nã naturaliter ultimus dies integer anno accedere deberet, & præterea quadrans, hoc eſt ſex horæ, unde inſtitutus ſingulis qbusq; quadriennijs eſt Biſſextus.

QVAEREret aliquis. annum ciuiliter [c], non ad momenta tẽporum, ſed ad dies numeramus.

VLP. LIB. IIII. AD LEG. IVL.
Lex CXXXV.

QVæreret aliqs, ſi portẽtoſum, uel mõſtroſum [a], uel debilem mulier ædiderit, uel inæqualẽ [b], uiſu uel uagitu nouum, nõ humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis, q̃ hominis partũ, an quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat? Et magis eſt, ut hæc quoq; parẽtibus proſint: nec enim eſt quod eis imputetur, qui qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperauerunt: neq; id quod fataliter acceſſit, matri damnũ iniungere debet.

a ¶ Monſtroſorũ partuum duæ uidentur in mulieribus eſſe ſpecies. Prima eſt, cũ quid aſpectu inæquale naſcitur: cũ enim ita homo à natura formatus ſit, ut ſumma ſit in eo ꝓportio, reſpondeantq; uiciſſim ſingula mẽbra, quoties aliquid deficit, uel præter cæterorum naturam augetur, monſtrũ eſt: ut cum magnitudine corporis nimia, uel paruitate quis naſcitur, ut quos pumilios uocamus. Idem ſi ſuperfluis membrorum partibus, ut bicipites & trimani: uel deficientibus aliquibus, ut qui unica tantum manu prodeũt, uel qui ſine capite: itemq; quibus ſuo loco membra non ſunt, ut qui oculos in pectore, uel in fronte, aures ſupra tempora habẽt. Hos partus prouenire Empedocles exiſtimauit, ex defectu uel augumẽto ſeminis: alij ob uerſam, uel ſpiritu interceptam matricem. Alia ſpecies eſt, quam Græci ἑτερομορφίαν uocãt, cum mulier partum producit, in animalis alicuius naturam deformatum, ut Minotaurus. Legitur & bellis ciuilibus Etruſcam mulierem ſerpẽtem peperiſſe: nati etiam tradũtur caninis capitibus quidam, alij & aſininis auribus, fuere & qui uagiẽtes ruderent. Traditum eſt, cum Thales in Periandri armento ex equa natum monſtrum conſpicatus eſſet, quod pectore tenus humanam effigiem referebat, cætera beſtiam: ſurridentem admonuiſſe, ne paſtoribus quibus uxores deeſſent, uteretur. Sed Vlpianus fataliter, id eſt diuinæ uoluntatis, inclinante in id præſtituta ſerie, naſci huiuſmodi naturæ ludibria exiſtimauit: cui facile Aſtrologi conſenſuri ſunt, ex quibus Alchabitius quoſdam gradus commemorat, in quibus ſi luna ſit, dum aliquis concipitur: mõſtroſum naſci opinatus eſt: quod & ex Iulio Materno cognoſcere poſſumus. Accurſius in cogitationem mulieris cauſam refert, ſi dum iniretur de aliquo animali cogitauit. Nã & Hippocrates mulierem ſuſpicione adulterij laborantem, quod marito penitus diſſimilem filiũ procreaſſet, hac ratione liberauit, q; in cubiculo picturam ea mulier habebat, cui ſimilẽ infantem pepererat: idq; Hieronymus in quæſtiõibus ſuper Geneſim refert. Quo argumento & Quintilianus matronam defendit, quæ Aethiopẽ enixa erat, cum eius coloris icunculam in thalamo haberet. Meminit etiã nõ abſimilis rei Auguſtinus libro de Ciuitate dei X. Vbi & Iacob Hebræi inuẽtum approbat, qui ut uerſicolorem gregem haberet, in canalibus uariegatas uirgas põnebat, ut tales fœtus progignerentur, quales erant uirgæ, quas potum ducta pecora contemplabãtur, ut Geneſeos cap. XL. habetur. Quæ ratio ut quandoq; uera ſit, frequentius tamẽ accidere uſu uidemus, ut legitimos patres filij referant, alioquin qui ex adulterio concipiuntur, maritis maxime ſimiles eſſent, cum in huiuſmodi coitu ſollicitari de mariti aduentu mulierem ueriſimile ſit, & tamen experientia cognitum eſt adulteris ſimiles eſſe adulterinos partus, quod & Plumbini dux patrum noſtrorum memoria re ipſa expertus eſt: is cum de ſe prægnantem concubinam crederet, inuitaſſetq; ad baptiſmi ſacra quàm plurimos primarios uiros, ea Aethiopem peperit, coquo ſuo ſimillimum: quapropter ridiculo habitus dux, quæſtione ueritatem deprændit, cuius ſententiæ fuiſſe etiam Phocylidem Poëtam eius carmen indicat.

οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.

Diſſimiles gignũt ſtuprata cubilia natos.

Sanè hoc ſciẽdũ, pro monſtro nõ haberi partum, qui aliquatenus ampliora mẽbra habet, ut qui ſenis ſunt digitis, uel tribus teſtibus, quos Græci τριόρχεις uocant: qualem fuiſſe Philelphum, ætatis ſuæ doctiſſimum, ſed eundem libidinis indomitæ, uulgò ferunt.

b ¶ VEL qualem. Ratio Latini ſermonis argumento eſt, corruptũ eſſe locũ, & inæqualem legendum uidetur, & ſequalis dici poſſe, quem Græci ἄποιον appellant, quaſi ſine ulla qualitate

qualitate dicas. Alij codices ſimpliciter, uel uiſu ſcriptum habent.

IDEM LIB. V.
Lex. CXXXVI.

GEneri appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio, quàm ex filia ædi tarum, cæterarumꝗ maritos cōtineri, manifeſtum eſt.

GENERI. Generi appellatione hic tradit̄ progeneros, & ſi qui ulteriores ſunt, contineri: quod ex proprietate ſermonis eſſe Bartolus credidit, at alij contra. Ipſe ex interpretatiōe eſſe non ambigo, cui tamē interpretatiōi larga uocabuli ſignificatio, nec omnino impropria, accedit: & ideo in quacūꝗ materia hoc ꝓcedere, niſi ratiōis diuerſitas aliqua reddat̄, qua aliud in genero aliud in progenero ſtatui debere appareat. Præpoſitio em̄ pro, in cōpoſitiōe uarie accipitur, quādoꝗ ut ordinem quēdam deſignet, qui porrò, proculúe ſit: ut ſi pronepotem proauum, progenerū, proſocerū dicamus, quod in gradu diſtātior nepos, auus, gener, ſocer ſit. Quādoꝗ ut improprietatē oſtēdamus, eumꝗ qui loco alicuius habetur: ut cū dicimus, protutorem, proregem, proconſulem. Quādoꝗ ut extra ordinem rē geſtam denotemus, unde Proprætor dicitur, nō ſimpliciter qui loco Prætoris eſt, ſed quilibet extraordinaria prætura inſignis.

l. gallus. §. inſtituens.

l. j. ʒ. de eo qui pro tut.

PAVL. LIB. II. AD LEG. IVL.
Lex CXXXVII.

TEr enixa uidetur etiam, quæ tergeminos peperit.

TER ENIXA. Procurabant ueteres Romani, quantū poterāt, ut filijs ciuitas repleretur, multaꝗ fœcūdis mulieribus præmia cōſtituebant. Hinc cautū Tertulliano S. cōſulto, ut quæ mulier ingenua treis liberos enixa eſſet[a], filio defuncto ſuccederet: traditꝗ Gellius profuiſſe hoc matribus, etiā ſi filij ſtatim deceſſiſſent. Lucius quoꝗ Columella moris antiquorum fuiſſe autor eſt, ut ancillis quæ tres liberos peperiſſent uacationē, quæ plures, libertatem cōcederēt. Vnde forte illa cōditio in iure emanauit, Arethuſa ſi tres peperit, libera eſto[b]. Apud Euſebiū quoꝗ proditū eſt, matronis quæ filios progenuiſſent, lecticarū uſum, margaritarumꝗ permiſſum, cū alijs eſſet lege ademptus. Opinor & hac de re aliquid lege Papia Popæa fuiſſe cōſtitutū: quapropter Tranquillus teſtat̄, cū eius legis Claudius uacationē certis ex cauſis permiſiſſet, Latinæ cōditionis uiris ius Quiritium cōceſſiſſe, fœminis uero ius quatuor liberorū. Quod enim Romanæ mulieri priuilegiū ex tribus filijs cōpetebat, Libertinæ, uel Latinæ cōditionis, ex quatuor dabatur: cuius rei in S. cōſulto Tertulliano exemplū ſumi poteſt. Hodie tamē & Honorij & Iuſtiniani cōſtitutiōibus[c], extincta huiuſmodi priuilegia ſunt: nihiloꝗ differre à fœcūditate uirginitatē uoluerūt: quod Græcus autor Procopius admodū improbat, cauſamꝗ euerſiōis Rom. Imperij inde ortā arbitrat̄, quod cū homines propagationi prolis nō cōſulerent, infrequētiores factæ ciuitates, à Barbarorum ingentibus exercitibus ſe tueri nequiuerint. Igitur oſtēdit hic Iuriſcōſultus, ter enixam mulierē dici, etiam quæ uno partu tres ædidit: nihilꝗ refert diuerſis temporibus: an uno utero tres pepererit: cum enim nō eodem nixu plures infantes naſcātur, ſed unus poſt alium, proprietas uerbi hāc interpretationem neceſſario recipit. Qua ratione ſumi hinc argumētum poteſt, ſi ei qui tribus uulneribus aliquem affecerit certa pœna ex lege cōſtituta ſit, qui cum tridēte ſeu trifixili telo uulnerauerit, teneri[d]: ut nihil referat, an diuerſis temporibus, an eodem nixu, tres plagas incuſſerit: quod utiꝗ crebrius receptum eſt, præterꝗ cum uerba legis actum percutiētis reſpiciunt: ut ſi ita concepta ſint, Si quis ter aliquem uulnerauerit, uel ſi quis telum contorſerit, itemꝗ ſi quis in cuiusque crura ſagittas iecerit.

a §. j. inſt. ad S. C. Tertu.

b l. arethuſa. de ſta. ho.

c l. j. & . ij. C. de iur. lib.

d Bar. l. fin. ʒ. arb. fir. cæſ.

IDEM LIB. IIII.
Lex CXXXVIII.

HAereditatis appellatione, bo-

HAEREDITATIS. Bonorum poſſeſſio pro iure ipſo hæreditario accipitur, quod cū Prætoris decreto acquiritur: ut tametſi res ipſas hæreditarias poſſideamus, bonorū tamen poſſeſſionem, id eſt ius ipſum à iudice impetrare nobis neceſſarium ſit: nihilꝗ ea ab hæreditate differt, niſi quod ſolo animo hæreditas aditur, bonorum poſſeſſio, ut acquiſita uideatur, ius dicentis officium requirit. Qui ergo bonorum poſſeſſionem agnouit, hæreditatem habere: uel pro hærede gerere, etiam proprie dicetur[a]. Sed an bonorū poſſeſſor ꝓprie hres appellabitur[b]? Et loco hæredis eſſe traditum eſt: quo fit, ut proprie hæres non ſit[c], nam & prætor hæredem ipſe facere nō poteſt: ſed cū omnino hæredi ſubrogatus ſit, quælibet diſpoſitio de hærede uerba faciēs, eum quoꝗ comprændet[d]. Quod opinor obſeruādū, etiā ſi materia odioſa pœnaliſꝗ ſit[e], quāuis quidā aliter ſentiant eo potiſſimū argumēto, quod in huiuſmodi materia nec pater, qui iure peculij caſtrenſia filij

a l. puberē. C. de iur. deli.

b l. j. ʒ. de bo. poſ.

c §. quos autē. inſt. de bo. poſ.

d l. i cōdit. §. ſi patronus. de cōd.

e Socy l. j. ij. no. de uulg.

*f l. pap. §. j. de inoff.* *g l. ſi ante. l. ſeq. ad Syll.*

filij occupat[f], nec fideicommiſſarius pro hæredibus habentur[g]. Sed illi quo ad effectum ſolum hæredibus æquiparantur, bonorum poſſeſſor etiam quo ad nomen.

norū quoq; poſſeſſio continetur.

VLP. LIB. VII.
Lex CXXXIX.

AEdificia Romæ fieri, etiam ea uidentur, quæ in continētibus Romæ ædificijs fiunt. ¶ Perfeciſſe ædificium is uidetur, qui ita cōſummauit, ut iam in uſu eſſe poſſit.

PAVL. LIB. VI.
Lex CXL.

CAepiſſe quis intelligitur, qͥuis alijs acquiſiuit.

AEDIFICIA. Cū populo Rom. aduerſus Antoniū in Mutinæ obſidione belligeranti pecuniæ deeſſent, ſcribit Dion, Senatorij ordinis uiris indictū, ut quatuor obolos ſoluerēt, in ſingulas quasq; tegulas ędificiorum quæ Romæ incolerēt: idē à triumuiris cōpulſos ciues ait, ut ædificiorū quæ Romæ habebāt, penſiones pēderent: quod munus Colonariū appellari M. Cicerone ad Atticum epiſt. lib. XIII. & C. Cæſare bellorum ciuilium comētario III. ipſe arbitror, cuius uocis etiā in authenticis[a] mentio habetur, tametſi & Colūnariū legi poſſit. Igitur potuit dubitari, quæ intelligātur ædificia Romæ eſſe: & hic traditur, etiam quæ extra muros in continentibus urbis fiunt, contineri: Roma enim mœnibus non terminatur, ſed continentibus ædificijs. Accurſius caſum in lege fingit. Si conſtitutum eſſet, ut qui ædificium Romæ feciſſet, ciuis Romanus haberetur. Addit Bart. talem uere & proprie ciuem eſſe, quoniam quoties lex ea confert quæ ſolius iuris ciuilis ſunt, proprie confert, non per fictionem: unde cōſequens eſt, ut etiam in odioſis huiuſmodi receptitius pro ciue exiſtimetur[b]. Ipſe in ea quoq; ſpecie interpretationem hāc intellexerim, cum cautum eſt, ut ædificia Romæ ultra certam altitudinem non erigantur[c], uel non deſtruantur, & ſi qua ſimilia: intelligentur enim Romæ eſſe, & quæ in ſuburbijs ſunt. Sanè quod ad ædificantium inſtructionem attinet, Græcum elegans extat Carmen,

*a §. quidā. in auth. de non ali.*
*b l. cū ex oratione. C. de exc. tut. ubi Bal.*
*c l. j. & ij. C. de æd. pri.*

Σώματα πολλὰ τρέφειν καὶ δώματα πόλλ' ἀνεγείρειν
Ἄξαντες εἰς πενίην ὁδὸν ἑτοιμοτάτη.

Aedificare domos, multorꝝ & paſcere uētres,
Pauperiē ī miſerā prōpta frequēsq; uia eſt.

¶ ſ. PERFECISSE. Perfectum dicitur, cui nihil addi uel minui, ſalua integritate, poteſt[d]: idq; proprie. Quandoq; tamen ex ſubiecta materia aliter iudicamus, & perfectum ædificiū interpretamur, quod in tali uſu eſſe poteſt, qualem paterfamilias deſtinauit, ſicq; Vlpiani uerba hic accipienda ſunt, alioquin quodlibet imperfectum ædificium, aliquo in uſu eſſe poteſt. Scribit M. Vitruuius architectonices lib. X. Epheſi antiquam legē fuiſſe, architectus cum publicum opus curandum recipit, polliceatur quanto ſumptu ſit futurum ædificio perfecto, ſi quod profeſſus eſt, omnem impenſum fuerit & ultra quartā eius partem etiam aliquid, qđ prǽterea excurrerit de ſuo ſuppleat: quomodo hic accipiemus perfectum ædificium: an ſimpliciter, ut Vlpianus hic ait? Minime uero. Sed pfectū intelligemus, cum factum eſt illud, quod fieri inter partes cōuenit: ante enim quàm res cōſummationē acceperit, factū non dicitur, quæ ſi acceſſerit, non ſolū factum, ſed etiam perfectum dicetur. Sed finge, concedit lex uolenti laute ædificare, ut uicinū ad proximæ rei uēditionem cogere poſſit, an eum quoq; adiuuabit, qui lautum ædificiū perfecit, ſed addere illi aliquid deſiderat, puta hortū ampliare, uel impluuium? Qua in re cum ego impeterer, negabam adiuuari: cū enim ornatus urbis ratione ita conſtitutum eſſet, & quo ciues ad expolienda ædificia incitarētur, in eo qui iam perfeciſſet, hæc ratio locū non habebat: nam incitādus nō erat qui iam perfeciſſet, nec uolebat ædificare qui iam ædificaſſet: quandoquidē & modica illa ampliatio ciuitati ipſa ornamēto non erat, ſed ædificiū quod ſatis iā perfectum fuerat: reſtringendumq; interpretatiōe decretum dicebam, quod non ſolū aduerſus legē ciuilem inductū erat, ſed etiā ius gētium tollebat, quod lib. Regum III. cap. XXI. habetur: nam & Tranquillus tradit, Auguſtū Imp. forū feciſſe anguſtius, cū poſſeſſoribus ꝓximas domos extorquere auſus nō fuiſſet: aiebātq; optimi principis Auguſti exemplū imitandū, nō cuiuſuis alterius, qui eius decreti autor fuiſſet. Verū cum non tam iuri meo q̄ iudicibus diffiderem, tranſegi: ut ueriſſimum ſit illud Heſiodi.

*d l. iuriſperitos. de exc. tut.*

Μὴ δ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Quod ut L. Columella ait, non ſolum de boue dicitur, ſed etiam de omnibus partibus rei familiaris, adeò refert non habere malum uicinum.

CAEPISSE. Cum filio uel ſeruo aliquid relictum eſt, & præſtitū, quamuis

eius

eius rei dominium incontinēti in patrem uel dominum transferatur, nihilominus ipſe filius uel ſeruus cæpiſſe uidetur: qua in re potuit meritò dubitari, cum cæpiſſe non uideatur, qui reſtituturus ſtatim eſt[a]. Sed hæc diſſimilia ſunt, pater eñ uel dominus ex iure ſubiecti ſibi hominis nituntur[b], qui etiã potuit illud ius non agnoſcere[c]. Sed is cui quis reſtituere debet, proprio iuri nititur, & ut ſibi reſtituat̃ actionē habet. Quãuis igitur effectũ acqſitionis attendamus, ut acqſiuiſſe nõ uideatur, niſi is cui quæſitũ durat, tamẽ & filius uel ſeruus acquiſiuiſſe uidentur, cũ tale ius ex eorum perſona cõſideretur, ſicut quod pater cum moritur acquirit, acquiſiuiſſe uidetur quia illud in hæredem tranſmittendi ius habet[d]. Idem in eo qui incontinenti reſtituere non habet neceſſe, commoditas enim medij temporis non modici effectus eſt[e]. Et ex his decidi poteſt quæſtio, ſi lege municipali quicunqꝫ aliquid iure contractus receperit dominio translato, teneatur Reipublicæ uectigalis nomine decem pendere, qui recepit, ſed cõtractus deinde reſolutus eſt, an debeat? Et extat reſponſum, non debere[f]: quoniam non uidetur receptum, quod receptum non durat[g]. Quod uticꝫ uerum eſt, cum recipientis ius extinctum eſt, alioquin ſi nõ extinctũ, ſed translatum proponatur, ex hoc reſponſo receptum uidetur.

*l. aliud. ʒ. eo.*
*l. qui hoiem. §. quidã. de ſolut.*
*l. cũ propo- nas. C. d' hære. inſt.*
*Bar. l. fin. de cõd. inſtit.*
*l. ſulpitius. de iure dot.*
*Abb. conſi. 69. in j.*
*gl. c. nã &. extra eo.*

VLP. LIB. VII.
Lex CXLI.

ETiam ea mulier cũ moreretur creditur filium habere, quæ exciſo uentre ædere poſſit: necnon etiam alio caſu mulier poteſt habere filium quem mortis tempore nõ habuit, ut puta eum qui ab hoſtibus captus remeauit.

ETIAM. Referuntur hic duo exempla, quibus mater cum moritur filiũ non habet, quem tamẽ poſt mortem habet. Primum eſt, cum ex fictione iuris habet, uere non habet: qui cũ exſecto uentre natus eſt, uere mortua matre naſcitur, ſed lex eum qui in utero eſt fingit uiuere. Secundum eſt, è conuerſo cũ uere filium habet, ſed lex interpretatur non habere: ut quando filius ab hoſtibus captus eſt. Et hinc conſequens eſt, ſi mater aliquid ſibi filijsqꝫ, quos cum morietur habebit, acquiſiuerit, eos etiam cõtineri, qui cæſo utero naſcuntur[a]; quod ex proprietate uerborum nõ eſſe Baldus ſentit[b], ſed ex coniectura mentis, quæ in actu filijs ipſis fauorabili cum primis obſeruanda eſt: cui ego facile aſſentior. Hincqꝫ fit, ut is fratribus inſtitutis, à matre præteritus, pro inſtituto habeatur, at extraneis inſtitutis querelam inofficioſi teſtamenti habeat[c]. Generaliter enim proditum eſt, quæcuncꝫ cæteris filijs indulgeantur, huic quocꝫ cæſari competere[d].

*l. ſi. C. de ſuis & leg.*
*l. cũ mater. c. de inoff. teſt.*
*c l. poſthumus ʒ. de inoff. teſt.*
*d l. qd' dicitur. de lib. & poſth.*

VLP. LIB. VI. AD L. IVL. ET PAP.
Lex CXLII.

TRiplici[a] modo intelligi cõiũctio põt: aut eñ re per ſe

TRIPLICI. a ¶ Explicat hic Iuriſcõſultus triplicẽ cõiunctionis ſpeciẽ, proſequiturqꝫ exẽpla cõiunctorum re & uerbis: quoniã cognito quod mixtum eſt, ſimpliciũ natura cognoſcitur, demũ exemplum affert, quo ex tribus cohæredibus duo re coniungũtur, tertius nullo modo. Sciendum itaqꝫ, coniunctos uerbis dici, qui una ſtructura in eiuſdẽ rei partibus cõiungũtur: ut ſi ita dixerim, Titio fundũ Seianum lego, Seio eũdem fundum æquis portionibus: nam ſi Titius & Seius à diuerſo uerbo regerẽtur, dubium non eſſet cõiunctos nõ uideri: idem ſi reſpectu diuerſarum rerũ coniungerentur, ut ſi dictum eſſet, Titio fundũ & Seio centum lego[a]: licet enim uerbis copulẽtur, quia tamẽ nõ ad eiuſdem rei certas partes uocãtur, huiuſmodi cõiunctio modici effectus eſt. Quod ſi ad eandẽ rem, non diuiſam, ſed ſolidam à principio cõiunctim aliqui uocentur, etiã re cõiuncti dicuntur: ut in propoſito caſu, ſi dictum ſit, Titio & Seio fundũ Seianũ lego: uidetur enim quilibet ad integrum fundũ uocatus, unde per cõcurſum partes ſibi faciunt, & altero excluſo, alter totũ habet: non quia collegæ portio ſibi accreſcat, ſed iure proprio: quia cum à principio ſolidũ uideatur ſibi legatũ, collega nõ concurrẽte portio decreſcere non debet. In hac cõiunctione, qui re & uerbis cõnexus eſt[b], cæteris præfertur: duplex enim uinculũ fortius alligat. At qui uerbis tãtum iũgitur, eum excludit, qui ſolum re coniunctus eſt: cũ enim uerbis cõiuncti ad eãdem rem, licet certis portionibus, uocati ſint, portionũ illarũ à teſtatore mẽtio facta uidetur, reſpectu cõiunctorum inter ſe, qui unum corpus cẽſentur: unde ſi eorũ aliquis excluditur, perinde cæteri admittũtur, ac ſi quo ad eum partiũ mẽtio nulla fuiſſet facta: cõiunctiqꝫ illi non uerbis ſolum, ſed & re forent[c]: quapropter qui re ſolum cõiungitur, ab eis excluditur[d]. Quæ interpretatio quãdoqꝫ ex alijs cõiecturis ceſſat: & re coniunctus æqualiter cum coniuncto uerbis ſuccedit, ueluti cum apparet re coniunctum

*a l. huiuſmodi. §. qbus. de leg. j.*
*b l. re cõiũcti. de leg. iij.*
*c l. j. §. hæc ita. C. de cad. tol.*
*d l. plane. in pri. de le. j.*

coniunctio cõtingit: aut re & uerbis, aut uerbis tm̃: nec dubiũ eſt[b]: qn cõiũcti ſint, quos & nominũ & rei cõplexus iũgit: ueluti, Titius & Mæuius ex parte dimidia hæredes ſunto: uel ita, Titius Mẹuiusq́ hæredes ſunto: uel ita, Titius cũ Mẹuio ex parte dimidia hæredes ſunto. Videamus autem, ne etiã ſi hos articulos detrahas, &, q́, cum, interdũ tñ cõiũctos accipi oporteat: ueluti, L. Titius P. Mæuius hẹredes ſunto ex parte dimidia: uel ita, P. Mæuius L. Titius hæredes ſunto, Sempronius ex parte dimidia hæres eſto: ut & Titius & Mẹuius ueniãt[c] in partẽ dimidiam, & re & uerbis coniuncti uideãtur[d]. L. Titius ex parte dimidia hæres eſto: Seius ex parte qua[e] L. Titiũ hæredẽ inſtitui, eſto: Sẽpronius ex parte dimidia hæres eſto. Iulianus poſſe dubitari ait, an tres ſemiſſes[f] ſint facti, an Titius in eũdem

iunctum à teſtatore cæteris prædilectũ eſſe, ut ſi quis ita ſcripſit[e], Titius hæres eſto, Caius & Mæuius ex æquis partibus hæredes ſunto. In hoc enim exemplo, cum primũ ſolidum Titio datum ſit, q́ Caius & Meuius uerbis coniuncti nominarentur, nõ uidetur fuiſſe mẽs teſtatoris, in deficientis portiõe eũ penitus excludi, interpretamurq́ intẽtiõis eius fuiſſe ſingulos ſeparatim inſtituere, ſed ut celerius ſcriberet, duos poſtremos coniunxiſſe: quod & Saly. probat[f]. Idemq́ ſi ſcriptum ſit, Mæuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego, eũdem fundũ Titio lego: quamuis enim Titius re cõiunctus ſolum ſit, tamẽ in Seij deficiẽtis parte cum Mæuio, q uerbis coniungitur, ſuccedet: nõ enim minus eo dilectus uidetur, qui ultimo loco ad ſolidum uocatus eſt, cum Mæuius ſolum ad dimidiam admitteretur.

*e l. ſi ita q̃s. de hære. inſt.*

*f l. mæuio. de leg. ij.*

b ¶ NEC dubium. Potuit tamen dubitari, quoniam qui uerbis coniunguntur, ab initio ſibi partes faciũt, qui re, per concurſum: unde tanq́ qualitates hæ inuicem aduerſarẽtur, nõ uidebuntur poſſe iungi: quod falſum eſt, ut enim quis uerbis coniungatur, ſatis eſt ſi nominum complexu copulatus ſit.

c ¶ VENIANT. Atqui cũ ſine partibus inſtituti in hoc exẽplo proponantur, portio uacans etiam Sempronio accreſcere deberet, ex Seruij ſentẽtia: qui quãtũ ad ius accreſcẽdi non eſſe cõiunctos ait[g], qui ſine partibus inſtituuntur, ſed intelligẽdus eſt Seruius, in his hæredibus qui ſeparatim inſtituti ſunt, cum enim partes expreſſæ nõ ſint, cõiuncti re nõ uidentur: ſed quoties uerbis iuncti ſunt, non eſt dubium ius accreſcendi uiciſſim eſſe[h].

*g l. itẽ. §. j. de hære. inſt.*

*h l. hæredes. ſ. de hære. iſt.*

d ¶ VIDEANTVR. Cõfutatur hinc aliquorũ ſententia, qui exiſtimauerũt, ſi teſtator Titio & Seio leget fundũ, non eſſe re coniunctos, quia per copulã ab initio uidetur in uiriles portiones facta diſtributio[i]: quod ſi uerũ eſſet, Mæuius hic nõ cõiungeretur re Titio, unde merito eorũ opinio recepta non eſt: nã & copula ex propria natura ſolũ coniungit, licet tacite & per interpretationẽ diſtribuere uiriliter cẽſeatur. Sed tacitus hic intellectus in cõiunctiõis materia nullius cõſiderationis eſt[k]: qppe hoc in ea potiſſimũ attẽdimus, an expreſſe eadẽ ſtructura plures uocentur, an id minus: arbitror tamen in his quæ pondere, numero, mẽſuraue cõſiſtũt prædicto caſu cõiũctionẽ nullã re fieri[l], cũ enim diuiſio abſq́ creditorũ alio facto in eis protinus fiat, non uidetur ſolidũ ab initio unicuiq́ datũ, ſed uiriles ſolũ portiones.

e ¶ EX PARte qua. Videretur his uerbis partem Titij omnem adimi, & Seio dari: ſicut cũ dicimus, quod Titio legaui, id Seio do[m]: ſed in legato aliud eſſe quidã reſponderũt: quod pleriq́ reprobãt[n], nõ enim differre hac in re legata ab hæreditate: unde cõmuniter tradũt, in propoſito caſu nõ omne legatũ transferri: ſed Titiũ Seiumq́ coniungi[o], quod mihi à Iuriſconſulti mente abeſſe uidetur, igitur forma uerborũ conſideranda eſt: ſi enim dixero, in qua parte Titium inſtitui: in ea Seium inſtituo, uerba trãslationem non inferunt, cum abſurdum non ſit in eadem parte duos inſtitutos eſſe: at ſi dixero, quod Titio legaui, id Seio do, in perſona Titij ademptio neceſſario infertur: non enim dari potuit Seio, niſi Titio auferatur[p]: ut enim nouum non eſt, eandem rem pluribus legari, qui per concurſum ſibi partes faciant, ita quod uni legatum eſt, alteri dari non poteſt, niſi illi adimatur: quoniam ſi per concurſum admitteretur, non haberet ſecũdus quod primo legatum eſt, ſed partem, quod contra teſtatoris uerba induceretur.

f ¶ SEMISSES. Et cauſa dubitationis ex relatiuo erat, ſi enim ad quãtitatẽ ſimpliciter referret,

referretur, tres ſemiſſes faciēdi erant, ſed magis eſt ut ad eandem ſpeciem trahatur, ideoq́ cenſeatur uterq́ in unum ſemiſſem coactus, ſintq́ re coniuncti: addunt aliqui, etiā uerbis coniunctos uideri, tātamq́ relationis emphaſim eſſe, ut q̄uis duæ ſint oratiōes, una uideatur: quę ſententia recepta non eſt.

g ¶ SED EO. Quid ſi hæc ratio ceſſaret, ut quia Sēpronius ex triēte ſolū inſtitutus eſſet? Et putarim in eundem ſemiſſem Seium nihilo minus admitti[q]: nec enim hac ſe ratiōe Iulianus tuetur, ſed ꝓpter naturam relationis. Quid ſi etiam Titius in triēte inſtitutus eſſet? & hoc caſu forte à natura relationis recederemus, tum ut omnes hæredes eſſent æquales, tum ne uideretur teſtator de parte ſolum hæreditatis prouidiſſe.

q l. Iul. quoq́. de hær. inſt.

ſemiſſem cū C. Seio inſtitutus eſt: ſed eo[g] quòd Sempronius quoq́ ex parte dimidia ſcriptus eſt, ueriſimilius eſſe, in eūdē ſemiſſem duos coactos, & cōiūctim[h] heredes ſcriptos eſſe.

VLP. LIB. IX.
Lex CXLIII.

ID apud ſe quis habere uidetur, de quo habet actionē: habetur enim quod peti poteſt.

PAVL. LIB. X. AD LEG. IVL. PAP.
Lex CXLIIII.

MAſurius ſcribit libro Memoralium, pellicē apud antiquos eam habitam, quæ cum uxor nō eſſet, cum aliquo tamē uiuebat: quam nunc uero nomine amicam, paulo honeſtiore concubinā appellari. C. Flaccus in libro de iure Papyriano ſcribit, pellicem nunc uulgò uocari, quæ cum eo, cui uxor ſit, corpus miſceat, quoſdā eam quæ uxoris loco ſine nuptijs in domo ſit, quā Græci παλλακὴν uocant.

VLP. LIB. X.
Lex CXLV.

h ¶ CONIVNCTIM. Re tantū, ut creberrima ſe habet ſententia: tametſi Iuſtinianus huiuſmodi, qui ſolum re coniunguntur diſiunctos ſemper appellet[r].

r l. j. C. de cad. tol.

ID APVD. Qui actionem habet rem habere uidetur: hincq́ eſt, quod actiōes quæ ad mobilia cōpetunt, inter res mobiles computantur[a]. Procedit autem hæc regula non ex ueritate, ſed ex interpretatiōe legis[b]: alioquin minus eſt actionem habere quàm rem, quod propter litium anfractus introductum eſt[c]. Hinc eſt quod in odioſis uel correctorijs ſupra diximus regulam hanc non obſeruari, quod etiam dicendum eſt, cum de reſciſſione contractus agitur. Quapropter cum tranſactionem ex eo reſcindimus, quia in dimidia iuſti pretij parte erratum ſit[d], iuſtum pretiū non intelligemus, quod actione etiam legitima petitū eſt, ſed quod ex dubio euentu colligi poteſt. Inde etiā eſt, quod poſſeſſor in cenſum rem ipſam deferre debet[e], non qui interim actione aduerſus eum experitur: prodeſtq́ huiuſmodi poſſeſſio, ne ſatiſdare quis ex edicto compellatur[f].

a glo. l. j. C. ſi aduer. trāſ.
b l. minus. j. tit. j.
c l. labeo. §. fi. j. eo.
d Bart. l. ſi qs cū aliter. j. de uer. ob.
e l. forma. §. ſicū. de cēſ.
f l. pe. §. pen. q ſat. cog.

MASVRIVS. Explicat Iuriſcōſultus pellicis ſignificationem, oſtenditq́ ex Maſurij Sabini ſententia eo noīe accipi, quæ citra matrimoniū cū aliquo cōſueſcat, domiq́ retineat, ſubijcitq́ uulgò ſic accipi: quæ cum eo ſe miſceat, cui ſit uxor. Sed priorē interpretationem nobiliſſimi Grammaticorum Valla & Perotus nō recipiunt: quoniam latine à uiris dici nō arbitrant, hæc eſt pellex mea, ſed ab uxoribus potius. Hinc Philomela apud Ouid. in metamorpho. ſe pellicem ſororis dicit: & apud Senecam Tragicum Iuno ſe cedere pellicibus ait, ut manifeſte appareat, ꝑllicem non dici niſi uxoris reſpectu, forteq́ à pellēdo, quod maritos ad expellēdas uxores cōpellat: q̄ ſi apud aliquos autores aliter legatur ut apud Plin. Curtium, Tranq. corruptos codices uitio librariorū contendunt: & non pellices, ſed pallacas, quæ Græca uox eſt, legendum autumant. Verū penes me antiquior eſt Maſurij autoritas, quē & in Satyra Perſius celebrat, & apud Græcos Athenæus: nam & Nonius Marcellus pellicem eſſe, quam Græci παλλακὴν uocant, cum Iuriſconſulto opinatur, ut meritò eiuſdē ſignificatiōis utraq́ uox ſit. Sed & Martialis Ponticum deludit, pellice læua utentem: quem locum ne corruptum credamus ratio carminis manifeſto argumento eſt: qui, ſi Vallæ ſentētia probaretur, nimis dura & barbara tranſlatione uſus eſſet. Satius ergo Iuriſconſulti eſt expoſitionem ſequi, & utramq́ interpretationem defendere. Quod autem uero nomine amicam, paulò honeſtiore cōcubinam appellari hic traditur, Accurſius nō probat, ut honeſtius nomen concubinæ cenſeatur, q̄ amicæ, & ideo nō reſpectu amicæ ſed pellicis cōparationem fieri exiſtimat: quæ interpretatio cum ſermonis ipſius ductu non admodū cōuenit.

uenit. Igitur ſciendum, apud ueteres concubinæ nomen inhoneſtum non fuiſſe, ſolumq; ſic appellatas, quæ extra legis pœnam, & ſine metu criminis haberentur: at amicæ nomen, etiam quaſcũq; meretrices continebat, quod ex Terẽtio Plautoq; uarijs in locis conſtat: idq; Græcorum exemplo, qui ἑταίρας id eſt amicas, quæcũq; ſcortilla uocãt, etiam ignobilia. Hinc Ariſtophanes ĩ Pluto, καὶ τάς γ᾽ ἑταίρας φάσι τάς κορινθίας, & quæ ſequuntur. Inſtitutas autem publicitus meretrices à Solone Philemon eſt autor, ut ea uenere contenti iuuenes, à pudicis ſolicitandis abſtinerent. Sanè meretricem nõ eſſe quæ cum uno aut altero, etiã pecunia accepta, ſe cõmiſcet, dubium non eſt: ſed eam quæ palàm & pluribus ſe proſtituit, ſolamq; huiuſmodi de uicinia poſſe expelli exiſtimauerim, ne probis mulieribus malo ſit exemplo.

VIrilis appellatione, interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum eſt.

VIRILIS. Virilis portio pro æquali intelligitur, unde ſi Titiũ & Seium in uiriles partes inſtituero[a], æqualiter admittẽtur. Sed finge Titium hæredẽ eſſe non poſſe, an totũ Seius habebit[b]? Et hic probatur habiturum, & hoc caſu dictio illa uirilis, naturã ſuam non ſeruabit, quod & ſupra de dictione reſiduum tractauimus[c]. Et ex hoc reſponſo ſunt qui conſequentem quæſtionem decidant. Filia hærede inſtituta uetuerat[d] quis ædificium de nomine ſuo exire, ſed ad uernas quos nominauerat pertinere iuſſerat, defuncta hærede & legatarijs, cum uernarũ unus supereſſet, reſpondit Scæuola ei uirilem partem præſtandam, Interpretatur Accurſius, pro uirili portiõe omne fideicõmiſſum comprændi, atq; ita à cæteris traditum eſt. Sed negari non poteſt, quin expoſitio hæc impropria ſit, nec uerbis Iuriſconſulti quadrãs, unde ego proprie de uirili portione intelligo, & cum ex ordine contextus appareat prius hæredẽ deceſſiſſe quàm legatarios, ſtatim ab eius morte ipſo iure uirilis portio tranſlata eſt, unde quàmuis alij deceſſerint, ſuperſtiti ſola ſua pars remanet, quoniam cæteri collegatarij legatum ſuum ad hæredem tranſmittunt, non enim ipſi quicquã reſtituere grauati fuerant, ſed filia: & licet prohibitio ne de nomine ſuo exiret, uim aliquam fideicommiſſi habere uideatur, quia tamen nominauerat quibus legatũ reſtitui uellet, ſatis eſt ipſis ſemel acquiſitum fuiſſe: quæ deciſio in fideicõmiſſo uniuerſali non procederet, cum illud neceſſe ſit agnoſci, nec ipſo iure quæratur[c].

a l. uirilis. de leg. præſt.

b l. ij. C. de hære. inſt.

c l. põt. ſ. eo.

d l. pater. C. filiam. de lega. iij.

TERENTIUS CLEMENS LIB. II.
Lex CXLVI.

SOceri & ſocrus appellatione, auũ quoq; & auiam uxoris uel mariti contineri reſpondi.

SOCERI. Cũ ſupra explicuerimus, an appellatione generi & nurus, progener & pronurus contineatur[a], cõſequens eſt idẽ in ſocero dicendum, correlatiua enim ſunt, nec abſq; altero alterum eſſe poteſt. Illud hic tãtummodo admonendus eſt lector, ſicut ſoceri nomine ſocer magnus cõtinetur, ita dicendum de patruo, ut de eo lex uerba faciẽs etiam patruum magnum cõprændat. In quo articulo magna eſt controuerſia, uideturq; crebrius recipi[b], ut in materia fauorabili cõprændatur, in ſtricta uero uel aliàs odioſa non comprændatur: in quam ſentẽtiam & ipſe accedo. Quãdoquidẽ in fauorabilibus cũ amplior fiat interpretatio, ueriſimile eſt de utroq; patruo actum, nec nouũ eſt aliquam dictionem duplici de ſpecie intelligi[c]. Sanè ſocer à Græco ſermone deducitur ἑκυρός, ſicut ſocrus ἑκυρά, ut Modeſtinus ſcribit[d]: quo exemplo & aliqui ex antiquis ſoceram pronuntiauerunt, non ſocrum.

IDEM LIB. III. AD EDICTVM.
Lex. CXLVII.

QVi in continentibus urbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.

QVI IN continentibus. Continentia pro ſuburbijs accipiũtur[e], q; cum ipſa urbe ſe teneãt, cõtiguaq; ſint: qui ergo in his naſcitur, Romæ natus dicitur. Quid ſi in uico aliquo qui urbi Romanæ reſpondeat[f]? Et licet is patriã Romam habeat, nõ tamen Romæ natus intelligitur. Quid itẽ ſi lex eũ qui Romæ natus nõ ſit à dignitatibus excludat, an is cuius mater extra domiciliũ peregre peperit, recipiendus ſit? Et certum eſt uerbis legis eũ excludi, licet ex interpretatione aliud forte ſit[g]: in eo enim loco is eſſe intelligitur, in quo domiciliũ conſtituit, & non receſſiſſe uidetur qui animũ reuertẽdi habet[h]. Quid ſi lex non de nato ſed de oriundo loquatur? Et uulgò traditum eſt, oriundum eſſe[i], qui ipſe natus eſt, uel qui inde originem duxit: puta quia pater uel eius maiores ex eo loco antiquitus prognati ſunt. Sed peritiores oriundum non eſſe qui ipſe natus ſit exiſtimãt, ſed qui genus duxit. Sic T. Liuius: Nati, inquit, Carthagine, oriundi à Syracuſis.

CAIVS. LIB. VIII. AD L. IVL. PAP.
Lex CXLVIII.

NOn eſt ſine liberis, cui uel unus filius unáue filia eſt: hæc enim enūtiatio, habet liberos, nō habet liberos, ſemper plurali numero profertur, ſicut & pugillares, & codicilli.

NON eſt ſine liberis. Hæc dictio liberi, etiam de unico filio dicitur. Solet enim latine loquētibus plurali numero proferri, ſicut pugillares, & Codicilli: q̄uis quandoq; etiam ſingulariter liberū dicamus: & ut Iuſtinianū omittā, cuius autoritas, quātū ad rem latinam attinet, nō multū poſſet: Modeſtinus[k], Nō poteſt, inquit, quis nolle ſuū liberū eſſe. Vlpianus quoque[l], Locupletior non eſt factus q liberū acquiſiuit. Addit Valla ſe eandē uocem apud Quintilianū obſeruaſſe. Pugillares quoq; (Sūt hi libelli uel tabulæ ceratæ, in quibus ſcribebāt, quos Græci, ut opinor, ἐγχειρίδια uocant) ſingulari numero reperiūtur, ut apud Auſoniū, Bipatēs pugillar expedi. Quod & de Codicillis frequētius inuenitur: ſed tamē qui caſtigatius loquuntur, Caij ſentētiam hic approbāt, ut dubium nō ſit, qui cum unico filio filiáue decedat, ſine liberis non decedere. Sed hoc amplius cōſtitutum eſt, cōditionem ſi quis ſine liberis deceſſerit, relicto nepote ex filia, deficere[m]: receptūq; eſt idē eſſe ſi additum eſſet, ſine liberis ex ſe natis: quoniā per continuationē ſanguinis, nepos uel neptis ſatis dicitur ex auito corpore naſci, ut Bald. & Corn. exiſtimarunt, licet reclament aliqui[n]. Sed quid ſi cōditio de filijs loquatur? uidetᷣ enim in eo caſu ſaltē duos reqri propter pluralē numerum. Sed in deſcēdentibus dubium nō eſt, etiā unico filio extāte ſubſtitutum excludi, idq; cōiectura pietatis[o], ne alienos ſuo ſanguini præpoſuiſſe teſtator uideatur. Dubitari igitur poteſt, cum conditio illa extraneo adiecta eſt, nā tūc etiam ratio Caij hic ceſſat. Sed tamē unico nato deficere cōditionem uerius eſt[p], & receptius, ut ex præſumpta mēte pluralis numerus in ſingularem reſoluatur. Sicut in lege municipali, qua extātibus liberis, fœminæ excludantur: nō enim eſt ratio, cur uno exiſtēte, excludi nō debeāt. Quod & in ea ſpecie proditū eſt, cum pontifex mihi ſacerdotiū cōferri mādat, ſi pro alijs nō ſcripſit: nam ut ſubmouear, uel pro uno ſcripſiſſe ſatis eſt: & ita pleriſq; huius reſpōſi argumēto uiſum eſt[q]. His accedat, quod ex facto reſpōdit Calderinus[r], cū hæredes ſi ſine liberis decederent ædiculam cōſtruere à teſtatore iuſſi eſſent, altero defuncto ſine liberis, non tamē alterū interim teneri, nec cōditionem ſcindi. Sunt & id genus pleraq;, quæ à recētioribus coacta legere eſt[s].

k l. ius dūt. de pact.
l l. nemo præ do. j. tit. j.
m l. j. C. de cōd. inſer.
n Guid. pap. q. 353.
o l. cū auus. de cōd. et dem.
p Bal. d. l. j.
q Bald. Card. c. mandatū. de reſcr.
r Cal. conſil. 42. de teſt.
s Fely. c. oēs. j. diſt.

IDEM LIBRO X. AD LEGEM IVLIAM PAP.
Lex CXLIX.

NAm quem ſine liberis eſſe dicere nō poſſumus, hūc neceſſe eſt, ut dicamus liberos habere.

NAM quem. Argumētatur Iuriſcōſultus per locum à contrarijs, repugnant enim habere liberos, & nō habere, ut altero cōceſſo, alterum neceſſarium ſit negari, qđ genus argumenti ſemper cōcludit, niſi ex mente loquētis aliud colligatur: uerbi gratia, Hæc cōditio, ſi Titius & Seius hæredes erunt, altero repudiāte deficit: ergo iſta, ſi Titius & Seius hæredes non erunt, hoc caſu euenit, & tamen his uerbis aliquis ſubſtitutus nō admittitur[a]. Sed primus hæres ſolidum habet, quod propter mentem teſtatoris eſt, qui uidetur primū magis dilexiſſe, q̄ ſubſtitutum[b]. Sed dubitari poteſt, cum pluribus ſubſtitutū eſt, ſi ſine liberis legitime natis deceſſerint, an pupillo ſubſtitutum uideatur, & uideri Bar. ſenſit, idq; uerius eſt[c].

a l. quāuis. C. de impub.
b Imo. §. cum ita.
c in. l. centurio. 5. col.

IDEM LIB. VIII. AD LEGEM IVLIAM PAP.
Lex CL.

SI ita à te ſtipulatus fuero, quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare spondes? non ſolet dubitari, quin ſi

SI ITA à te. a ¶ Qui promittit quāto minus à Titio exigetur, ſi nihil exigatur ſolidū debet, quia dictio hæc minus, ex mēte contrahētium uim comparationis amittit, & perinde eſt, ac ſi promiſiſſet, etiā ſi nihil à Titio haberi poterit, quod etiam ſuperius à nobis tractatū eſt. Hinc eſt quod cū Iuſtinianus cōſtituerit coniugem inopem coniugi locupleti in quartā partem bonorū ſuccedere, ſiue plures ſiue minus, filij fuerint, interpretabimur conſtitutioni locū eſſe, q̄uis filij nulli adſint: quoniā dictio illa minus, etiā ad nihilū referri poteſt[a]: idq; Alex. & Iaſon probant. Sed & Baldus, cū conſtitutū eſſet, ut qui cētū libris cenſerentur ſoluant decem, qui minus, ſoluāt quinq;, etiā eum quinq; debiturū ſcripſit, cuius cenſus eſſet nullus[b]. Cæterū q̄uis hæc interpretatio admittatᷣ proprie, tamē cōparatiuum nomē naturā ſuā ſeruat, & poſitiuo cōfertur, & de eadē ſpecie intelligitᷣ. Quapropter cū lex uerberantē mulcta x. aureo-

a authen. præterea. in fin. C. unde uir.
b l. fi. 5. ſi cer. pet.

rum afficeret, uulnerãtem maiore, arbitrio iudicis: Reſpõſum eſt, non poſſe iudicem aliam, q̃ pecuniariam pœnã pro uulnere indicere. Comparatiuum enim maiore ratiõe mulctæ collationẽ facit[c]: idq́; Cy. Bal. Iaſ. ſcripſerunt.

c l.ubi. de uerbo. obli.

nihil a Titio fuero conſecutus, totum debeas[b] quod Titius debuerit.

TERENTIVS CLEMENS LIB. V. AD LEGEM IVL. PAP.

b ¶ DEBEAS. Is em̃, puta Seius, q in ſubſidiũ promiſit, uidetur ſub conditione debere[d], quatenus à Titio cõſequi nõ potero, & ideo proprie fideiuſſor nõ eſt, & ante euentũ conditionis, id eſt priusq́; conſtet à Titio me nõ poſſe conſequi, utiliter cũ eo agi nõ põt. Arbitror tamẽ poſſe me ab eo totum petere, dũ tẽpore accepti iudicij, id eſt quo lis cõteſtat̃, excuſſionẽ fieri procurẽ, & per iudicis interlocutionẽ declarari, quatenus Titius ſoluẽdo ſit: nam quãto minus ſoluẽdo erit: tãto petitionẽ totius, prius præſtitam moderabor, idq́; à Seio conſequar: nec ideo in aliquo puniar, quòd à principio plus petierim: quã ſentẽtiã Celſus probat[e], licet in uulgatis codicibus cũ prius legeretur, tanto minus poſtea petere poſſum: additũ exiſtimem, à Titio: & inde maxima ĩter doctores altercatio orta ſit.

d l.x. de uerb. oblig.

e l.fi. ſi cert. pet.

Lex CLI.

DElata[a] hæreditas intelligitur, quam quis poſſit adeundo conſequi[b].

CAIVS LIB. X. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

DELATA. a ¶ Vt adire hæreditatem quisq́; poſſit, neceſſarium eſt eum ſcire hæreditatem ſibi delatã, & delatiõis cauſam. Et ideo ſi neſciat teſtatorem mortuũ, uel dubitet de iuribus teſtamenti, uel quomodo ſit inſtitutus, pure an ſub cõditione, uel an aliqs eũ præcedat: itemq́; an teſtator iure teſtatus ſit, uel ex qua cauſa ſibi hæreditas deferatur, ex teſtamẽto an ab inteſtato, uel ex quota parte ſit hæres[d], ſuúsne & neceſſarius an uolũtarius, adire non poteſt, quapropter nec repudiare. Explicat igitur Iuriſcõſultus quæ dicatur delata hæreditas, & ꝓprie ſic dici arbitratur, qñ eã hæres adire poteſt, ita ꝙ nihil neq́; ex parte hæreditatis, neque ex parte hæredis impedit, quominus eã conſequi poſſit. Quod ſi aliqd impediat ex perſona ipſius hæredis, puta quia ignoret, huic proprie hæreditas, ut quidã exiſtimant, nõ dicitur delata. Hinc eſt quod furioſo nõ dicimus delatã[b], large tamẽ accipiẽdo ſecus eſt. Hincq́; dubitatum fuit, Si lex municipalis hæreditatẽ delatã in quẽcũq́; ſucceſſorẽ trãſmitti mãdet, an ea trãſmittatur quam quis ſibi delatã fuiſſe ignorauit? Aliq negant[c], ſed Alex.[d] & pleriq́; aiunt, quibus ego accedo, & q̃uis hæres ignoret, hæreditatem proprie delatã dici arbitror: poteſt enim eam quis adeundo cõſequi[e]: quod in dubitãte non procedit. Quapropter & infanti proprie dicitur delata[f], qui quãuis in præſentia ius ſuũ ignoret, tamen prẹſumitur qđ factus adultior ſciet: at furioſus nec ſcit, nec ſciturus præſumitur, unde illi non pleno iure, ſed miſeratiõis cauſa ratione fructuũ ꝓuidetur[g]. b ¶ CONSEQVI. Et repudiando amittere. Sed cur nondũ delatæ hæreditatis repudiatio nõ ualet[h] cum facilius uideatur ſpem ipſam à nobis ſegregare, quàm ius ſemel quæſitum? Alciatus reſpondet, eum qui repudiat, nihil iuris ſibi acquirere, nec in aliũ transferre, nec enim transferre poteſt, quod ipſe adhuc non acquiſiuit[i]: & ideo quàmuis pendente conditione repudiauerit, nihilominus lex ei ius defert, ſed quãdo iure delato repudiat, ſubit incõtinẽti qui gradu proximus eſt, unde qui repudiauit, excluditur, pendente uero conditione nemo ſubit, cum interim uocetur nemo: quod ſi quis ius futurum pacto remiſit, uel in iudicio publicæ perſonæ abſentis nomine acceptanti renuntiauit, licet nihilominus lex ei hæreditatem legatumue deferat, ex pacto tamen non agnoſcere id lucrum tenetur, ſi modo paciſcentis intereſt, & in hoc Rapha. Paul. Iaſ. cõſenſerũt[k]. Sed unde eſt, quod decretalem bonorum poſſeſſionem repudiari nõ poſſe lex ait[l], quoniã antequam decreta ſit, nõ eſt delata, poſtquam autem decreta eſt ſero repudiatur, quod iam acquiſitum eſt? Cum enim id ſit delatum, quod adeundo poſſumus conſequi, ſi in caſu à lege permiſſo decretalem petam, cum eam conſequi poſſim, cur delata dici non debet? Et ſi communem ſententiam ſequamur, qua traditum eſt, eandem bonorum poſſeſſionem antequam decreta ſit dici edictalem, poſt uero decretalem? Non uideo quid reſponderi eleganter poſſit, ſed exiſtimo edictales bonorum poſſeſſ. eſſe quas ordinarias uocamus, & quæ ius tribuunt, decretales uero extraordinarias, quæ ſunt facti, ut Carboniana, & quæ uentris nomine, uel litis inſtituendę gratia[m]: itémque, quæ furioſo decernitur, nam ut demus etiam in ordinarijs hoc iure decretum neceſſarium fuiſſe, ſolæ tamen extraordinariæ decretales dictæ ſunt, quoniam hæ potiſſimum à decreto pendent: priores enim etiam antequàm cõcedantur aliquid ſunt, & ius in

d l.is poteſt. de acq. hær.

b l.j. §. furioſi de ſuc. ed.

c Math. notabi. 194.

d Alex. d. l. is poteſt.

ſe con

ſe cõtinent,quo defuncti perſona repræſentatur,ſed poſteriores omnem ſubſtantiam ex prætoris decreto accipiunt, & eodem momẽto oriuntur,petentiq́ꝫ acquiruntur: nõ ergo ante decretum poteſt dici ius aliquod delatum eſſe, cum ius nullum adhuc ortum ſit,ſed ſperemus ut ex decreto prodeat.

HOMINIS. Homo commune nomen eſt, & tam maſculum quàm fœminã cõtinet, idq́ꝫ exẽplo Græci ſermonis, ἄνθρωπος, nam & Hebræi Adam, quo nomine terra natum hominem ſignificant,ad utrũq́ꝫ ſexum referũt, ut habetur Geneſeos V. Creauit eos, & benedixit illis,& uocauit nomẽ eorum Adam. Ridiculi uero ſunt antiquiores Græci, dum neſcio quẽ Adamum finxerũt Cœli & Terræ filium,qui Adameæ regioni nomen dederit,ut apud Stephanum περὶ πόλεων legere eſt. Dicitur autẽ homo ſiue ab humo, ut Varro exiſtimauit:ſiue à concordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, quod nullum animal ſit ſocialius. Et hinc apparet,legem quę de hominibus loquitur,etiã de fœminis accipiendam eſſe,& quidem
a l.j.3.eo. proprie[a],quod arbitratur Barto. etiam ſi articulus quis præponatur. In qua tamen re dubito,moueorq́ꝫ exẽplo Græcorum,qui per articulos ὁ καὶ ἡ ſexum diſtinguunt. Illud conſtat,cum hominem dicimus,quemcũq́ꝫ contineri,nõ ſolum ſiue maſculus ſiue fœmina ſit,
b l.iij.§.j. de lib.ho.exh. ſed ſiue liber ſiue ſeruus,ſiue pubes ſiue impubes[b].Sed an is qui in utero eſt,homo dica-
c l.cũiter. C. de fid. lib. tur[c]: Et conſtat non dici,expectari igitur lex iubet poſtquàm natus eſt,& in terram ceci-
d l.pen. C. de poſt.hær. derit[d], quæ uerba ex antiquorum conſuetudine interpretari debemus.Siquidem ſolebant ueteres ubi quis natus eſſet nudum protinus in terra ſtatuere,opemq́ꝫ Deûm inuocare, ut naſcẽti auxilio eſſent:cuius rei meminit Auguſtinus Ciuitatis diuinæ Libro IIII. & Plinius Libro. VII.Macrobiusq́ꝫ.Hinc Statius:Tellure cadẽtem Excepi,fouiq́ꝫ ſinu.

INTELLIGENDVS. Qui in utero eſt, in ſui fauorem pro nato habetur, idq́ꝫ per fictionem legis,quæ licet per naturã impoſſibile ſit ante ſeptimum menſem eum naſci, & uiuere, hoc fingit: ut omnino uerum non ſit quod uulgò traditur, legem nunquàm fingere impoſſibilia, fingit enim dum ſubſit æquitas. Igitur ſi auus cuilibet nepoti,qui tempore mortis ſuæ uiuat,centum relinquat, etiam eum qui in utero eſt admitti, Dynus reſpondit.Qui enim in utero eſt,cum de ſuo commodo agitur, natus exiſtimatur. Quod tamen ſemper non procedit,ueluti cũ damnum nullum partui infertur, ſi natiuitas expectetur.Cur enim lex fingat, cum neceſſaria nulla cauſa hoc ſuadet:& ideo poſthumo non cõfertur[a], antequã ſit natus: item ad partem hæreditatis interim nõ admittitur[b]:nec pręteritus rumpit teſtamẽtũ[c],neq́ꝫ interim ſuus eſt hæres, nam & propter incertitudinem his in caſibus aliud conſtitui non potuit. Cæterum & ſi decretum ſit, in demortuorum decurionũ locum filios ſubrogari[d], Oldradus exiſtimauit eius qui in utero ſit rationem nõ habendam, cum huiuſmodi fictio ad id trahi non debet, quod iure ſtatuti uel conſuetudinis defertur.Sed id ego uix probo,niſi protinus uel ſine dilatione ſubrogãdum lex diceret. Cum enim appareat moram ullam fieri non debere,haud quaquam uidetur interim infantis natiuitas expectanda,ſed & ſi uerba legis partui non conueniunt, ut quia de homine loquantur,tunc de eo nõ intelligemus, ſi tamen eiuſmodi ſit lex quæ ex ficta interpretatione extendi nequeat, ueluti ſi ſancitũ ſit hominis occiſorem decollari:conſtat enim qui prægnãtem abortire fecerit, ea lege non puniri: quoniam ut ſupra quoque diximus, hominis appellatiõe qui in utero eſt non cõprænditur: quod in hac ſpecie ea quoque ratione obſeruandum eſt, quoniam hic de eius cõmodo directe non tractatur, & in hoc omnes conſentiunt[e].Illud quoque certum eſt,in computatione annorum, eius tẽporis calculum non duci, quo quis in utero fuit, etiam ſi eius utilitas hoc ſuaderet,ab hominis enim ortu ſolemus annos numerare,idq́ꝫ & Bald. prodidit[f]. Verum & quamuis dubitetur, an cõtra infantem ipſo iure currat præſcriptio, dubium nõ eſt,aduerſus eum qui in utero eſt uſucapionem procedere[g],licet reſtitutionem prætor polliceatur. Cæterũ & ſi mater prægnans apud hoſtes enixa ſit, nec infans reuerſus ſit,non uidetur in utero tempore captiuitatis fuiſſe,nec aliquod legis Corneliæ caput ei patrocinabitur,ne bis in eadem ſpecie fingere lex uideatur.

Lex CLII.

HOminis appellatione tã fœminã,quàm maſculum cõtineri nõ dubitatũ.

TERENTIVS CLEMENS LIB. XII. AD LEG. IVL. PAPIAM.

Lex CLIII.

INtelligendus eſt mortis tempore fuiſſe qui in utero relictus eſt.

MARCELLVS LIBRO I.

Lex CLIIII.

a l.fi.§.d'col.

b l.antiqui.de peti.hær.

c l.aſ.l. poſthumo. C.de cõtra tab.

d Alb.in.l.pe. C.d'aduoc. di.iud.

e Fel.c.ſicut. de homicid.

f c.cũ in cunctis.de elec.

g l.etiam.ij. de min.

MILLE PASSVS. a ¶ Vt ſciamus qua lõgitudine ſit paſſus, præfari nos oportet menſurarum aliqua nomina, ex quibus minima eſt Digiti, quorum quatuor Palmum conficiunt. X V I. Pedem. Eſt autẽ pes tanquàm as in numeris, & ideo dimidius pes Semis etiam uulgò appellatur, quãtum uidelicet pugno extenſoqúe pollice metimur: ſicut Spithama uox Grȩca, quȩ & ipſa uulgò ſeruat no-

Mille paſſus [a], nõ à muro urbis [b], ſed à continentibus ædificijs numerandi ſunt.

LICINIVS RVPHIN.

men, quantum extẽſis articulis à minimo ad pollicem amplecti poſſumus: Latine Dodrans dicitur, & palmus maior quibuſdam: at Cubitus ſeſquipedalis eſt, Greſſus uero duos pedes & Semiſſem continet: Paſſus quinque pedes, ſic dictus, qđ paſſis, id eſt dilatatis brachijs & manibus hanc dimenſionem conficiamus. Vlna (ſic enim Orgyian interpretor) ſex pedibus, ut Herodotus ſcripſit, conſtat: Pertica duos paſſus in ſe habet, hoc eſt pedes decem, unde & decempeda dicitur: Plethrum pedes centum: Iugerum longitudine pedibus ducentis quadraginta, in latitudinem dimidio minus conficitur, duosq; in ſe Actus continet: Stadium paſſus centum uigintiquinque habet, qui ſunt plus paulò pedes ſexcenti: Diaulus duo ſunt ſtadia: Miliariũ ſunt mille paſſus, hoc eſt ſtadia octo: Dolichus ſtadiorum eſt duodecim. Leuca dictio eſt Gallica, cuius tamen Amianus Marcellinus meminit, mille & quingentos etiam ipſa paſſus habet, ut Antoninus in itinerario oſtẽdit, licet pleriſque in locis ſit amplior: Paraſanga uocabulum Perſarum, triginta cenſetur ſtadijs, quæ menſura paulò minor eſt miliario Germanico: Schœnus apud Aegyptios ſexaginta eſt ſtadiorũ: Stathmus, id eſt manſio, miliaria habet uigintiocto ſemis, huius in authenticis [a] mentio habetur. Eſt & uulgaris uox Manſum, qua tantum agri ſignificatur, quantum ſingulis annis par bouum arare colereqúe poteſt [b].

a §. ſi igitur. in authen. ut om. obe.

b c. j. de cẽſib.

b ¶ VRBIS. Quapropter cum præfectus urbis, de his quæ intra centeſimum lapidem perpetrata ſint [c], cognoſcat, inibitur computatio à continentibus, quod & in dubio ſemper ſeruandũ eſt: alioquin diſtinguimus quẽadmodum cõcepta ſint uerba, ut ſi prohibiti ſint ciues capras retinere prope urbem, computetur à muris, ſi prope Romam, à cõtinentibus, ut plerique hic ſentiunt.

c l. j. §. cũ urbem. de off. præf.

PROXIMI. Quemadmodũ proximus intelligatur qui ſolus eſt, ſupra à nobis tractatum eſt: ſed dubium eſt, cum lex agnato proximo hæreditatem deferat, an neceſſe habeat eam qualitatem probare, is qui ſe hæredem aſſerit? Et ſi non poſſideat, aliusq; agnatus ei contradicat, non eſt dubiũ probari debere: quod ſi in iudicio alius agnatus non appareat, durũ eſſet, ſi eum ad id cogeremus, ut probaret, neminem q́ ipſe ſit, defuncto propinquiorẽ eſſe: idq; Cornæo [a] placuit, cui & nos aſſentimus: cũ proximus ſit, ut hic dicitur, qui ſolus eſt, eumq; præſumamus ſolum, cuius ſocij nulli appareant: cũ ueriſimile ſit, ad lucri partem omnes conuolaturos ſi extarent. Teren. in Phorm. At ſi talentûm rem reliquiſſet decẽ, primus eſſes, memoriter progeniem ueſtram uſq; ab auo atq; atauo proferẽs. Hinc & prouerbiale apud Græcos Carmen.

τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.

Omnes uirorum diuitum ſunt proximi.

Sufficit igitur ſi intra eum gradũ eſſe ſe probauerit, unde legitimos prætor uocat, idq; & Alexan. probat [b]: hunc enim eſſe proximum agnatum cenſebimus. Cæterum hic ſupereſt uidere, & quæ prima ſit huius uocis ſignificatio, & cõſtat à prope fieri proximum, & ideo uox eſt ualde generalis: unde uicinus proximus dicitur, & amicus: transfertur & ad ſanguinis iura, & proximi, tam agnati quàm cognati dicuntur: in uſu autem magis eſt, ut cũ ius proximitatis dicimus, de cognatione ſpecialiter intelligamus [c]: quo ſenſu etiã qui ante ſe aliquem habent, nihilominus proximi dicuntur: quod eius conſtitutionis exemplo apparet, qua traditur, proximis, neceſſarijsq; perſonis ſolummodo deferri copiam de adulterio accuſandi [d]: non enim dubium eſt licere patruo accuſare, licet frater extet. Itemq; cum legatum rei alienæ ab ignorãte factum, traditur nõ ualere, niſi proximæ perſonæ relictum ſit [e]: intelligemus proximam, etiam qua aliquis prior in gradu ſit. Addidit Baldus [f] hoc differre proximum à cõſorte, quòd proximus per conſanguinitatem dicitur, cõſors ſocius eſt, & dominij particeps. Sed ego à peritioribus intellexi, conſortem eiuſdem ſortis & conditionis hominem ſignificare, ſed ex ſubiecta materia aliter atq; aliter μεταφορικῶς accipi.

LIB. VII. REGVLARVM.

Lex CLV.

PRoximi appellatione, etiam ille

Maiore.

MAIORE. Interpretatur hic iuriſconſultus interdictum, quo cauebatur, utrobi quis maiore parte anni fuiſſet, ibi & maneret: oſtenditq; maiorem partem anni intelligi, reſpectu poſſeſſionis aduerſarij: hodie tamen hoc in interdicto id ſolum attēdimus, utrobi litis conteſtatæ tēpore ea res ſit[a], de cuius poſſeſſione litigatur: idq́ue exemplo interdicti uti poſſidetis, exæquata eñ hæc ſunt. Eadem autem ratione dicimus, utrobi, utro in loco: qua alibi, alio in loco: & inibi, in eo loco: necubi, ne quo in loco: & ſicubi, ſi quo in loco Ouidius: Sicubi Colchorum memini regina uacaui.

a §. ſed hodie. Inſti. de interd.

Ita enim cenſeo legendum.

Nuncubi, num quo in loco. Terentius in Eunucho: Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? Conciſa autem ſunt hæc ex dictione alicubi, ut etiam Vallæ placere uideo.

continetur, qui ſolus eſt,

IDEM LIBRO X. REGVL.

Lex CLVI.

MAiore parte anni poſſediſſe qs intellgitur, etiã ſi duobus mēſibus poſſederit: ſi mõ aduerſarius eius aut paucioribus, aut diebus nullis poſſederit.

AELIVS GALLVS De uerb. quæ ad ius pertinent ſignificatione.

Lex CLVII.

QVantum ad iuris pertinet largã ſignificationē, paries eſt, ſiue murus[a], ſiue maceria eſt. Item uia[b] eſt, ſiue ſemita, ſiue iter eſt.

QVANTVM. a ¶ Murus proprie dicitur publicus qui urbem munit, & mœnia continet: improprie hic uidetur accipi de priuato ædificio, quod paries dicitur: quo ſenſu aduerſus Vallæ traditionē, etiam Corn. Tacitus lib. XV. utitur. Oſtendit autem Iuriſconſultus parietem eſſe etiam maceriam, ſic appellatur paries ſine calce aliáue compactione formatus. Erant autem parietum uaria genera, lateritij, lapidei, cæmentitij, teſtacei, cratitij. Fuerant Lateritij ex lateribus duriſſimæ ſoliditatis, utpote qui crudi ſub ſole diutius permanſerant, ut exſiccarentur. Teſtacei ex latere cocto, qui etiam nunc ſunt in uſu: Cæmēticij fiunt ex temere coniectis lapidibus calceq; commixtis, & imbricum modo hærentibus: Craticij: quos cõcraticios Papin.[d] appellat, ligneis cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus arrectis tranſuerſiſq; in modum cratis, uocãturq; alio nomine intergeriui, ut etiam Feſtus oſtendit, quod uidelicet uicinorum cænacula his dirimerentur, quod diffuſius explicat M. Vitruuius.

d l. ſi fratres. §. pro ſoc.

b ¶ VIA. Cum de priuata uia loquimur, quatenus ſeruitutis ſpecies eſt[b], ab itinere actuq; diſtat, quæ doctrina ex uocabulorum etymo. accipitur. Iter enim ab eũdo dictum eſt, & ideo iter ius eſt eundi hominis. Actus ab agendo, unde ius iumentum agendi actus eſt. Via à uehendo, & ideo ius in ſe continet etiam uehiculum ducēdi, tametſi & qui habet actum, in conſequētiam iumentorum etiã uehiculum adducere poſſit. Sanè, lege XII. tab. ea menſura uiam cõfici traditum eſt, ut in porrecto pedum octo eſſet, in anfractu XVI. cuius dimidiũ actui tributũ eſt. Quũ uero de ſeruitute non accipitur, aliter uiam intelligimus, cõtinetq; nõ ſolum iter, ſed etiam ſemitam: hoc autē diſtat iter à ſemita, quod iter latius eſt, ſemita anguſtior, & quidam quaſi callis. Videtur etiã iter proprie dici de uia publica, quæ populo debetur: quod ex Iulio Fontino lib. de colonijs Italicis intelligi poteſt, quo ſenſu ſemitam tramitem priuatum interpretabimur. Græci ἀταρπὸν dicũt, unde parœmia cuius Euſtathius Odyſ. N. meminit ὁδοῦ παρούσης τὴν ἀταρπὸν ζητεῖς. Cum præſto uia ſit, tu requiris ſemitã. Plaut. in Curcul. Semitam accipere uidetur pro ea uiæ parte, per quam incedunt homines, in cuius medio aguntur currus & iumēta: quapropter apud eum paraſitus minatur ſe facturum, ut obuij capite ſiſtãt in uiam de ſemita. Mar. Seruius in IIII. Aeneidos cõmētario aliter explicat, nimirũ ut ſemita ſit ſemis uia, uia actus dimidius, qua poſſit ire uehiculum, actũ autem duo capere propter euntiũ & uenientium uehiculorũ occurſum, in qua re diſſentit à Iuriſcõſultis[c]. Sunt autē uiarum aliæ βασιλικαί, quas conſulares uocãt, aliæ uicinales, quæ ad uicos ducunt, & ex his utraq; publica eſt: ſicut priuatarum duplex quoq; eſt ſpecies, Agrariæ, & quæ ad ſeruitutes ſpectant. Sed dubiũ eſt, uia publica ad quem pertineat? Et extat relatũ eſſe de regalibus[d], & ideo uideretur in ſimplici conceſſione caſtri eam non transferri. At alibi creberrime proditur ad ciuitates pertinere[e], & idcirco licere decurionibus lata lege eam in priuatũ redigere. Ipſe cenſeo uiæ publicæ ſecuritatem ad principē ſpecialiter pertinere, eius fundũ

b Inſt. de ſer. in prin.

c l. ij. ne q̃d in loc. pub.

d c. j. quæ ſint reg.

e Bart. l. cõtinuus. §. cũ qs. de uerb. oblig.

ad municipes, iuriſdictionē uero ad eum cui caſtrum ipſum conceſſum eſt. Et ideo ſi quis in uia publica deliquerit, poſſe ſupplicíū de eo ſumere quecūq;, cui ex generali principis cōceſſione hoc cōpetat: & ita quidam ex antiquis ſenſerunt, & ego ex facto conſultus, reſpondi.

CELSVS LI. XXXV. DIGEST.

Lex CLVIII.

IN uſu iuris frequēter uti nos, Caſſelius ait, ſingulari appellatione, cū plura generis eiuſdē ſignificare uelimus: nā multū hoīem ueniſſe Romā, & piſcē uilē eſſe dicimus. Itē in ſtipulādo, ſatis habemus hæredi cauere, ſi ea res ſecūdū me hærędemue meū iudicata erit. Et rurſus, quod ob eā rē te hæredēúe tuū: nēpe æque ſi plures hæredes ſint, cōtinentur ſtipulatione.

VLPIA. LIB. I. AD S. C.

Lex CLIX.

ETiam aureos nūmos æs dicimus.

IDEM LIBRO II. AD S. C.

Lex CLX.

CAeterorū & reliquorū appellatione etiā omnes cōtinentur, ut Marcellus ait, circa eum cui optio ſerui legata eſt, cæteri Sempronio. Nam tentat, ſi non optet, omes ad Sempronium pertinere.

IN VSV. Orationum alia eſt particularis, ut cū ſignū particulare præponitur, quale eſt quidā, aliqs, unus: Alia ſingularis, ut ſi nomen propriū ei inſeratur: Alia eſt indefinita, ut cui nullus terminus præpoſitus eſt, unde eius ſignificatio ualde ambigua eſt particulariter ne, an in uniuerſum accipienda ſit. Et cum ex proferentis mēte id pēdeat, eā ex ſubiecto argumēto conijciemus. Cōſtat autē neceſſario huiuſmodi ſermonē uniuerſalem ſenſum nō accipere, & idcirco in teſtimonijs nō fiet hæc interpretatio[a], ſed potius aduerſus eum qui produxit, ut nō probatū ſit, intelligemus[b]. In legibus autē nō ita eſt, & ideo in his indefinita æquipollet uniuerſali, cū legum natura ſit, ut de uniuerſis cōſtituantur. Sed etſi lex uelit homicidam ſummo ſupplicio affici, niſi ab hærede pacem impetrauerit omniū cōſenſum, ſi plures adſint, requiri exiſtimo: idq; frequētius receptum mihi uidet. At in diſpoſitiōibus hominum nō æquipollet, niſi uerba ex ſui natura generalitatē quādam ſignificēt, ut piſcis, aurū, argētum, lana: idē in hærede ex cōmuni uſu loquēdi, cū em plures ſunt hæredes, hæc dictio hæres uni ſoli omnino nō cōuenit[d], cū inſolidū nō ſit hæres, ſed unà cū alijs admittat, meritò inualuit uſus, ut de omnibus intelligeret: ſed & ſi hæres indiffinite prohibitus ſit ne alienet, exiſtimauerunt plerīq;, de omnibus ſucceſſoribus actum uideri, ſi tn̄ generale id nomē certis finibus cōtineretur, ut homo, particulariter potius propter ſermonis proprietatē intelligeremus, & mediocris poſſet accipi[e]. In diſpoſitione quoq; ipſi proferēti fauorabili uerīſimile eſt tali ſermone eum uniuerſaliter prouidiſſe, ut cum pater filium ſuum ſe inſtituere, uel filio tutores dare profeſſus eſt[f]: qđ ſi pluraliter id nominis proferat, tunc uniuerſaliter, & ideo collectiue, ſemper accipitur, ut ſi filios exhæredare ſe dicat, uel cognatis legare[g].

*a l. nō hoc. ubi Iaſ. C. unde leg.*

*b Bar. l. ſi pluribus. de lega. ij.*

*c l. iij. §. cato. de uerb. oblig.*

*d Bar. l. Lucius. §. Sempro. de leg. iij.*

*e l. legato general. de lega. j.*

ETIAM aureos. Aes ſeparata ab auro argētoq; metalli ſpecies eſt, apud antiquiſſimos quoq; prius in uſu quā ferrum, ut Heſiodi poëte carmen indicat: unde & pecunia ſolo ære cudi cœpta eſt, hicq; paulatim factum eſt, ut qualiſcunq; pecunia, æris appellatione compræderetur: idemq; in trāſalpina Gallia de argēto: qualemcūque enim nūmorū ſpeciem, ſimpliciter argentum uulgò appellant: nā & Græcis ἐξαργυρίζειν quod Mar. Cicero ex argentare trāſtulit, in pecuniā redigere ſignificat. Nummus autē aureus, cuius hic mētio eſt, ſeſtertios æris centum ualebat, quod in Diſpunctionibus annotaui, hoc eſt denarios argēteos XXV. Idem autem eſt denarius qđ drachma. Sed deinde minoris æſtimationis aureus fieri cœpit, & in Cæſarum conſtitutionibus ſolidus appellari, quorum LXXII. auri libram conficiunt: qua ratiōe cū aureus, quo hodie uulgò utimur, drachmā auri pendat, cōſequens eſt ſolidū drachmam pependiſſe, eiusq; præterea tertiam partem, hoc eſt ſiliquas ſex. Sanè & Græci χάλκον id eſt æs, pro quacunq; pecunia accipiunt, unde ἄχαλκος apud Lucillium epigr. II.

Ἑρμοδότου τό δὲ δόγμα τὸ πάνσοφον, εἰ τίς ἄχαλκος
μηκέτι πεινήτω θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Hermodoti hoc dogma eſt, quiſquis miſer indiget ære
Philoſophi aſſumat pallia, diues erit.

CAETERORVM. Sicut ſupra uidimus has dictiones, amplius, reliquum, uirilem partem, etiam de toto dici: ita de dictione cæterorum admittendum eſt: & ideo legata Titio optione ſeruorū, & cæteris Sempronio

pronio relictis, ſi Titius non optet uel alio modo à legato excludatur, omnes ad Sempronium pertinebunt[a]: nõ quod portio Titij ad illum per ius accreſcendi deuoluatur: ſed ex ui ipſorum uerborum: & ita Pontanus[b] id reſpõſum declarat, & in eo cui ſuperfluum relictũ erat Raphaël[c] ex facto cõſultus idem reſpondit. Deducitur autem hæc dictio cætera à Græco καὶ ἕτερα, id eſt & alia: & ideo cũ abbreuiatiõis cauſa apponitur, eius uirtute cenſentur alia repetita, quæ ex natura & cõſuetudine actus requirebãtur, obſeruabimúsque hac in re notarij ipſius conſuetudinem: unde in re dubia, non licebit eius ſucceſſori abſque iudicis mandato eam clauſulam extendere, ut Bart. ſenſit[d]. Sed & ubi de iure neceſſaria eſt ſcriptura, uel expreſſio uerborum, non eſt exiſtimandum ſufficere, quod eius clauſulæ inuolucro tabelliones implicant[e], & ideo nec iuramentum, nec ſtipulationem in ſe continere uidebitur. Sunt & qui plurimum referre putent extenſim cætera ſcriptum ſit, an præſcriptis notis &c. quod ridiculum ego arbitror.

a l. cũ optio. de op. leg.
b Rom. ſingu. 35.
c Com. conſi. 105.
d Bart. l. gallus. §. ij.
e l. j. de his quæ ĩ teſta.

PAVLVS LIBRO II. AD S. C.

Lex CLXI.

ILla uerba, optimus maximuſq́;, uel in eũ cadere poſſunt, qui ſolus eſt: ſic & circa edictũ prætoris ſupremæ tabulæ habẽtur etiam ſolæ. ¶ Pueri appellatione, etiã puella ſignificatur: nã & fœminas puerperas appellant recentes ex partu: & Græci communiter ὁ καὶ ἡ παῖς appellant.

ILLA VERBA. Legauit teſtator fundũ ſuum, quem optimum maximumq́; habet: dubitatũ fuit, ſi in uno uerba hæc locum ſibi uendicarẽt, ſuperlatiua enim de pluribus ſolent dici. Sed quoniam quãdoq; etiam ſimpliciter pro poſitiuis accipiuntur, uerius eſt, ad unum quoq; referri, idq́ue prætoris exẽplo, qui cum ſe daturum bonorum poſſeſſionem ſecũdũ ſupremas tabulas edixiſſet, eum quoq; admittit, qui ſolis tabulis inſtitutus ſit[a]. Cui exemplo & illud conuenit, quod Fab. Quintilianus quadam declamatione refert. Is cum lex ultima teſtamenta rata eſſe debere mandaret, ultimum interpretatur primũ, poſt quod tamen aliud factum erat, quod iure non ualebat, hocq́; ex uoluntate legis eſſe autumat, licet non ex uerbis.

a l. j. §. j. 3. de ſec. tab.

¶ §. PVERI. Puerum à puritate dici quidam exiſtimauerunt, quam dictionem etiam de fœminis prædicari, Paulus hic tradit, ſententiæq́; ſuæ duo argumenta adducit, quod etiamnum fœminas à partu recentes puerperas uocemus, itemq́; quod Græci utroq; genere ὁ καὶ ἡ παῖς dicant: ſed iudicio meo hæ rationes non cõſiſtunt, cum puerpera nõ à puero, ſed à puera dicatur: Veteres enim pueras dixiſſe, ut in Caligu. Trãquillus autor eſt, & M. Varro Noniuſq; Marcellus indicãt, unde diminutiuum puella: nec Græcorũ exemplo quicq; moueri poſſumus, cum apud eos παῖς cõmune nomen ſit, ut ipſe ait, & Theocriti carmine in ſyracuſis admonemur. Καλλίστα παίδων πέτρα τὺ πάντα πέλει. Latinorũ nemo puerũ feminino genere ꝓtulit. Satius eſt ergo id reſponſum per eã interpretationem ſimpliciter accipere, qua maſculinum concipit fœmininum.

IDEM LIB. VII.

Lex. CLXII.

NOn eſt pupillus qui in utero eſt.

NON EST pupillus. Qui in utero eſt, pupillus nõ eſt, ſed uiſcerum matris quædam portio: & ideo ancilla prægnante uendita, ſi partus euincatur, nõ agitur duplæ: quia non uidetur magis in cõtractu ad partũ habitus reſpectus, quã ad quoduis aliud inteſtinũ[a]. Hincq́; eſt conſequẽs, ut non ideo pretioſior ſit ancilla, quòd prægnãs ſit: quãuis enim aliqua ſpes lucri inde dño ſubeſſe uideatur, cõtrario tamen detrimẽti periculo eliditur. Quid enim ſi ancilla abortiret: cum præſertim parturiẽs mulier cẽſeatur in periculo mortis eſſe[b]. Meritò ergo in legis falcidiæ computatione propter ancillæ uentrẽ hæreditas non augetur[c], quod periculũ in brutis tam frequẽs nõ eſt. Si tamen chariore pretio propter partum quis ancillã emat, quod ex ea natum erit titulo oneroſo habere uidebitur[d]. Sed & ſi fur matrem ſubſtulerit, partum quoq; qui apud eũ conceptus eſt cõtractaſſe uidetur, unde neq; eum ullo tẽpore per poſſeſſionẽ acquirit, quod ſupra attigimus[e]. Et ex his conſequens eſt, ſi mulier prægnãs in exilium acta ſit, filium ibi natum nõ uideri exulem[f]. Sed & legem Corneliam aduerſus homicidas latam, uerius eſt non procedere in eo, qui abortionem procurauit, tametſi alij aliter ſenſerint[g]. Illud quoq; traditum eſt, ſi lex portorij uectigal pro quocunq; animali imponat, pro eo quod in utero eſt nihil ſoluendum eſſe, nam & huiuſmodi in cẽſum non refertur, & in hoc omnes cõſentiunt. Sane Iuriſcõſultus pupillum hic uidetur lata ſignificatione accipere, pro quocũq; infante. Accurſius tamen etiam proprie accipit,

a l. ſi prægnãs de euic.
b Abb. c. paſtoralis. ĩ fi. de off. ord.
c l. ĩ. l. fal. placuit. ff. ad. l. fal.
d l. quod ſi ex pamphi. de leg. ij.
e l. partũ. 3. e.
f Bar. l. in ſeruorũ. de ſta. hom.
g Fel. c. ſicut de homic.

accipit,& ideo infert tutores pupillis ſuis datos non uideri uētris tutores fuiſſe, ſi infans non naſcatur,cuius ſententia uera eſt[b].

*b l. cū pater. de neg. geſt.*

IN VVLGARI. Inſtituit teſtator filium quē habebat,& quoſcunq; habiturus eſſet, eiq; q ſupremus morietur Seium ſubſtituit,dubitari potuit, ſi alios filios nō habuerit, an Seius illi ſaltē quem tum cū teſtaretur habebat, recte ſubſtitutus uideretur. Et exēplo legis XII. tab.recte ſubſtitutū defendit[a], quoniam in ea lege ſupremus dicit̃, qui unicus fuit,ſatisq; eſt ut ultimus qs cēſeatur, qui poſt ſe neminē habeat, etiam ſi à nemine quoq; præcedatur, quod & ſupra latius attigimus.Sed in hac ſpecie dubium eſt,ſi plures ille filios haberet,an inuicem ſubſtituti uiderentur[b];& receptum eſt cēſeri legititimæ ſucceſſionis inter plures cohæredes ius reſeruatum,niſi ultimo decedēti in omni hæreditate ſubſtitutio facta ſit[c]:non enim qui ſupremus moritur omnē hæreditatē reſtituere pōt, niſi ipſe eā habuerit,at habere eam nō poteſt, niſi uiciſſim eos grauatos dicamus. Sunt qui idē eſſe opinantur[d],cū ita uerba cōcepta ſunt,ut poſt mortem omnium reſtitutio facienda ſit, tametſi expreſſe dictū non ſit,ut qui ultimus moriatur,reſtituat[e]:quod rationē in ſe ullam non habet,nō ergo ultimus omnium portionē, ſed eo in caſu unuſquiſq; ſuam reſtituet.

*a l.qui duos. de reb. dub.*

*b l. uel ſingulis.§.d'uulg.*

*c l.titia ſeio. §.ij.d'le.ij.*

*d Soc. §. cum ita ad Tre.*

*e arg. l.codicillis. de uſu fru.leg.*

a ¶ VVLGARI. Accurſius interpretatur,id eſt pupillari.Ego aliter ſentio,cū enim teſtator filijs inſtitutis ei q ſupremus morietur ſubſtituit,ſi unicus ille ante aditam hæreditatē decedit, ſubſtitutus ex uulgari admittetur,ſi poſt aditam,ante tamen quàm pubes eſſet,ex pupillari:unde à principio ea ſubſtitutio ſatis poteſt uulgaris appellari, nec obſtat quod ex uulgari ei non ſuccedatur, ſed teſtatori, quia pronomen illud pro ſuperuacuo habetur,idq; Albericus probat[f]. Sed qd ſi dictū ſit, mihi & ei qui ſupremus moriet̃. Seius hæres eſto?Et adhuc opinari quis poſſit de uulgari & pupillari ſubſtitutione ſolū egiſſe teſtatorē ut ordinem coniuncta denotet, quaſi ſibi ſubſtituerit ſi filius hæres non erit,& filio ſi hæres erit.Quidam etiam fideicommiſſariā cōtineri aiunt,ut Ponta.& Iaſ.[g] & in electione ſubſtituti eſſe,directe an per fideicōmiſſum hæreditatem uēdicet: quæ ſententia propter uerisimilē teſtatoris uolūtatē adiuuanda eſt.

*f l.j.in princ. de uulg.*

POMPONIVS LIB. II. AD S. C.

Lex CLXIII.

IN uulgari[a] ſubſtitutione, qua ei qui ſupremus morietur hęres ſubſtituitur,recte ſubſtitutum etiā unico ītelligitur: exemplo legis XII.tabul.ex quibus proximus agnatus, etiam ſolus habet̃. ⌈ Si qs ita[b] in teſtamēto ſcripſerit,ſi qd filio meo acciderit, Damas ſeruus meus liber eſto: mortuo filio,Damas liber erit: licet enim accidat & uiuis,attamen uulgi ſermone etiā mors ſignificat̃.

VLPIANVS LIB. XV. AD S. C.

Lex CLXIIII.

NOmē filiarū, & in poſthumā[a] cadere queſtionis nō

b ¶ §. SI QVIS ita. Humanitus accidere, eſt mori[h], & ita docti ſolent loqui.Sed teſtatores ex uulgi ſermone, qui cōcinior eſt[i], & breuior, ſimpliciter accidere,& cōtingere pro uita defungi accipiunt:ultimus enim qui homini euenire poſſit caſus,eſt mors; meritò illa conditio,ſi quid acciderit,de morte intelligitur[k],alioquin propter generalitatem nullius ferè momēti eſſet.Sed an mors ciuilis hoc quoq; caſu ſufficiat,ut quia in exiliū quis miſſus ſit?& Baldus[l] de ea ſentire cōtrahentes nō arbitratur. Hincq; argumētum ſumi poteſt,imperiti teſtatoris uerba ex uulgi conſuetudine declarari,quod & Socinus[m] in ea ſpecie annotauit, cum filiū quidam uiuum & mortuum relinquere ſe Titio in teſtamēto dixiſſet,interpretatus eſt enim Titium uiuenti tutorem datū, mortuo hæredē[n].Sed huiuſmodi uerbis hæreditatem dari periculoſius eſt, quàm ut ego affirmare auſim, cū & curam mortui gerere quis poſſit,dum pompā funeris,ornatum ſepulchri,parētaliaq; huiuſmodi procurat.

NOMEN filiarū. a ¶ Poſthumus proprie intelligitur, qui patre humato natus eſt: ſed & qui poſt teſtamentum natus eſt largo modo poſthumus dicetur[a]. Sed pone teſtatorem de filiabus aliquid diſpoſuiſſe, an de poſthumis quoq; actum cenſebimus? Et dubium nō eſt,ex proprietate ſermonis poſthumas ea appellatione contineri:ſed quia earum meminiſſe nō uidetur,neq; cogitaſſe ut poſthumæ naſcerentur,ad futuros poſt mortem ſuam filios reſpexiſſe non creditur[b], & ideo propriam ſignificationem ex interpretatione reſtringimus,quæ interpretatio locū non habet, cum contrarijs coniecturis prior præſumptio tollitur,ut ſi in parte teſtamenti poſthumarum mentionem fecerit,non enim oblitus uideri poteſt, qui aliqua in parte poſthu

poſthumam commemorauit. Idem ſi neceſſa rio poſthuma admitti deberet, ut in inſtitu tione, teſtamētum enim corrueret. Quod & dicendum eſt, cum filiabus tutores[c] quis deſi gnat, utilis enim hic actus poſthumæ eſt, nec hæreditati dāno ſus: unde propter fauorem de poſt humis quoq; actū credimus, & uim uerborum obſer uamus. Sanè qui poſt teſtamentum naſcitur, indiſtin cte admittendus eſt, ſi tamen teſta tor eum natū eſſe ſciuit: cum enim nihil mutet, decla rare uidetur, de eo quoq; ſe intelle xiſſe, & hoc Bart. probat[d].

*c l. ſi qs filiab. de teſta. tut.*
*d l. ſi cognatis de reb. dub.*

eſt, quàmuis poſthu mæ nō cadere in eā, quæ iam in rebus hu manis ſit, certum eſt. ⁋ Portionis [b] nomē, non ſemper dimi diam ſignificat, ſed prout adiectum eſt: poteſt enim iubere aliquis, & maximā partem partiri poſ ſe, & uiceſimam & tertiam, & prout li buerit, ſed ſi non fue rit portio adiecta, di midia pars debetur. ⁋ Habere [c] ſicut per uenire, cū effectu acci piendum eſt.

POMPONIVS LIB. V. AD S. C.

Lex CLXV.

VEniſſe ad hære dem nihil intel ligitur, niſi deducto ære alieno.

b ¶§. PORTIONIS. Portio uidetur mihi de qualibet parte di ci: quapropter cū lex in totum uel pro parte aliquid recipi uetat, qui uel minimū recipit, pœnæ reus eſt[e]. Et emphyteota qui particu lare dānum tolerare, ſuoq; periculo ferre de bet, qualecūq; erit, feret[f]. Et facultas rem à ſo cio uenditam luendi, illi qui in ea partem ha beat competens, uel ei cuius ſit milleſima nō denegabitur[g]. Quoties autem ueriſimile nō eſt, de minima re actum eſſe, ut quia diſpoſi tio nullius redderetur momenti, ueluti in eo qui partē fundi promittit[h], uel alio ſimili du bioq; caſu, de dimidia accipiēdum eſt[i]. Vnde qui partis bonorum uſumfructum legat, de dimidia intellexiſſe uidetur[k]. Et cū quis ab altera ſe parte electum ait, non minus quàm dimidia ſit intelligemus[l]: alioquin quæ in pauciore numero eſſet, cum nullius momen ti haberetur, alteram nihil impediret. Quod ſi portiunculæ mētio fiat, uel alicuius, uel quā tæcunq;, uel certe partis, uerius eſt etiā de mi nima intelligi[m]. Idem ſi quātula, uel minuſcu la ſcriptum ſit[n]: niſi ad certam aliquam iuris diſpoſitionē ſe referant, ex ſubiecta enim ma teria interpretationē recipiunt. Quapropter qui in teſtamento ſextam partem hæredita tis ſuæ relinquit, ſextam aſſis legaſſe intellige tur, idq; Barto. uiſum. Quod in hæreditate procedit, quam lex in duodecim partes diui dit, in alijs uero rebus Angelus diſſentit[o], quod & nos probamus. Quapropter ſi duas partes rei petieris, non duas ex aſſe, ſed ex tri bus partibus petijſſe uideberis: qđ ſi ſex par tes dari teſtator uoluerit, dubium non eſt ſe miſſem deberi. Qua ratione ſi unam partem hæreditatis relinquere ſe dixerit[p], de una un cia intelligendum uidetur.

*e c. auaritiæ. in fi. d' elec. lib. 6.*
*f l. j. C. de iure emph.*
*g Bald. l. j. C. de com. ſer. ma.*
*h gl. l. cū poſt §. gener. de iur. dot.*
*i l. plane. i fi. de leg. j.*
*k l. etiam. de uſufr.*
*l gl. c. ſi prius quā. 28. diſ.*
*m Bar. l. ij. C. qñ & quib. lib. x.*
*n l. qui cōcub. §. j. de le. 3.*
*o Ang. l. defun cta. d' uſufr.*
*p Bar. l. ĩterdū de hær. inſt.*

c ¶§. HABERE. Regula eſt generalis quā alibi attigimus, Verba cū effectu accipienda eſſe[q]. Is autem eſt effe ctus, ut ex perſo na ſua qs habeat, ut deductis oneri bus, lucrum illi ſu perſit, ut momen tanea nō ſit acqui ſitio, quæ ſi nō in teruenient, habe re quis proprie & ſtricte non uide tur. Effectū quoq; ea reſpicere exiſti mantur, quibus actus alicuius ſit momenti, nō autē eluſorius remanet[r]. Sed & ut lex rebus ipſis, nō uerbis impoſita cēſeatur, ad effectum per tinet[s]. In iure quoq; lectum eſt uim pro effe ctu accipi: ut apud Marcellum[t], ei qui homi nem ſtipulatus eſt, promiſſor eum dando qui tūc illi ſeruierat, liberat͛ ui ipſa. Sic & Corn. Tacitus lib. XIII. Vectigal mancipiorum remiſſum magis ſpecie, quàm ui. Cuius locu tionis ratio eſt, quia uis à Græco βίη deſcēdit, cuius contrarium & κατ' ἀντιστοίχιον eſt ius. Vn de ad differentiā eius quod ipſo iure fit, dici mus aliquid in effectu, uel ui ipſa factum.

*q l. aliud. l. ex piſſe.*
*r c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in 6.*
*s l. ij. C. com. de leg.*
*t l. q x. §. ſti chū. de ſolu.*

VENISSE. Ad hæredem id perueniſſe exiſtimandum eſt, quod deductis oneri bus peruenit: hocq; exemplo legis falcidiæ rationem inibimus. Ad legatarium uero qui fundū accipere, & decem hæredi dare iuſſus eſt, totum fundum iure legati perueniſſe in terpretabimur[a], & hoc quantum ſit ad hære dis falcidiam, qui x. illa conditionis implen dæ cauſa ſibi data computare non tenetur, alioquin uerum eſt, huiuſmodi legatarium in toto fundo lucratiuum titulum nō habere[b]. Et hinc generalis regula colligitur, eatenus habuiſſe quēlibet uideri, quatenus deductis oneribus remanet[c]. Hinc ſi quis ſacerdotiū ualoris centum aureorum impetrauerit, il lud obtinere poterit quod ducentis cenſea tur, ſi deductis oneribus ſola cētum ſint reli qua: quod & in portoriorū legibus obſeruan dum eſt. Habetur autem in his oneribus & medij temporis uſurarū ratio[d], & cuiuſlibet pecuniæ, quę pro re ipſa effundatur, quale eſt

*a l. ad uetera ni ad l. fal.*
*b l. nō amplius de leg. j.*
*c Dec. cō. 156.*
*d Iaſ. d. l. non amplius.*

ἔρμα

ἑρμηνευτικῶν, id eſt, proxenetæ merces, haſtarumq́ ſolennium impendia, & ſi qua ſimilia. Sanè cum lex exactionis effectum non reſpicit, ſed petitionis modũ, aliud dicẽdum eſt: ut ſi actorem mandet duos aureos in ſingula cẽtũ, quæ petat pro ſportulis, deponere, ſacramẽtoq́ ſic cõtendere[c]: nihil enim refert, quod reus ita inops ſit, ut etiam ſi uincatur, petitam ſummam ſoluere nequeat,

c l. cũ quædã. de iuriſ. om. iud.

IDEM LIBRO VI. Lex CLXVI.

VRbana familia[a] & ruſtica, non loco, ſed genere diſtinguitur: poteſt ẽm aliquis diſpenſator[b], non eſſe urbanorum ſeruorum numero, ueluti is qui ruſticarum rerum rationes diſpenſet, ibiquè habitet, & tamen multum abeſt à uillico[c]. Inſularius[d] autem urbanorum numero[e] eſt: uidendum tamẽ eſt, ipẽ dominus quorũ loco quãdoq́ habuerit: quod ex numero familiæ, & ex uicarijs[f] apparebit. ¶ Pernoctare[g] extra urbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis ĩ urbe eſt: per enim totam noctem ſignificat.

VRBANA. a ¶ Vrbana mancipia non loco, ſed genere uſus cognoſcuntur[a], & à ruſticis ſeparantur: unde qui rationes uillicas diſpẽſat, & de cibarijs prouidet, in ruſticis computabitur: at qui inſulas cuſtodiunt, urbani exiſtimabuntur, cum tamẽ dubitamus, quid paterfamilias ſenſerit, ex eius conſuetudine deprændemus[b]: cuius rei & ex rationibus libellisq́ eius, aut uicariorum, qui uel ruſtica curant, uel urbana, certiores fieri poterimus.

a l. quẽadmodũ. de ſup. leg.

b l. ſeruis urb. de leg. iij.

b ¶ DISPENSATOR. Seruus eſt qui impẽdia domus curat, & uictui præeſt: huic obſonatores, piſcarij, coqui, idq́ genus ſerui parent. Sumpſit nomen ab expendendo pecuniã, uel quod rationes diſpendat, id eſt procuret, & conſideret, calculumq́ ducat: hi ut plurimum in urbe degunt.

c ¶ VILLICO. Villicum M. Cato. & L. Columella pro eo ſeruo accipiunt qui ruri præeſt, & agriculturam ruſticasq́ operas curat eisq́ ſecundum domini utilitatem præcipit, huic ſerui ipſi agri cultores ſubijciuntur.

d ¶ INSVLARIVS. Recẽtiores quidam inſularium accipiunt ſeruum, qui propter aliquod delictum in cõpedibus opus faciat, in inſulamq́ relegatus ſit, quod falſum eſt. Inſularius enim ſimpliciter ſeruus accipitur inſulæ cuſtos, cuius rei Põponius autor eſt[c]. Inſulas autem Feſtus interpretatur domos quæ uicinorum communibus parietibus nõ coniungũtur, ſed quoquo uorſum uel priuata uel publica area ambiuntur. Quam ſententiam ſunt ex recentioribus qui improbent, quoniam ex P. Victore conſtat, longe plures Romæ inſulas, quàm domos fuiſſe, quod uериſimile non eſſet, ſi hoc ſignificatu inſulæ acciperentur: quapropter ipſi interpretãtur inſulas eas ædes eſſe, quæ inquilinis locari ſolerẽt: quod & ipſe probarem, ſi aliqua hoc Etymologiæ ratio ſuaderet. Feſti igitur opinionem ſequor, quæ ex Corn. Taciti li. XV. cõfirmatur. Is propter crebra incendia, cũ multi aquæductus in urbem deferrẽtur, à Nerone excogitatũ tradit, ut aqua priuatorum licentia intercepta, quo largior & pluribus in locis haberetur, in publicũ flueret, ædificiaq́ nõ communione parietum, ſed proprijs quæq́ muris ambirẽtur, canalibus, ut opinor, eis in parietibus additis, ut reprimẽdis ignibus aqua facilius decurreret, hinc inſulæ nomen deductum. Erant autẽ non modo ab incẽdijs tutiores[d], ſed etiam à furibus, qui per tegulas cõmeare in eas non poterant, ideoq́ in eis pretioſiora quæq́ reponebantur, ut quæ ſolius effracturæ periculo ſubijcerentur.

c l. ſi ita. de uſu & hab.

e ¶ NVMERO. Numerus etiã ordinem & turmam ſignificat[e], unde numeri militũ dicũtur: hinc & numerus familiæ. Obſeruandum igitur erit, an paterfamilias in ordine & conſortio ruſticorum ſeruorum aliquem haberet, an uero urbanorum.

f ¶ VICARIIS. Serui ordinarij dicũtur, quibus peculium dominus cõceſſit, negotiariq́ ſinit[f]: Vicarij ſunt, qui ordinarij uices gerebant, quidamq́ quaſi ſubinſtitores. Igitur ſi ordinarius urbana ruſticaq́ negotia pertractaſſet, habuiſſetq́ alios uicarios urbanis, alios ruſticis, qui ſeruus in ruſtici uicarij famulitio erit, ruſticus cenſebitur. Martialis,

Eſſe ſat eſt ſeruum iam nolo uicarius eſſe,
Qui rex eſt, Regem Maxime non habeat.

g ¶ §. PERNOCTARE. Qui prouinciæ præeſt, extra eam etiam uoti ſoluendi cauſa pernoctare nõ poteſt[g]. Quæritur, quid ſit pernoctare: & integrã noctem ſignificari, iuriſconſultus ait. Sic Flamen Dialis quoties ualetudo aduerſa incidiſſet, nõ ultra binoctiũ pernoctare poterat, ut Tacitus lib. III. ſcribit. Sic & in lege XII. tabu. Quæ trinoctio abnoctaſſet, uſurpabatur, ut ex Q. Mutio A. Gellius

Gellius lib. III. tradit. Id autē dictio per in compoſitione demonſtrat, quæ uox ad integram noctem refertur. Quo argumēto ſi lex prætori in delictis ſui officij tempore perpetratis iuriſdictionē mandet, cum prioris tempore qs uulneratus à ſicario eſſet, & ſub ſucceſſore petijſſet, reſponſum à quibuſdam eſt, neutri ius cognoſcēdi pertinere, cum integrum delictū neutrius tempore factū ſit, perpetrare aūt ad totum refertur[b]. Sed hæc deciſio uera non eſt, qui enim læthifere perçuſſit[i], quod in ſe eſt om̄e delictum perfecit, & ideo ad primum magiſtratum ius cohertionis pertinet[k]. Sanè hoc exemplo & pernox luna dicitur, quam Græci πανσέληνον uocant. Sic & peregiſſe reum dicitur, non qui ſolummodo detulit, ſed qui condemnauit[l]: quo exemplo & perennare dicimus, & perhibere, & perlegere, & perferre, & percipere: hæc enim omnia ad quandam integritatem perfectionemq; referuntur. Tametſi nō negauerim in compoſitione eam dictionem aliter quoq; accipi, ut cum perfidum, periurū dicimus. Itēq; perpluere, pſpicuus: & rurſus perpauci, pertinax: ſed & perorare dicitur, cui finis orandi demandatus tantummodo eſt.

b Alb. hic.
i l. fi. §. ſicut. de bo. cor.
k l. diuortio. §. ſi uir. ſol. mat. Alex.
l l. ij. de adul.

CARBONVM. Materia rei appellatione, quæ ex ea conficitur, non uenit. Vnde qui carbones dicit, de lignis nō intelligit, qui libros, de chartis, qui calcē, de lapidibus: quamuis ex lignis carbones, ex chartis libri, ex lapidibus calx conficiatur: idq; & Accurſius, & quadam diſputatione Pylleus probat. E conuerſo, nec appellatione materiæ, quod ex ea factum eſt, compræenditur, ſi ſpeciali nomine nuncupetur, niſi eiuſmodi ſit quod effectum eſt, ut in materiam ſuam redigi rurſus poſſit[a]: quale eſt argentum factum, uel aliter mentem teſtatoris conijciamus. Hinc eſt quod ligni appellatione, id ſolum cōtinetur, quod comburendi cauſa paratum eſt[b], & à ſolo diuulſum, & alio ſpeciali nomine non appellatum, niſi uel teſtatoris uoluntas, aut conditio, uel regionis natura aliud ſuaderet. Quo exemplo cū omnia nemora quis locaſſet, reſpondit And. Siculus[c], de eo nō cenſeri actum, quod materię cauſa haberetur, cum id in alium elegantem uſum deſtinatum eſſet. Sed hac in re planè μάταιος eſt, & Siculis gerris uaniora conſcribens.

a l. quæſitum. §. illud. de lega. iij.
b l. ligni. de lega. iij.
c Barb. conſi. 26. in 2.

VLPIANVS LIBRO XXV.

Lex CLXVII.

Carbonū appellatione materiā[a] non contineri, ſed an lignorū? & fortaſſis quis dicet, nec lignorum[b]: non em̄ lignorū gratia habuit: ſed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciāt, utrū ligno, an carboni, an ſuo generi annumerabimus? & magis eſt, ut propriū genus[c] habeat. Sulphurata quoque de ligno æque eandē habebunt diffinitionem: ad faces quoq; parata, non erunt lignorum appellatione compræenſa, niſi hæc fuerit uoluntas. Idem etiam de nucleis[d] oliuarū, ſed & de balanis[e] idem eſt,

a ¶ MATERIAM Sic prorie ligna appellantur, quæ ædificiorū cauſa, uel alterius operis habentur, inde materiarij fabri. Hic autē de materia intelligit, quā idcirco quis præparauerat, ut carbones cōficeret, hi in antiquorū eulogijs[d] Græca uoce dēdrophori appellātur, quod arborem ferunt & torrent.

d l. fin. de iur. im.

b ¶ LIGNORVM Sūt ligna proprie quæ comburēdi cauſa habemus: unde materia carbonum, cum in alium uſum principaliter habeatur, non intelligitur lignum eſſe.

c ¶ GENVS. Cum enim ſpeciale nomen titiones, ſulphurata, faces, & nuclei habeant, nō uidetur quiſquam ligna nominans, de eis intelligere. Sunt autem ſulphurata tenuiſſima ligna ſulphure utrinq; illita, ad accendendas lucernas, quorum & Martialis meminit, nos uulgò ſulphuretos uocamus.

d ¶ NVCLEIS oliuarum. Hi enim ab antiquis oſſa oliuarū appellantur, ut meritò pro lignis habendi nō ſint: quod & in cæteris dicendū eſt, quales ſunt glandiū, nucū, amigdalarum, & ſi qua ſimilia. Idemq; in uinacijs ſtatuendum, cum acini nō ignibus tantum, ſed & paſcendis columbis uſui eſſe ſoleant.

e ¶ BELLARIIS. Antiqui codices balanis habēt, & caſtigatius. Significat βάλανος glandem generali nomine, ſed ſpecialiter de palmulis, quas uulgò dactylos uocamus, accipitur. Palma enim in Aegypto & Syria eos fructus fert, guſtu ſuauiſſimos, ut bellaria omnia præcellant. Sunt bellaria quæ ſub finem conuiuij afferuntur, & ſecundæ menſæ appellātur. Iulius Pollux palmam aliam marem, aliam fœminam arbitratur: & fœminæ fructus ex Herodoti Xenophontisq; ſententia proprie balanos dici: propendent autem ab inuolucro, corticoſóue operimento, quod elaten ſeu ſpathen uocant, & ipſum magni in medicina uſus, ut Galenus oſtēdit, tametſi

hodie in eis regionibus nullum alium, quàm ignibus uſum præſtet.

f ¶ PINV. Nil aliud eſt pinus, quàm picea excultior, eius nuces ſtrobyli, coccali, coni, & Latinis nuclei uocantur, qui pinei ſunt detrahũtur guſtatu idonei, & medicina utiles. At Iuriſcõſultus hic, cum integros ſtrobylos dixit, de pinu agreſti, uel picea intellexiſſe uidetur, qui caſſi & cibo inutiles ſunt, ideoq́ à cono non diuelluntur, ſolis ignibus aptiſſimi. Poteſt & de nuce ipſa pinea domeſtica intelligi, in quibuſdam enim regionibus ita abundat, ut eius fructus nulla ſit æſtimatio: nam de ea ſtrobylos ſpecialiore ſignificatiõe dici ex Dioſcoridis lectiõe obſeruatũ eſt, qui lib. I, cap. LXXXV. itemq́ ca. LXXXIX. στροβύλου pro pinu accipi, πίτυν pro picea, πεύκην pro tæda, quæ congeneres omnes arbores ſunt. Sanè ubi nucis pineæ fructus in pretio ſit, non opinarer, legatis lignis, ſtrobylos eius integros contineri: ſed tum deberi, cum fructus exempti fuerint.

uel ſi qui alij nuclei ſunt. De pinu[f] aũt itegri ſtrobuli, ligni appellatione cõtinẽtur.

IDEM LIB. IIII. AD SENATVSC.

Lex CLXVIII.

PAli & perticæ in numerorum materiæ redigẽdi ſunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

IDEM LIB. V.

Lex CLXIX.

NOn tantũ in traditionibus, ſed etiã in emptionibus, & ſtipulationibus, & teſtamentis, adiectio hæc, uti optimus, maximusq́ eſt, hoc ſignificat, ut liberum præſtet prædiũ, nõ etiam ut ſeruitutes ei debeant.

VLPIANVS LIB. XXX. AD S. C.

Lex CLXX.

HAeredis appellatione oẽs ſignificari ſucceſſores credẽdum eſt, & ſi uerbis non ſint expreſſi.

PALI. Pedamentorum, quæ uitium adminicula ſunt, tria ſunt genera: unum robuſtum ſeu fiſſile, ex quercu, uel iunipero, quod appellatur Ridica: alterum eſt è pertica, qui palus dicitur, hicq́ teres eſt: tertium ob inopiam ex harundineto ſumitur, ſicq́ M. Varro, & L. Columella tradiderunt. Hæc pedamenta, quæ & ſtatumina uocantur, lignis legatis non continentur, quoniam in materia ſunt, & alium uſum quàm ignis præſtant: putauerim tamen, cum propter uetuſtatem amplius in uineæ uſu eſſe nõ poterunt, præſtanda: nam ratio Pauli tunc locum non habet: nec enim amplius in numerum materiæ rediguntur, imò tunc ſolent patresfamiliarum eos palos comburere.

NON TANTVM. Qui fundũ tradit, uẽdit, legat, ita uti optimus maximusq́ eſt, non illi quidẽ ſeruitutẽ deberi ait, ſed nemini eum debere: qua de re ſupra à nobis tractatum eſt. Sed quid ſi fundus ea cum clauſula uenditus, obligatione aliqua propter munera publica affectus ſit? Et ſi uẽditor ſciens emptorem eius obligationis non admonuerit, Aretinus[a] reſpondit, quanti minoris emptor comparaturus rem erat, poſſe uenditorem cõueniri, nec eius adiectionis prætextu excuſari. Sed & Pau. Caſtrenſis[b] nõ imputari hoc caſu emptori exiſtimauit, ſi cum generaliter ſciret fundũ obligatum, minime diligentiã adhibuit, ut quantitatem, ſummamq́ debitæ pecuniæ certius exploraret: cũ enim eius declaratio ad uenditorem pertineat, tutò negligere potuit, qui ius ſuũ non diminui ſciebat[c], niſi ſpecialiter fuiſſet admonitus. Erat autem clauſula hæc & in contractibus[d], & in teſtamentis apponi ſolita, quod & antiqua inſcriptio oſtendit, quæ in Gratiano oppido Montisferrati ſic legitur V. F. T. Vectius. T. L. Hermes Seplaſiarius, mater genuit mater recepit, hi horti ita uti opt. maximiq́ ſunt cineribus ſeruiant meis, nã curatores ſubſtituam qui ueſcãtur ex horum hortorum reditu natali meo & præbeant roſam in perpetuum, hos neq́ diuidi neq́ abalienari uolo.

HAEREDIS. Hæres meus Seio centũ dato, primus hæres nõ adiuit, an ſubſtitutus ſi adeat tenebitur? Et dubium nõ eſt ad quoſcunq́ gradus hæredis nomẽ pertinere[a], tum omnes quoq́ ſucceſſores intelligi, ſiue iure ciuili, ſeu prætorio, ſiue directe, ſiue per fideicõmiſſum ſuccedant: ſed & qui particulariter ſuccedit, ſeu in certa re, hæredis appellatione continebitur[b], dum uel materia fauorabilis ſit, uel res eiuſmodi ſit naturæ, ut in ſingularem ſucceſſorẽ tranſeat. Sed & cũ quis ſibi & quibuſcunq́ hæredibus paciſcitur, de particulari quoq́ accipiendum erit[c]. Idem ſi hæredibus & ſucceſſoribus dictũ ſit[d], ut geminatio alicuius ſit effectus, nec alterum uideatur ſuperfluum[e]. Sed in hoc quidã diſſentiunt, cum hæredes de iure ciuili, ſucceſſores de prætorio intelligere poſſimus[f], quod non probo: qui enim ſic cõtrahit, nõ modos ſucceſ-

ſionis

ſionis,ſed effectum cōſideraſſe uidetur. Adde quòd cum hodie ex iure prętorio ferè nunꝗ ſuccedatur,non eſt ueriſimile infrequētis caſus mentionem factam:nam & ſi hæredis tantum mentio facta eſſet,ſatis hoc reſponſo apparet bonorꝫ poſſeſſoris habitā rationē. Verior itaꝗ prior eſt ſententia,quam de facto conſultus, Alexā. approbauit g.

g 191.in 2.

POMPO. LIB. XVI.

Lex CLXXI.

PEruenisſe ad te recte dicitur, quod per te ad alium peruenerit,ut in hæreditate à liberto per patronum filiumfamilias patri eius adoptiuo acquiſita,reſpōſum eſt.

PERVENISSE. Per rogationem adoptauerat quis filiū, qui cuiuſdā liberti patronus erat,caueratꝗ quod ad eum filium perueniſſet,eo impubere defuncto, his ad quos ea res pertinere potuiſſet, reſtituturum:deinde is filius liberto ſuo ſucceſſit,quæ hæreditas ex regula iuris nec momento quidē in eius perſona cōſtitit[a],ſed protinus patri quæſita eſt, fuit dubitatum,an ad filium hæreditas perueniſſe diceretur: Et dixiſſet aliquis,non uideri perueniſſe,huiuſmodi enim uerbū cum effectu accipitur, & dictio per illi addita, perfectionem quādam acquiſitionis denotat[b], ſed tamen in propoſito caſu aliud dicēdum fuit,nō eo ſolū argumento,quod etiā ſi cautio nulla interpoſita fuiſſet,nihilominus ea hæreditas reſtituēda erat,quia ipſius filij reſpectu non autē patris delata uideretur[c]: ſed hac etiam ratione, quia uerba ſtipulationis hoc inferunt, perueniſſe enim ad me dicitur,quod per me ad aliū peruenit,dū ille iure meo nitatur,ut ſuperius à nobis expoſitum eſt:idem ſi culpa mea peruenerit. Exempli cauſa, Conſtitutum eſt,ut Præfectus pro apparitoribus ſuis in id teneatur,quod ad ſe peruenerit,ſi aliquid peruenerit,quamuis amplius non habeat,ut quia per iniuriam amiſit,nihilominus tenebitur[d]. Alibi quoꝗ proditum eſt,id ſolum perueniſſe uideri,quod deductis expenſis ſupereſt, idꝗ in uenditore hæreditatis[e],qui quod ad ſe peruenit tradere tenetur. Reſponſum eſt,dubitatū quoꝗ extat, an peruenire uerbū in ſubſtitutionibus directū ſit,an ſolum fideicōmiſſi uires habeat: & non eſſe directum frequentius traditum eſt[f],niſi additū eſſet,ut eo ipſo perueniat, uel pleno iure, uel libere:huiuſmodi enim uerba eius ſunt effectus, ut hæredis manus expectanda non ſit. Sanè hoc in cōtextu annotanda eſt conſtructionis forma, qua Iuriſconſultus acquiſitā à liberto hæreditatem, id eſt liberto dixit. Sicut cum nos à quæſtoribus acquiſiuiſſe mancipium dicimus, hoc eſt lucrifeciſſe,uel comparaſſe. Accurſius cōſtructionis huius nouitate motus ὑπόθεσιν, ſeu facti ſpeciem aliam fingit:quam adeò nō probo,ut eam referre diſtædeat.

a l.placet.de acq.hær.

b l.qui cōcubinam.§.ij.de leg.iij.

c l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ſ.de uulg.

d Paul.Cle.j. §.cæterum. de priuil.

e l.ij.§.j.de hære.uend.

f Mod.l.centurio.in fi.

VLP. LIB. XXXVIII.

Lex CLXXII.

LIberti appellatione, etiam libertā contineri placuit.

LIBERTI. Solebāt teſtatores ueſtiaria,uel cibaria libertis libertabusꝗ ſuis relinquere[a], quod & de iuribus ſepulcrorum obſeruatum fuiſſe, ex quàm plurimis inſcriptionibus conſtat. Pone teſtatorem ſolum mentionem libertorū feciſſe,exiſtimat Vlpianus etiam de libertabus accipiēdum, quod etiam in fideicommiſſis proditum eſt. Cuius rei ea eſt ratio,quod maſculinum ſemper ſub ſe fœmininum complectitur[b], ut ſuperius tractauimus. Tres autem libertorum fuiſſe ſpecies Caius inſtitutionum lib. 1. tradit: Alios enim Ciues Rom. alios Latinæ conditionis, alios eſſe Dedititios. Ciues Rom. ſunt qui teſtamēto aut in æde ſacra,aut ante conſulem fuerint manumiſſi. Latini ſunt, qui aut per epiſtolā, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittūtur. Dedititij uero ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſupplicijs ſubditi, & publice pro criminibus cæſi ſunt, aut in quorū facie uel corpore quæcunque indicia aut igne aut ferro impreſſa ſunt, & ita impreſſa, ut deleri non poſſint. Hi ſi manumiſſi fuerint, Dedititij appellantur. Sed inter hæc tria genera libertatum ideo Ciues Rom. meliorem ſtatum habent,quia & teſtamēta facere poſſint, & ex teſtamento quibuſcunꝗ perſonis ſuccedere: nam Latini & Dedititij nec teſtamenta condere,nec ſibi ex teſtāmento aliorū aliquid dimiſſum poſſunt ullatenus uendicare:tametſi Latini certis rebus priuilegia Ciuium Rom. libertorum conſequi poſſunt, Dedititij uero nulla ratiōe poſſunt ad Ciuium Rom. libertorum beneficiū peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id eſt ſi iterum ab ipſis aut teſtamento,aut in æde ſacra,aut ante conſulem manumittuntur, Ciuium Rom. priuilegia conſequuntur:hæc Caius. Quæ uerba referre placuit,quod Iuſtinianus,qui has differentias ſuſtulit,nimis cōciſe, & ſuſpenſa,ut dicitur manu, eas declarauit,tametſi ad multorum in iure ueteri locorum interpretationem pertinerent[c]. Nam cum de manumiſſis uindicta mētionem reperimus, Ciues Rom.

a l.iiij.de ali. leg.

b l.cum pater. §.cū inter. de leg.ij.

c l.qui Romæ. §.flauius.de uerb.obl.

intelligimus:eo enim modo ante conſulem, ſeu quod idem eſt,proconſulem, uel prætorē manumittebantur, fiebantq́ꝫ Ciues Roma. niſi aliter conuentum eſſet[d]. Perſius: Vindicta poſtq́ꝫ meus à prætore receſſi. Hinc Corn.Tacitus lib. XIII. eos tradit, qui uindicta manumiſſi nō eſſent, aliquo uelut ſeruitutis uinculo teneri. Auſon. ī Grippo Triplex libertas,capitisq́ꝫ minutio triplex. Meminit & Boëtius in Topica M.Ciceronis.

d l.j.§.illo. C.de lat. lib.tol.

IDEM LIBRO XXXVIII.
Lex CLXXIII.

Collegarum appellatione hi cōtinētur,qui ſunt eiuſdem poteſtatis.
¶ Qui extra cōtinentia urbis eſt,abeſt:cæterum uſq́ꝫ ad continentia non abeſſe uidebitur.

IDEM LIB. XL.
Lex CLXXIIII.

Aliud eſt ꝓmittere furem non

Collegarvm. Collegas Iuriſperiti noſtrates eos proprie dici opinantur, qui ſimul habitant,quaſi unà ſe colligant:cui ſententiæ ueterum autoritas aduerſatur,à quibus proditum eſt, ab eligendo collegas dictos,quaſi in idem munus coëlectos diceremus:quod & Iuriſconſultus hic ſentit, cum eiuſdē eſſe poteſtatis ait,ſicut erant conſules, prætores,tribuni plebis, & ſimiles. Quapropter And.Siculi rationem non approbauerim[a],eccleſiam collegiatam (ut ipſe ait)negātis,quoniam eius Canonici ſimul nō habitarent:nam hoc nil referre uerius eſt,dum aliter de eorum iure conſtet:ſufficitq́ꝫ ſi eligere actorem conſueuerunt[b], & ſigillo communi uti,aliaq́ꝫ eiuſmodi facere, quæ uniuerſitatū propria ſunt. Eadem ratione collegia dicuntur,in quibus qui dent nomen eligūtur,dum pauciores tribus non ſint[c].Sic collegium doctorum dicimus,ſic & nauiculariorum,ſic cæterorum artificum. Fuit & collegium olim Poëtarum.Solētq́ꝫ hi aliquos ſibi præficere, ut plurimum duumuiros,quos uoce parum Latina Abbates uocamus.Sunt & qui unicū rectorē habeāt,ſunt & qui nullum:nec enim ut collegium dicatur, neceſſarium eſt aliquē ei præfici[d],imò eo caſu cōgregandi collegij, referendiq́ꝫ ius ad eum pertinebit,qui in albo prior antiquiorq́ꝫ ſit[e].Poſſe autem eius collegas de his quæ ad artem ſuam pertinent conſtituere,ſeq́ꝫ uiciſſim illis decretis alligare,euidentiſſimi iuris eſt:dum tamen alijs præiudicium nullum inferant[f]: ut ſi monopolium ſapiant, uel ambitioſa ſint. Vnde cum ſemel conſtituiſſent,ne qui ſacris initiatus eſſet admitteretur,Reſpōſum eſt,decretum non ualere.Quod tamen in collegio iudicum,quale Mediolani eſt,non cenſetur ſeruādum:nec enī huiuſmodi decreto libertas eccleſiaſtica imminuitur,cum iure quoq́ꝫ Canonico à ciuilibus iudicijs abſtinere eos honeſtas ſuadeat[g]. Sed nunquid conſtituere poſſint, ut aliquis non recipiatur, niſi omnibus conſentientibus? Et licet conſtitutio ex ſe ualeat, præſertim ſi iuramentum acceſſerit,putauerim tamen,qui à maiore parte admiſſus ſit, iure admiſſum uideri. Nec enim legem ſibi imponere potuerūt,à qua recedere non poſſint,tametſi periuri efficiantur[h]. Id enim in collegijs maior pars poteſt[i],quod totus ordo[k].Et hoc maxime annotandum aduerſus eos eſt, qui ſinguli plurima promittunt munificosq́ꝫ ſe exhibent, cum uniuerſi eius legis prætextu nihil extricent, fidemq́ꝫ uiolent. Si tamen à principe eiuſmodi conſtitutio confirmata eſſet,non diffiteor omnium conſenſum neceſſarium eſſe[l].Sed quam maiorem partem eſſe dicemus? Et receptum eſt,duas partes ex tribus neceſſario requiri, ſi tamen autoritate ordinarij iudicis omnes citati ſint,& quia nō aduenerint contumaces habiti, in his qui paruerint ſolis ius uniuerſitatis reſidet, tametſi minima pars adſit: Secus ſi à collegis ſimpliciter fuerint uocati, ut quia collegium præfectis careat,uel præfecti iuriſdictionem non habent[m].Et ita ego cenſeo,repugnantiumq́ꝫ ſententias concilio.

a Barb.conſ. 17.in j.
b Abb.c.à nobis. de iure patr.
c l.neratius. §.eo.
d Inno.c.cum nō.de præb.
e l.fi.de alb. ſcr.
f l.fin. C. de iur.om.iud.

¶ §. Qvi extra. Abſentium procuratores rem ratam haberi[n],aut iudicatum ſolui, ſatiſdare debent, præſentis non debent. Quæritur ergo,quis abeſſe dicatur? Et Iuriſconſultus reſpōdet,eum abeſſe,qui extra cōtinentia urbis eſt,id eſt ſuburbia,& quatenus ſe urbs continet. Vulgati codices continentiam fœminino genere ſcriptum habent,ſed ratio Latini ſermonis hoc nō patitur,neutro itaq́ꝫ genere pronuntiandum eſt.Sanè uerbū id abeſſe uarijs modis in iure accipi ſupra[o] oſtendimus, ut minime operæ pretium ſit ea quæ diximus repetere:tametſi & infra Iuriſconſultus de eodem nonnihil ſcribat.

Alivd eſt promittere. Qui uendit mancipium, tenetur id præſtare[a]:eum furto noxaq́ꝫ ſolutum:quæ uerba hoc ſignificant,ut tempore quo uenditur ſolutus ſit. Vnde q̄uis aliquando furtum fecerit, ſi tamen ea noxa ſit liberatus, redhibitioni locus non eſt. At qui furem non eſſe dicit, de moribus

ribus dixiſſe uidetur, & ideo hoc prçſtare debet, quòd nunq; furtum cõmiſerit[b]. Sed etſi ipſi uenditori quandoque furatus fuerit, non dubitatur quin ex ſtipulatione emptori ſuccurratur[c]. Sed finge uēditorem, ut iudicium euitet, aſſerere, nullum furtum ſibi à ſeruo unquam factum fuiſſe, ſed ſeruum ſe uolēte accepiſſe: & ꝑpter familiaritatem quã cum ſeruo dominus habuit: fortè credendum ei uideretur, cum traditum ſit, admitti eam excuſationē, qua dominus rei, ut furem liberet, ſua ſpōte rem ablatam atteſtatur[d]: ſi ex amicitia, uel familiaritate, quam cum domino is qui furti reus eſt, habebat, uériſimile id ſit. Qua ratione deprænſi in concubitu, & adulterij accuſati, ſe excuſant, ſi coniugium contraxiſſe adſeuerent, eorumq; adfirmatio ueriſimilis ſit[e]. Sed in propoſita quæſtione eam aſſertionem emptori non obeſſe exiſtimauerim: cum enim integritatem morum, & propoſiti, id eſt uoluntatis ſerui pollicitus uenditor ſe præſtiturum uideatur, non ſufficit ſi ſua ſponte ablatam rem dixerit, niſi & hoc probetur, credidiſſe ſeruum qui abſtulit, ſe uoluntate domini auferre.

eſſe, aliud furto noxaq; ſolutũ: qui eum dicit furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur: qui furto noxaq; ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit.

POMP. LIB. XXIII.

Lex CLXXV.

FAciendi uerbo reddēdi cauſa etiam continetur.

VLP. LIB. XLV.

Lex CLXXVI.

SOlutionis uerbo ſatisfactionē quoque omnem accipiendam placet, ſoluere dicimus enim, qui facit quod facere promiſit.

FACIENDI. Quæ in fraudem creditorum facta eſſent, reſtitui prætor iubet[a]. Finge in fraudē creditorum illud quod ſub conditione, uel in diem debebam, me creditori ante tempus reddidiſſe, an creditoribus conſuletur: Et indubitati iuris eſt conſuli, factum enim dicitur, quod eſt redditum, Quapropter & cum prætor ſi quid metus cauſa factum affirmaretur, auxilium pollicitus eſſet[b], diuus Marcus edicto declarauit, id quoque factum uideri, cũ per metum ſibi rē ſuam non adito iudice aliquis debitorem reddere compuliſſet. Sanè cum ſtipulationes aliæ in facto, aliæ in dando conſiſtant, ea quæ de reddendo eſt, ſi actum ſit ut incontinenti reddatur[c], magis facti quàm datiõis exiſtimatur[d]: tametſi & negari non poſſit, uerbum facere tam generale eſſe, ut & dationem comprændat, quod infra ſuo loco dicemus: qui enim dat, proculdubio aliquid facit.

SOLVTIONIS. Quid ſolutionis, liberationis, ſatiſdationis, ſatisfactioniſq; uerbo cõtineatur, ſuperius à nobis traditum eſt. Hic ſolum admonendi ſumus, procuratorem qui ſolutioni recipiendæ conſtitutus ſit, ſi delegationem aliamúe ſatisfactionem recipiat, debitorem non liberare: ut enim ſolutionis uerbo uerum ſit omnem ſatisfactionem accipi, tamen cum aliud pro alio inuito creditore præſtari non poſſit, qui mandat ut ſolutio recipiatur, mandaſſe id intelligitur, ut in ſpecie debita recipiatur: & ideo abſq; domini conſenſu, procurator reum debendi liberare nõ potuit, idq; Alex.[a] in facti quæſtione reſpõdit, quod & nos probamus. Dum ergo hic omnem ſatisfactionem cõtineri dicitur, ſubinferendum eſt[b], quam tamen creditor acceptare uoluit. Addit Bar. quoties lex pecuniã ſolui uult, de alia ſatisfactione intelligi non poſſe, quod à nobis ſuperius explicatum eſt. Illud conſtat, procuratorem ad recipiendum ſolutionem conſtitutum, ſi confiteatur ſe recepiſſe, debitorem non liberare, niſi uera de numeratione aliter conſtaret, idq; frequētius receptum eſt: quoniã ſi de numeratione non appareat: qui confitetur, donare uidetur: at huiuſmodi mandato non eſt exiſtimandum id actum, ut donare liceat[c]. Fuere tamen, qui hoc in articulo diſſentirent, quorum ſententia hac mihi uidetur ratione defendi poſſe: nam cur non ea fit interpretatio ut de donãdo mandatum uideatur, ratio illa prodita eſt, quòd qui donat perdit, remq; ſuã prodigit, quod in noſtro caſu non eſt, cum poſſit dominus aduerſus procuratorem agere, ut rationes reddat, reſtituatq; quod ſe recepiſſe confeſſus eſt: quòd ſi ſoluendo procurator non ſit, æquius eſt ut domino id imputetur, qui huiuſmodi procuratorem elegit, q̃ creditori, qui bonam fidem ſequutus ei ſatisfecit, & apocham recepit. Et ſatis durum uidetur ad debitorem id pertinere, ut probare debeat ueram numerationem interueniſſe, ut ſic in domini facultate ſit procuratorem eligendo, duriorem debitoris cõditionem facere. Et fortè uerior hæc opinio eſt, niſi ꝙ ut in cæteris rebus, ſic in iure numerantur plerumq; ſententiæ, non ponderantur.

NATVRA. Cauillari uarijs in iure modis

b l.qđ ſi nolit. §.j.eo.titu.
c l.furtũ.eo.titu.
d Bar.l.inter. §.recte.de fur.
e gl.l.pen.C. de fideiuſſ. Fely.c.j. de præſ.
a l.oēs.in fin. quæ ĩ fr.cre.
b l.extat.qđ met.cau.
c l.ſi pœnã.de uerb.obl.
d Bal.l.cũ alle gaſ.de uſur.
a conſi.95. in iij.
b l.item liberatur.in fi.qb. mod.pig.
c Bart.l.ij.in fi.ſi cer.pet.

dis accipitur, Cauillatur, qui calũnioſe agit: cauillatur, qui breuiter & falſe aduerſariũ ſermone captat, aut irridet: cauillatur, qui ſciẽs, ut ſuam ſententiam tueatur, falſa prodit. Specialius uero, & ut ita dicã, ἐμφατικωτέρως cauillari dicitur, qui eo aſſumpto qđ euidenter uerum eſt, diſſimiliter acceptis terminis, qđ falſum eſt infert. Id tribus modis fieri Ariſtoteles in Elenchis tradit: Aut enim argumẽtum in materia peccat, aut in forma: aut in utroq;. Inn materia, ut ſi dicã, quæ in nullius bonis ſunt, occupanti cõceduntur, res ſacræ in nullius bonis ſunt, ergo occupanti conceduntur. Is autem ſyllogiſmus proprie σοφιστικὸς appellatur, de quo Accurſius Iuriſcõſultum hic intellexiſſe exiſtimat, cui & ipſe aſſentior. In forma, ut, omnis ſeruus in poteſtate eſt, filiusfamilias eſt in poteſtate, ergo filiusfamilias ſeruus eſt: nomenq; huic argumento παραλογισμὸς eſt. In utroq; peccat, cum dicimus, quilibet ſeruus pro mortuo habetur, nemo alieni iuris eſt, qui ſeruus non ſit, qui igitur alieni iuris non eſt, pro mortuo non habetur. Sed hæc latius ab Ariſtotele eiusq; interpretibus accipiẽda ſunt. Quomodo autem cauillatio Græce appellatur, Iuriſconſultus hic oſtẽdit: ſed in uulgatis codicibus uox illa deficit. Fuere igitur qui διαβολὴν reponendum exiſtimauerunt: eam ſic definiendam Lucianus arbitratus eſt, ut ſit Criminatio ἐκ τῆς ἐπηρείας id eſt nocumẽto orta, cum reo nihil ſciente, nedum ad contradicendum non admiſſo, ſoli delatori fides adhibetur. Qua ex definitione apparet, eam uocem hoc in loco non eſſe reponendam: hîc enim non de calumnia agitur, ſed de ſophiſtico argumento. Antiqui codices hic γοητίαν habent, & infra de regulis iuris, ubi idem reſpõſum legitur, σόφισμα, quæ lectio utraq; cõuenit, poſteriorq; plus mihi arridet, quæ magis ſpecialiter rem exprimit, quandoquidẽ γοητεία pro quacũq; fraude uidetur poſſe accipi. Apud antiquiores tamen ſophiſtarum nomen honeſtum fuit, & qui philoſophiæ doctores erant, uulgò ſophiſtæ dicebãtur, idq; ex Philoſtrato, & M. Victorino palã eſt: ſuſpicorq; propter malos eorum mores, nominis quoq; dignitatem conuerſam: nam & Plutarchus, grauis autor, à maiorum inſtitutis eos degeneraſſe oſtendit, & pro Philoſophis, Planos, Sycophantasq; quoſdam fuiſſe. Sanè hinc apparet, ex breuiſſima mutatione ueritatẽ obnubilari: unde proditũ eſt, mutato facto, etiã ius mutari: nec ideo Iuriſconſultum reprændi poſſe, qui uaria reſponderit, cum aliquantulũ mutatæ ſibi facti ſpecies eſſent propoſitæ: ex facto enim ius oritur, quo uariato, & ipſum uariari neceſſe eſt. Sed an huiuſmodi cauillatiõibus uti aduocatũ deceat? Et graui uiro cõuenit nunq; uti: nec enim debet quis de uictoria magis, q̃ de ueritate eſſe ſolicitus: quoniã id uitiũ, ut Cicero inquit, maxime cõtra prudentiã eſt. Sed recentiores pleriq; ambitione præcipites, omnes diſciplinas puerilibus hiſce nugis peruertêre, & quũ paucis ueritatẽ explicare poſſent, per argumẽta & oppoſitiones, artem in uerborũ contentionem deduxere. Sic magno reip. Chriſtianæ detrimento Theologi, ſic & Philoſophi, ſic deniq; & legũ interpretes fecere: receptiſſimumq; apud oẽs eſt, licere aduocato bonam cauſam falſis ratiõibus tueri, & fraude fraudem trudere. Imò pro conſilio proditũ eſt, plurimas ſemper rationes iudicibus afferẽdas, uerisq; falſas immiſcẽdas, cum indocti pleriq;, qui iuſto argumẽto fidem nõ adhibuerũt, futili moueãtur. Sed & neſcio cuius Põtificis factũ laudatur, qui nocẽti impunitatẽ promiſerat, ut delicti cõfeſſionẽ extorqueret: huiuſmodi ego dolũ ꝓbare nõ poſſũ, nec ex ſimili cõfeſſione dãnari reum debere arbitror, cũ ea fiducia fateri potuerit, ut quã primum litiũ carceriſue moleſtiã euitaret: cũ niſi crederet fore, ut ſibi fidem iudex ſeruaret: niſi ergo ſpe huiuſmodi defectus reus, priorẽ confeſſionẽ ratã habeat, liberabitur: atq; ita Imo. & Decius ſcripſerunt[b]: licet in contrariam ſententiã frequentius itum ſit, pro qua apud Græcos extat hic Aeſchyli ſenarius,

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.

A fraude iuſta nec deus quidem abſtinet.

IDEM LIB. XLII.

Lex CLXXVII.

NAtura cauillationis, quam σόφισμα Græci appellauerũt, hęc eſt, ut ab euidẽter ueris, ꝑ breuiſſimas mutatiões, diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, producatur.

IDEM LIBRO XLVIII. AD S. C.

Lex CLXXVIII.

PEcuniæ [a] uerbũ, non ſolũ numeretam pecuniã cõplectitur, uerum etiam

PECVNIAE VERBVM. a ¶ Pecuniam dictã eſſe à pecu receptũ eſt, quod in pecoribus omnis ueterũ cẽſus eſſet: hincq; tractum eſt, ut appellatio pecuniæ[a], cũ latiſſime accipitur, ad omnẽ cẽſum referat, quo ſenſu & ſpecies, & corpora, & iura quoq; cõtinẽtur: in fauorabilibusq; propius eſt, ut ita in-

telliga

telligamus.Plinius tamē pecuniā pro num⸗
mis ſimpliciter accipit, quod pecudum nota
b l.ſed iul. §. mutui. ad maced. antiqtus moneta ſignaretur, q ſenſus in ma⸗
teria odioſa probabilior eſt[b], hocq̃ & uulga⸗
rem loquēdi uſum ſecuti pleriq̃ tradiderunt:
quod ſi ſubiectū
c l. ſi uero. in ſi. ſol. mat. argumētū nec om
nino fauorabile[c],
nec odioſum ſit,
mediā uiā delige⸗
mus, pecuniamq̃
ad id qđ in nūera
d Bar. l. talis. de leg. j. to eſt referemus[d]:
idemq̃ ſi pondere
uel menſura cōſi⸗
ſtat, ut in legatis
& cōtractibus: ni⸗
ſi aliud ex cōiectu
ra uolūtatis appa⸗
reat, uel ratio le⸗
gis æque ī corpo
ribus ꝓcedat, atq̃
e l. j. et ſeq. de calum. in quantitate[e].
b ¶ §. HAERE
ditas. Ipſum ius
eſt, perſonā defun
cti referens, ideoq̃ ab ipſis rebus hæreditarijs
f l. ij. in prin. de hære. uē. differt: unde qui hæreditatem uendit[f], rebus
hæreditarijs euictis nihil prꝍſtat, ἀναφορικῶς ta
men ſupra dixi, pecuniam ipſam hæreditariā
hæreditatis nomine accipi poſſe.
c ¶ DECESSIONEM, Id eſt diminutio
nem: plerūq̃ enim accidit ut diminuatur hæ⸗
reditas, quo caſu grauatus reſtituere, ſi tantū
ex fructibus percepit, reſtituere eos compel⸗
litur, quatenus deceſſit hæreditas, ut Celſus
g l. ſi is qui cccc. ad Treb. & Metianus ſcribunt[g].
d ¶ VEL, Id eſt etiam fructibus. Augetur
h l. ancillarū. de pet. hær. enim & alijs modis, ut partu ancillarū, itemq̃
penſionibus: intereſtq̃ hoc ſcire, ut omne hæ
res habeat, nā & fideicommiſſario huiuſmodi
fructus reſtituēdi ſunt: nec diſtinguitur, co⸗
actus hæres, an ſpōte adierit: pars enim hære
i l. ita tñ. §. j. ad Trebel. ubi Alex. ditatis ſunt, nihilq̃ à cæteris rebus hæredita
rijs differūt[i]. Sed quid ſi iacēte hæreditate ſe⸗
minatū eſt, & ea adita ab hærede fructus per⸗
cepti: Et exiſtimauerim eatenus cōputandū,
quatenus in agro ſpes, quæ aditionis tempo
re ſuberat, uendi potuiſſet. Et ita accipi quod
k l. in lege. ad l. fal. uulgò dicitur, in lege falcidia fructus pendē
tes hæreditatis eſſe[k], quodq̃ alibi traditur,
l l. in fideicō. ad Trebel. ubi Alex. hoſce fructus filiū ſibi in legitimam iure na⸗
turæ debitam imputare[l]: licet alij aliter.
e ¶ §. ACTIONIS. Iuregētiū olim actio⸗
nes nullæ erant, ſed manu regia cōtrouerſiæ
dirimebātur: deinde in XII. tabulis actiōes
repertæ ſunt, & certis uerborū formulis con⸗

omnē oīno pecuniā, hoc eſt, oīa corpora: nā corpa quoq̃ pecuniæ appellatiōe cōtineri, nemo eſt q ignoret. ¶ Hæreditas[b] nomē iuris eſt, quod & acceſſionem, & deceſſionem[c] in ſe recipit: hæreditas autem uel[d] maxime fructibus augetur.

¶ Actionis[e] uerbum generale eſt, & ſpeciale: nā omnis actio dicitur, ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio, ſed plerumque actiones perſonales ſolemus dicere. Petitionis autē uerbo, in rem actiones ſignificari uidentur. Perſecutionis uerbo, extraordinarias perſecutiones puto contineri: ut puta fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ nō habent iuris ordi

cluſæ, quas à pontificibus litigaturi accipie⸗
bāt: qui formulā male cōcepiſſet, cauſa cade⸗
bat. Huiuſmodi aūt queſtiones in hoc gñe, ut
Quint. lib. III. ait, uerſabātur, an huic, an cū
hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tēpore
agere liceat: quas
nūc dilatorias, de⸗
clinatoriasq̃ exce
ptiones appella⸗
mus. Hæ formulꝍ
ex natura actionū
uariæ erāt, in peti
tiōe fundi, huiuſ⸗
modiq̃ rei immo
bilis, hæc ex parte
uēdicātis uerba re
cepta fuiſſe tradi⸗
tū eſt. Fundus qui
eſt in agro, q Sabi
nus uocat, meus
eſt: eū ego ex iure
meum eſſe aio: ibi
ego te ex iure ma
nu cōſertū uoco.
Cui is, à quo uen
dicabatur, ſic præ
ſcribebat: Vnde tu me ex iure manu conſer⸗
tum uocaſti, inde ego te reuoco. Quorū uer⸗
borum Cicero in oratione pro Murena me⸗
minit, uimq̃ eoꝝ lib. ult. cap. IX. A. Gellius
explicat. Rei uero mouētis uendicatio ſic fie
bat, apud magiſtratū Populi Rom. uel Prꝍto
rem, uel Præſidē, is qui uēdicat in iudicio rē
exhibitā tenens dicebat: Hanc ego rē ex iure
Quiritium meā eſſe aio. Cui aduerſarius, At
ego eam cōtra uendico. Quod ſi aduerſarius
cōtra non uēdicabat: ſed actui aſſentiebatur,
ceſſio in iure dicebatur[m]: fiebatq̃ ut pluri⸗ *m l. j. §. j. de rei uēd.*
mum, cū filium quis adoptionis cauſa uendi
caret, imaginaria enim hæc uenditio obſerua
batur, prætorq̃ uendicanti addicebat, idq̃ le⸗
gis actio uocabatur: cuius rei lib. inſtit. II.
Caius eſt autor. Actionis in perſonam uer⸗
ba erant, In uſu aio te mihi dare oportere[n]. Itē *n l. uerbum oportere. 3. co.*
q̃ oportere facere, quorum Val. Probus in li
bello de præſcriptis notis meminit. Harum
actionum præparatoriæ erant Interrogatio⸗
nes, & Vindiciæ. Interrogatio ſic fiebat.
Q. T. I. I. C. P. A. T. F. A. Id eſt, quādo te in iu⸗
re conſpicio, poſtulo an te facias autorē. Vin
diciæ erāt ius poſſeſſionis, quo diſceptabatur
pēdente iudicio, penes utrum res quæ uen⸗
dicabatur deberet remanere: ſic dictæ, ut Pe⸗
dianus ait, q qui in his obtineret, uindicē, id
eſt prædē dare deberet, nil in re poſſeſſa dete⸗
rius interim facturū. Pōpon[o]. Cum animad⸗ *o l. ij. de orig. iur.*
uertiſſe, inquit, Virginius App. Claudium

uindicias filiæ ſuæ à ſe abiudicaſſe, & ei qui in ſeruitute ab eo ſuppoſitam petierat, addixiſſe. Quæ uerba adduxi, quoniam in uulgatis codicibus corrupta circumferuntur. Cæterum propoſita formula, Prætor de ea primum cognoſcebat, ut an formula uel actiōe actor excidiſſet, perſpiceret: ut ſic actionem, quod Vlpianus quoq;[p] uſurpat, eximeret: ſi uero negotio conueniens[q], iuſtaq; ea formula uideretur, actionem dabat, quam quoniam certis uerbis partes petebant, impetrare dicebantur. Interrogabat enim, An ſibi de ea re iudicandi poteſtatem facerent: Ipſiq; ſe facere reſpōdebant: ſicq; iudicium accipiebatur, id eſt lis conteſtabatur, deponebantq; in æde ſacra ſportulam, in qua pecunia erat, quam qui uiciſſet, lucrabatur: ea pecunia ſacramentum dicebatur. Inde eſt apud M. Varronem, & Ciceronem, Sacramento uincere. Et quia deinde cœptum eſt ex huiuſmodi ære iudicibus honoraria perſolui, ſportulæ iudicum inde nomen traxerunt. Erant & qui re ipſa non deponerent, ſed ſimpliciter ſponderent: unde ductum, ut Sponſione contendere dicerentur, tractabanturq; huiuſmodi ſacramēta & ſponſiones, ut ego arbitror, ſponte partium: inuiti uero compellebantur uadimonium facere, id eſt ſub certa pœna ſe iudicio ſtaturos promittere. Id etiam Vadari dicitur, quod uidelicet ea de cauſa qui multæ fidei poſſeſſor non erat, uadem, id eſt fideiuſſorem dare tenebatur. Supererat poſtremo legis actio, cum prætor negotiū definiebat: id tribus uerbis explicatur Do, Dico, Addico. Primum ad actiones, quibus rem dari petimus: ſecundum ad facta, uel rei uendicationem: ultimum ad executiones pertinet, ſicut & adiudico. Cū igitur lex de magiſtratu, apud quē legis actio eſt, uerba facit, de ordinario iudice intelligit[r], qui non ſolum iudicare, ſed etiam exequi poſſit. Idemq; eſt, cum de eo meminit, cui adiudicatio data ſit, ut ſupra uidimus[s]. Sanè actionum uariæ ſunt ſpecies, non enim in rem aut in perſonam tantum ſunt, ſed etiam mixtæ, quibus utrumq; perſequimur[t]: qualis eſt familiæ herciſcundæ formula. Sicut & perſonales in rem ſcriptæ, ut quæ ad exhibēdum datur[u], omniaq; ferè interdicta: licet enim in perſonam ſint, tamē ratione rei competunt[x]. Dicuntur autem Interdicta, quaſi interim dicta: cum enim poſſeſſionem reſpiciant, totam litem non perimunt, quin de dominio quæri poſſit. Quapropter & præiudicia quandoque appellantur. Interdicere autem apud ueteres id ſignificat, quod interim dicere. Cicero in Rhetoricis ad Herennium lib. II. cap. XI. Verumipueriles horum opiniones rectiſſimis rationibus, cū uoles, refellemus: imprẹſentiarū hoc interdicere nō alienum fuit[y]. Eſt & officij iudicis imploratio, quā Perſequutionē proprie uocamus[z]: ſolaq; æquitate ſuggerente conceditur, & ideo extraordinarium eſt iudiciū. Pertinet autē admixti imperij cauſas, ſicut Accuſatio ad meri[a], Actio ſimpliciter ad nudam iuriſdictionem: ſic res iudicata executioni mandatur, ſic de damno infecto cauetur[b], tutores conſtituuntur, iudices dātur, decretum ſemel iterumq; interponitur: ſic & fideicōmiſſa olim effectū habebant, licet hodie Iuſtiniani conſtitutione actio conceſſa ſit, tam perſonalis q; hypothecaria[c]. Addit Angelus[d], officiū quoq; iudicis competere, quod in executiōibus exerceri ſolet, quoniam ſi in teſtamēto nō cancellato nec abolito ſcripta ſint, executionem in promptu habeāt[e]: cui ego aſſentior, licet alij cōtra, quorum ſententia hoc iure uerior eſſet. Sunt & qui hoc iure fideicommiſſa ordinarie per actionem peti crediderint, nam plerūq; ex fideicommiſſo rem peti, agi, uendicari, in ipſis geſtis reperitur. Accedit his quod Vlpianus[f] ſcribit, per omnia exæquata eſſe legata fideicommiſſis, uideturq; crebrior hæc eſſe ſententia, cui tamen nos minime aſſentimur: nec enim Vlpianus è conuerſo dicit fideicommiſſa legatis exæquari, ut ſicut ordinario iure legata petuntur, ita & fideicommiſſa peti neceſſario fateamur: annotauimusq; pleriſq; in locis, uerba illa, peti, agi, uēdicari, ad officiū iudicis referri: qua de re Paradoxorum lib. II. cap. X. diffuſius diſputauimus: ſentitq; nobiſcum[g] Petrus, Cyn. Bal. Imol. Raphael, & quādoq; idem aſſeruit Bartolus cum Accurſio.

narij exequutionē. ¶ Hoc uerbum[f], debuit, omnē omnino actionem cōprændere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſaria fuit perſecutio.

f ¶ §. HOC VERBVM. Verbū debere ſi ad oēs omnino actiones refertur, proculdubio etiā eam quæ in rem eſt cōprændet: quā ſentētiā ueriorē eſſe, etiā ſupra teſtatus ſum[h], & Accurſius hic probat: atq; ideo cōſequens eſt, ut lex municipalis aliquid aduerſus eum, qui quod ſibi debetur petere negligit, conſtituens, etiam de eo intelligatur, qui uendicare rem ſuam nolit[i], licet aliqui diſſentiant. Qua ratione etiam arbitror ſi quis liberationem

p l. ſed & ſi. §. ait. ff. ex qb. cau. ma.
q l. j. C. de for.
r l. iiij. de adopt.
s l. aliud. ff. eo.
t §. quædam inſt. de act.
u l. iij. §. eſt aut. et. §. fi. ad exhib.
x l. j. §. interdicta. de interd.
y l. actio... de act...
z l. actio... eo.
a l. imper... iur...
b l. iube... tit.
c l. j. C. de leg...
d Ang... auth... re. C...
e Mol... C. de... ui. A...
f l. j. de...
g l. etiam... cōpen...
h l. cred... ff. eo.
i Bal. ... de act...

nem ab eo quod ſibi debetur legauerit, etiam legata uideri, quæ uendicari potuiſſent, niſi cum probatur teſtatorem hoc non egiſſe, ut donaret, ſed quia uere redditas ſibi rationes exiſtimabat[k], tunc enim ne furtum committere quiſq; tutor impune poſſit, ꝑpius eſt, ut in rem actio hæredi det. Sed & ſi quis uetet rationem reposci, clarũ eſt his uerbis nõ eſſe rei ſuæ dominium remiſſum[l]. Sed num is qui id quod Titius debet, fide ſua eſſe iuſſit, promiſiſſe etiam uidebitur, quod officio iudicis acceſſorie debetur, quales in contractibus bonæ fidei ſunt uſuræ? Et non teneri uerius eſt, niſi in omnem caſum promiſerit[m].

k Bal. l. cũ neceſſ. C. de fideicõ. l. pa. ſtum. C. de coll. q. xij.

l l. fi. §. pen. de lib. leg.

m l. quero. ff. loc.

IEEM LIB. LI.
Lex CLXXIX.

INter hæc uerba, quanti ea res erit, uel quanti eam rem eſſe apparet, nihil intereſt: in utraq; enim clauſula placet uerã rei æſtimationẽ fieri.

POMP. LIB. XXX.
Lex CLXXX.

TVgurij appellatione, omne ædificium, quod ruſticæ rei magis cuſtodiendæ cõuenit, q̃ quod urbanis ædibus, ſignificatur. Offilius ait, tuguriũ à tecto, tãquàm tegularium eſſe dictum, ut toga, quòd ea tegamur.

IDEM LIB. XXXV.
Lex CLXXXI.

VErbũ illud ꝑtinere, latiſſime pa

INTER HAEC VERBA. Hæc uerba, quãti ea res eſt, ad ueram rei de qua agitur æſtimationem referũtur[a], nõ etiam ad id quod intereſt: illud enim plerumq; rei pretiũ excedit. Quandoq; tamen etiam id quod intereſt cõtinent: uerbi gratia, in magiſtratum qui damni infecti caueri non curauerit, lex quãti ea res eſt actionem dat[b], eius enim culpa non minus damnum rei quam acceſſiones quoque reſpicit: unde meritò omnis utilitas actori reponẽda eſt, quoniam ea res, id eſt detrimentum de quo agitur, tãti eſt. Sed & hæc clauſula ad eam quæ petita eſt quantitatem quandoq; refertur[c], licet ueritas æſtimatiõis alia ſit, ut quidam ſentiunt[d], quod tamẽ ipſe omnino non probo, intelligimusq; quãti ea res eſt, ſcilicet quę petita eſt[e]. Referẽ & quãdoq; ad pœnam, ut cum quis ſtipulatur, ſi dolus malus non aberit, quanti ea res erit dare ſpondes[f]? Eſt & alia clauſula huic ſimilis, Inquãtum iudici æquum uidebitur[g]: quæ ſine dubio idq; quod intereſt continet. Hinc autem notandum eſt, nõ differre quanti eſt, uel quãti eſſe apparet, id enim eſſe dicimus, quod probatum eſt. Vnde in iudicijs id uerum eſſe proditum eſt[h]: nõ quod ex ſe ſimpliciter uerũ eſt, ſed quod ex actis uerũ eſſe probatur. Qua ratione infertur, debere iudicem[i] ſecundum acta iudicare, non ſecundum conſcientiam ſuam: niſi is legibus ſolutus ſit, ut princeps: uel qui abſq; actorum confectione ius dicere poſſit, uel exploratiſſimum habeat, nihilq; penitus dubitet, quin ueritas aliter ſe habeat, q̃ probatum fuerit: tunc enim principem admonere debet, cum probabiliter dubitet, illudq; exequetur quod ſibi reſponſum fuerit[k]. Crediderim & poſſe eum munere iudicandi abſolui, ſi ſibi non liquere iurauerit: cum enim per cõſcientiam ſuã probationes infirmẽtur, nõ iniuria qd agere debeat dubitare poteſt, & ideo more maiorũ iurabit N. L. id eſt, non liquere[l]. Quod & A. Gellius cum iudex à prætore allectus eſſet, ſe in caſu nõ æque dubio feciſſe autor eſt, lib. XIIII. cap. II.

a l. arbitro. ſ. de dol. l. pretor. ij. ui bon. rap.

b l. iiij. §. ĩ eũ. de dã. inf.

c l. fi. ſ. ſi quis ius di.

d l. iij. in fi. qui ſat. cog.

e l. hæc uerba. j. eod.

f l. nouiſſima. iud. ſol. gl. fi. de uar. cogn.

h l. fi. de prob.

i l. illicitas. §. ueritas. de off. præf.

k §. fi. ĩ auth. de iudic.

l l. pomp. de re iud.

TVGVRII. Tugurium ruſtica eſt caſa, à tegendo dictum, quòd uidelicet maximũ in eo uſum præſtet, quòd ab aëre & pluuijs nos tegat: propter fragilitatem enim cratiũ, nec à frigore ſatis defenditur, nec à calore, neq; admodũ à furibus, effractoribusúe tutum eſt. Hincq; apparet debere quaſcũq; res ab eo potius denominari, quod ſibi ſpecialius eſt, q̃ quod cum alijs cõmune habeat. Sic ſtipulatio potius à uerborum firmitate quàm à cõſenſu nomẽ ſumpſit[a]. Sic hominem negat Fab. Quintil. ab humo dictum, cum id omnibus animãtibus cõmune ſit: nã & ab eo quod potentius eſt, unũquodq; denominari debet, potentius autem id cẽſetur, quod magis ſpecialiter cõuenit[b]. Sanè uidetur Iuriſcõſultus tugurium accipere pro quacũq; domo ruſtica, quod ita ſimpliciter uerũ nõ eſt, quæ enim parietibus & tegulis lateritijs cõſtat, tuguriũ nõ eſt: igitur de gurguſtiolo intelligẽdũ eſt, quod uel harũdine, uel ulua paluſtri, ſtramentisúe, uel etiam, ut Virg. ſcribit, ceſpite cõtectũ ſit: cuius parietes uiminei, luto uel huiuſmodi materia cruſtati ſint. Videturq; prius dictum eſſe tegurium à tegulo, quaſi tegulariũ: nõ autẽ à tecto, ut uulgati hic habẽt codices. Plin. tegulo aquaticarũ harũdinũ domos ſuas ſeptẽtrionales populi operiunt. Hũc in modũ domũculas ſuas habebãt Aphri, quas Virg. Mapalia. Iuuenalis Attegias uocat.

a l. j. in prin. de uerb. ob.

b l. queritur. de ſtat. ho.

VERBVM illud pertinere. Verbum pertinere latiſſimã habet ſignificationẽ

ſiue

tet:nam & eis rebus petēdis aptū eſt,quæ dominij noſtri ſunt, & eis quas iure aliquo poſſideamus,q̄ꝫ uis noſtri dn̄ij non ſint: ꝑtinere ad nos etiā ea dicimus, quæ in nulla eorū cauſa ſint, ſed eſſe poſſint.

VLP. LIB. XXVIII. AD EDICT. Lex. CLXXXII.

PAterfamilias peculiū habere nō poteſt, quēadmodū nec ſeruus bona.

IDEM LIB. XXVIII. AD EDICT. Lex CLXXXIII.

TAbernæ appellatio, declarat omne utile ad habitandum ædificium, non ex eo quòd tabulis claudatur.

ſiue enim res aliqua ad me iure dominij,ſiue etiā iure poſſeſſionis tantū ſpectet, pertinere dicitur,idē ſi iure pignoris:ſed & ſi nullo iure pertineat, ſed pertinere poſſit,idem dicendum eſt. Quare ſi quis mihi Stichū dare promiſerit, quo caſu ſola pſonali actione conueniri poteſt, uere potero dicere Stichū ad me ptinere. Quapropter dicuntur articuli ad cauſam pertinere, q quoquo modo uel leuiſſime adminiculentur[a] atqꝫ ideo admittendi ſunt. Sed & qui quamcunqꝫ in libello rē petit, cū his quæ ad eam pertinent, petijſſe intelligeť quicquid ad eam ſpectat,ſeu ex iuris communis,uel municipalis forma[b],ſeu ex conſuetudine,ſeu per ſe,ſeu per alium[c]. Vnde qui fundum cum his quæ ad fundum pertinent uendidit,ius quoqꝫ incidendi nemoris pro illius fundi uſu uēdidiſſe intelligetur[d],ſi ex domini cōſuetudine id nemus in hoc deputatum erat,atqꝫ id Socyno placuit. Sed & ſi Roma. Pontifex epiſcopo concedit quæcunqꝫ ad legatos pertinēt,ea quoqꝫ tribuiſſe uidebitur, quæ ſpeciali priuilegio legati conſequuntur, ut Decius reſpōdit[e],& mihi placet quoniam id beneficium tanq̄ꝫ fauorabile interpretatione adiuuādum eſt. Cæterum dubitari poteſt, cum is qui furti accuſat,debeat aſſerere in libello,an res ablata iure proprietatis, uel quaſi dominij ad ſe ſpectet: ſi ſimpliciter ad ſe pertinere dicat,an cauſam obtinere poſſit:Et quidam negant,propter eius uerbi incertitudinē[f]. At ipſe aio:debet enim ad iuris diſpoſitionem referri, ut de eo intelligatur, quod ſuſtinendæ intentioni neceſſariū erat[g]. Illud non omittendum, id uerbum in ſubſtitutionibus commune eſſe, & tam ad directam q̄ꝫ fideicommiſſariam ſubſtitutionem referri[h], idq́ꝫ frequentius proditum eſt.

a Bal. c.iij. ex tra.de teſti.
b Doct.c. cum ad ſedem. de reſt.ſp.
c gloſ.c.ſi. de elect.in 6.
d Socy.l.j. de reb.dub.
e conſil.128.
f Socy.cōſ.8. col.ij.
g l.ſi qs intentiōe.de iudi.
h l.licet.C.de pact.

PATERFAMILIAS. Peculium lata ſignificatione pro patrimonio omni accipitur[a],ea quoque pecunia, quam repoſitam quis in ſubitos caſus habet, peculium dicitur. Quapropter Proculus ſe audiſſe ruſticos ſenes refert, aſſerentes pecuniam ſine peculio fragilem eſſe[b]. Sed hoc ſenſu minime id reſponſum intelligi poteſt. Eſt & peculium, de quo hic Iuriſconſultus loquitur, quod niſi his, qui in aliena poteſtate ſunt, quæritur: & cum extra poteſtatem mittuntur,amplius peculium non eſt[c]. In filijsfam. Profectitium dicitur, quod propter patrem habent, Aduentitium quod aliunde, Caſtrēſe quod militibus acquiritur, Quaſi caſtrenſe his qui priuilegia militū habent, quales ſunt ſacerdotes & aduocati. Habent & ſerui peculiū, quod illis dominus adminiſtrandū permittit,unde exercitoria inſtitoriaq́ue actio prodita eſt, alioqui proprium nihil habere poſſunt ſerui[d], præterquam ſi quid cōniuentibus oculis domini acquirant[e], uel ex dimenſo ſuo,uel aliunde. Iure tamen gentium nō ambigo ſeruum bona habere poſſe, quod in Hebraica Regum hiſtoria cap. IX. & cap. XVI. probatur. Vnde ſi paulò opulentiores eſſent,ad munera quoqꝫ publica eligebantur,quod ab Ariſtotele lib. Politicorꝫ IIII. cap. XV. proditum eſt. Nam & eo iure dominis ſine legitima prole decedentibus, ſuccedebant, ut ἐν τοῖς βιβλίοις Geneſeos cap. XV. habetur. Et ideo Corn. Tacitus nō multū à liberis apud Germanos differre eos tradidit. Vnde non dubito, ſeruum naturaliter poſſidere potuiſſe[f], licet ciuiliter ſecus ſit[g]. Nec mihi placet quorundam ſententia duplex ius gentium diſtinguentium, ut ex antiquiore ſerui ſibi acquirerent, ex poſteriore non acquirerent,ſed pro nihilo reputarētur: hæc enim diſtinctio iure probari non poteſt, & lex expreſſim iure ciuili incapaces eos eſſe[h],non autem gentium dicit,mecumq́ꝫ Archid. & Aret. ſentiunt[i].

a l.cogi.ad Treb.
b l.chorus. de leg.iij.

TABERNAE. Taberna dicta eſt,quòd tabulis,ut Feſtus interpretatur,conficeretur, non quòd tantummodo clauderetur: omne tamen ædificium,licet tabulis nō conficiatur,uel claudatur,taberna dici poteſt. Et hinc apparet, argumentum ab etymologia, etiam negatiue aſſumendo, non ualere. In quo articulo inextricabiliter ferè diſputatum eſt. Sed hanc rem ego ſic finire ſoleo: Cum etymologia uim diffinitionis habet, quam κατ᾽ ἀντίλεξιν Victorinus appellat, argumentū

gumentum & affirmatiue & negatiue concludit:ut donatio,eſt doni datio:exceptio,eſt actionis excluſio:inſtrumentũ,quod inſtruit cauſam. Appellarũt autem ueteres id genus non etymologiam,ſed aduerbium. Cum uero etymologia naturã ſuam ſeruat argumẽtum affirmatiue nõ eſt efficax:cum enim generalius id ſit,unde ſit deductio,q̃ ipſum quod deducitur[a], poſita aliqua generis parte,nõ ſequitur eã

PAVL. LIB. XXVIII.

Lex CLXXXIIII.

INde tabernacula, & cõtubernales[a], dicti ſunt.

VLP. LIB. XXVIII. AD EDICT.

ſpeciem de qua agimus poni: unde qui dicit, id de meo fit tuum, non ideo concludit eſſe mutuũ. Negatiue uero efficax eſt,quia à quo remouetur genus, ab eo & quælibet ſpecies remouetur:exempli cauſa. Fur à ferendo, id eſt contrectando dicitur: uerum erit ſi dicamus res non fuit contrectata,igitur in ea furtum factum non eſt[b]:& id pro regula proditum eſt. Quæ hanc exceptionem patitur, ut non procedat, cum ratio inuentionis uocabuli aliud inducit. Quid enim ſi quid inductum eſt ab eo quod fieri deberet? Non ſequitur ſi id minus fiat,nomen non cõpetere. Tutores dicti ſunt quod pupillum tueri debẽt: Monachi,q̃ ſolitarij eſſe deberent:non cõſequitur,cum tutorem,qui pupillum negligit, non eſſe tutorem:nec aſſiduum in frequentibus locis,non eſſe monachũ. Quod & in Pontifice,& Auguſto ex recentiũ interpretatione dicẽdum eſt:iam diu enim eſt,cũ nec Pontifices ad uitam æternam nobis pontẽ faciũt, nec augẽt imperium Auguſti. Quid item,ſi ab eo,quod olim & frequẽtius obſeruabatur, nomen deductum ſit? ut nuptiæ quod in his ſolerent obnubi capita[c]: tametſi non obnubantur hodie mulieres, ſunt tamen nuptiæ. Sic taberna prius dicta, qđ ex tabulis fieret, unde etiam ſi alio modo cõficiatur, nihilominus ſeruat nomen. Sic monaſterium nomen retinet,etiam ſi à monachis derelictum ſit[d]. Putarem tamen in dubijs propius eſſe,ut arbitremur,ab eo quod de ſubſtantia in præſentiarum ſit[e],fieri deriuationem,q̃ ab eo quod eſſe deberet,uel olim fuerit. Et ideo cõſequẽs erit, caret molis, ergo non eſt molendinum, ut Baldus ſcripſit[f]. Item non inuenitur in bonis pupilli,ergo in inuentario deſcribendum nõ eſt[g],ut Bartolus exiſtimauit,& hæc in etymologia procedunt,quam ueriloquium Cicero appellat. In alluſione uero aliud eſt, hæc enim nec ad ſubſtantiam rei,nec ad deriuationem omnino reſpicit,ſed ad ſolius uocis ſimilitudinem refertur:ut poſſeſſio quaſi poſitio, magiſtri quòd monſtrent,furtum quaſi furuum,teſtamentum teſtatio mentis, ſacellum ſacra cella,interdictum inter duos dictum:uera enim poſſeſſionis etymologia eſt, à ſedibus: magiſtri, quod curam magis cæteris præſtare debeat: furis à Græco φῶρ, quæ uox ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, auferendo cõtrectandoq́; deducitur: teſtamenti ſacelliq́; à ſimplici teſtatiõe,& ſacro: interdicti,quaſi interim dicti, ut ſupra oſtẽdimus. Vnde conſequens eſt, ut cum alluſio ad ſimilitudinem uocum ſolum referatur, argumentum ab ea nõ ſit iuſtum, niſi ſimilitudini nominis ſimilitudo quoque rationis accedat. Damnantur pleriſq; huiuſmodi alluſiones, ut à Donato,Fabioqúe. Quĩtilia,libro I. Sed & Hieronymus quadam epiſtola interpretẽ Lucæ damnat, qui alludit in uerbis, friget in ſenſu. Videtur alluſio eſſe quam Græci, ut Martianus inquit πάρισον uocant, uel παρονομασίαν id eſt adnominationem.

a l.ſi quid.§. inter. de lega.iij.
b l.j.de acqui. poſ.
c Inſt.de pat. pot.in prin.
d c.cũ dilectus. de conſu.
e Abb.c.j.in fi.de iud.
f Bald.c.j.§. ſi quid. de cõtr.inueſt.
g l.tutor.de adm.tut.

Lex CLXXXV.

INſtructam autem tabernam ſic accipimus,quæ & rebus & hominibus ad negotiationem parata conſtat.

INDE. a ¶Contubernalis. Aedificia antiquorum ſolis tabulis conſtabant,claudebanturq́;:unde taberna generaliter poteſt accipi pro omni habitatiõe,& tabernaculo. Inde & contubernales,qui ſimul habitãt. Vſus tamen poſteriorum obtinuit,ut tabernã ſimpliciter dicamus, in qua merces uenduntur. Sicq́; Catullus dixiſſe uidetur. Salax taberna uosq́; contubernales A pileatis nona fratribus pila. Sic & M. Cicero tabernarios accepit pro his qui negotiationes in tabernis faciunt. Dum, inquit,opifices, & tabernarios, atq; illam omnem fecem ciuitatis,quid eſt negotij concitare. Addit Nonius Marcellus, tempeſtate ſua tabernas appellari ſolitas uinarias,quod & uulgò nunc obtinet. In re militari contubernales[a] dicuntur,qui in ijſdem tabernaculis ſeu tentorijs militant, Hinc & cõtubernium. Sanè quod in Quiritibus matrimonium eſt, in ſeruis contubernium quãdoq; appellatur[b].

a l.rem.§.j. commod.
b l.liberorũ. j.eo.

INSTRVCTAM. Qui tabernam uendit uel etiam legat, de loco ipſo intellexiſſe uidetur[a], non de inſtrumento uel mercibus: qui uero pignerat[b], etiam merces pigneraſſe intelligitur, nullum enim inde detrimentum debitori affertur, cum non ideo plus debeat. Idemq́; ſi quis de taberna pannaria

a l. qui tabernas. de contrah.emp.
b l.qui tabernã.de pig.

pannaria ſeu pannorum contrahat[c], uidētur enim merces cauſa demonſtrationis adiectæ. Quod ſi tabernam cum inſtrumēto dicit, nō contineri inſtitores Paulus reſpondit[d], ſunt enim illi negotiationis ipſius, nō autem loci inſtrumēta, unde tabernæ Cauponiæ inſtrumento legato, loci tātum inſtrumenta præſtabuntur, ut doliaria uaſa, uectiones, ancones, calices, trullæ, quę circa ahenum ſolent traijci, congiaria, ſextaria: nec obſtat quod inſtructam tabernā hic Vlpianus appellet, quæ nō ſolum rebus, ſed etiam hominibus ad negotiationem parata eſt: quia quāuis taberna hominibus inſtructa dici poſſit[e], non tamen inſtitores ipſi tabernæ inſtrumenta proprie ſunt, niſi cum tabernam pro uniuerſitate iurium ipſius negotiationis, non autem ſimpliciter pro loco accipere nos cōſtat, de cæteris igitur ſeruis accipiendum hic eſt, cū eiuſmodi eſt negotiationis genus, ut ſine operis non conſiſtat[f].

c Bar. l. cū pater. §. menſæ de leg. ij.
d l. tabernæ. d' fund. inſtr.
e l. librorum. §. ſed ſi biblioth. de lega. iij.
f l. cum quæritur. de fund. inſtr.

IDEM
Lex CLXXXVI.

Commēdare nihil aliud eſt, q̄ deponere.

IDEM LIB. XXX.
Lex CLXXXVII.

Verbum, exactæ pecuniæ, nō ſolū ad ſolutionē referendū eſt, uerū etiam ad delegationem.

COMMENDARE. Commēdare uarijs modis in iure accipitur: Commendamus amicum, quem laudibus, ut charior alicui ſit, proſequimur. Commendamus rem quam deponimus: unde qui centum tibi cōmendat uſuras exigere non poteſt, id enim notiſſimos depoſiti terminos excederet: Cōmendat[a] & Roma. Pontifex ſacerdotia, cum adminiſtratorem generalem alicuius opulenti templi aliquem conſtituit, cenſeturq́ʒ is liberam habere procurationem, modo nimirum reperto, quo citra ius irreuocabili tituli ex ſacrorum fructibus οἱ ἐλκεσίπεπλοι luxuriarentur: Commendat etiam qui cuſtodiam mandat. Sanè uerbis generalibus facta commendatio[b] nō obligat[c], & teſtator qui libertū ſuum hæredi commendat, non ideo alimenta legaſſe exiſtimatur. Sed & ſi Seium tibi commendem, iubeamq́ʒ ei plenam fidē adhiberi, nō tamen meo periculo illi credes, cū aliquid perſuadere tibi uoluerit[d], quod ad ſuam utilitatem uel honorem pertineat, ut ſi ſe conſtitutum à me procuratorem dicat.

a c. nemo. de elect.
b Barto. l. Lucius. de fideiuſ.
c l. fideicō. §. j. de leg. iij.
d l. fin. C. quod cum eo.

VERBVM EXACTAE. Exigere uarie accipitur, exigit qui extra agit, id eſt expellit: inde exacti reges urbe Roma Pōponio[a]. Exigit qui requirit, qui perficit, qui iniuſte petit[b]. Sed ſtricta ſignificatione proprie exegiſſe dicitur[c], qui id recepit, quod inſtituta actione petebat, unde exigere ab inuito accipitur. Iuriſcōſultus tamē latius id uerbum patere exiſtimauit, & exactam pecuniā intelligit, quæ perſoluta eſt, ſiue enim uolēs, ſiue inuitus debitor dederit: nō eſt dubium dici eum ſoluiſſe. Sed & exegiſſe dicitur, cui per delegationem ſatisfactum eſt, cū delegationem uicem ſolutionis habere receptū ſit[d]: hincq́ʒ arbitror in dubijs hunc ſenſum admittēdum eſſe, ut exegiſſe dicamus, etiam quod ſponte debitor obtulit cū alioquin inuitum potuiſſemus cogere: unde qui procurator ad exigendum cōſtitutus eſt, etiam præſente domino uolūtariam ſolutionem recipere poterit[e], idq́ʒ crebrius probatū eſt. Sed an mulier, cui uſusfructus à marito legatus eſt, donec dotem non exegerit, ſi alteri actiones cedat, legato excludetur[f]? Et nō excludi uerius eſt, qui enim cedit, non ideo exigit, quod ſi ceſſionarius ipſe exegerit putauerim uſumfructum amplius non deberi, non enim à teſtatore hæredem intantum uoluiſſe grauari credēdum eſt: atqui ideo uſumfructum legauit, quia interim dotem hæres poſſidebat. Sibi igitur imputet mulier, ex cuius facto conditio deficit[g].

a l. ij. de orig. iur.
b x. q. ij. quia. Arch.

IDEN LIB. XXIII. AD EDICT.
Lex CLXXXVIII.

Habere duobus modis dicit̃, altero iure dominij, altero obtinere ſine interpellatiōe id quod

HABERE. Habere generale uerbum, quod & ad ius dominij, & ad poſſeſſionem refertur: qui etiam de facto detinet, ut ſeruus, habere dicitur[a]. Cornelius Fronto, in libro quem de uerborum differentijs ſcripſit: Habere, inquit, poteſt etiam fur, nequam: poſſidet nemo, niſi qui aut relictæ, aut donatæ, aut emptæ rei dominus eſt: ita in habente onus, in poſſidente uſus eſt. Quibus uerbis à iure antiquo proditam differentiam declarare uidetur, non autem id iuris quod hodie receptum eſt[b]. Solebat autem in uenditionibus emptori promitti habere licere, quæ uerba cum ex ſe duplicē habeant intellectum, in hoc contractu alterum tantummodo recipiunt, ut uidelicet emptori liceat ſine interpellatione obtinere, in eo enim contractu de iure dominij actum nō uidetur[c]: quoniam uerior eſt eorum ſententia, qui non teneri ad dominij translationem uenditorem exiſtimauerūt, & ideo tradēdo liberari, quod & Iuriſconſultus hic ſentit[d], & nos quādoq́ʒ diſpu

diſputando demonſtrauimus[c], licet in cōtrariam partem frequentius itum ſit. Sanè hæc ſtipulatio habere licere diuiſionem non recipit[f], accedit enim contractui uenditionis, qui pro parte ualere non debet: unde ſi rei diuiduæ accederet, aliud dicendum eſſet, quod plerique probant[g].

*c l.ſ.C.de eo. quod inter.*
*f l.cum ex cā. de uerb.obl.*
*g l.iij.ſ.de uerb.ob.*

quis emerit. ¶ Cautum intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

IDEM LI. XXXIIII.

Lex CLXXXIX.

FAcere nō oportere, & hanc ſignificationē habet, ut abſtineat quis ab eo facto, quod cōtra conuentionem fieret, & curare ne fiat.

IDEM LI. XXXIIII. AD EDICT.

Lex CXC.

PRouinciales eos accipe debemus, qui in prouincia domicilium habēt, non eos, qui ex prouincia oriundi ſunt.

¶ſ. CAVTVM. Siue fideiuſſores quis dederit, ſiue pignora, cauiſſe dicitur: uerbū enim cauere, idem ſignificat, quod ſecurū facere. Is autē ſecurus eſt, cui uel pignore, uel fideiuſſione conſultū eſt. Et ideo quoties lex ea cauſa caueri poſtulat, quod ſecuriorem reddere creditorem uelit, exiſtimarē ſimplicem ſtipulationem nō ſufficere: ſi uero eum quem adhuc debitorem eſſe non cōſtat cauere uelit, ſecus eſt, quoniam Iuſtinianus ſanxit[h] cautionis nomine, uel ἀσφαλείας (ita enim ille ſcripſit, licet in uulgatis codicibus Græca uox, quæ ſecuritatem ſignificat, deficiat) nudam promiſſionem ſignificari. Satis quippe illi cautum dicitur, qui per ſtipulationem iuri ſuo conſuluit. Quod ſi is debitor pauper ſuſpectusúe ſit, ſola ſtipulatio nō ſufficeret[i], non enim ſecurus creditor eſſet, qua de re ſuperius[k] à nobis latius diſputatum eſt.

*h l.ſancimus. C.de uerb. ſignifi.*
*i l.pen.de peti.hæred.*
*k l.ſatiſdationis.*

FACERE. Promiſit aliquis non facere[d], quominus domo mihi locata frui poſſim: habent ea uerba duplicem ſignificationem. Altera eſt ut abſtineat ab omī facto, per quod uſus meus impediretur. Altera eſt, ut etiam curet, ne à quouis alio impediatur: & hic ex uulgari ſcriptura ſenſus elicitur. Alij tamen codices, facere oportere, abſque negatione ſcriptum habent: qua ex lectione colligitur, facti appellatione, etiam ne fiat contineri. In quo tractatu ſic diſtinguendum opinor: aut facta accipimus, quatenus ab his quæ iuris ſunt differunt, & proprie obligationem, ne quid fiat, facti eſſe dicemus: cum enim in dando non conſiſtat, conſequens eſt ut facti ſit[b]. Aut in naturalem ſenſum id uerbum accipimus, & qui non facit, proprie facere non dicitur: quapropter lex perduellionis, quæ eos inſequitur, qui aduerſus principis perſonam aliquid faciunt, in eo locum ſibi non uēdicabit[c], qui conſpirationem ſciens, non reuelat, idq; receptius eſt, punietur enim mitius: & hoc ex proprio ſenſu dicendum eſt, nam ex interpretatione legis aliquādo ultra uim uerbi aliud reſpondemus. Vnde fraudem facere creditoribus intelligitur, qui ſeruitutes per neglıgētiam amittit, uel rem pro delicto habet[d]. Cæterum cum in lege de eo ſit mentio, qui contra facit, obſeruabimus qualis ſit iuſſio: ſi enim affirmatiua eſt, qui negligit, aduerſus eam facere dicitur[e]: rurſus ſi prohibitiua, ne quid fiat, ſit: aduerſus eam negligendo non facimus, ſed faciendo tantū. Hincq; apparet, ſi à teſtatore ei hæredi pœna conſtituatur, qui aliqua in re aduerſus teſtamētum fecerit, pœnam committi, ſi legata ſoluere hæres neglexerit, idq; indubitati iuris opinor, tametſi quidam aliter exiſtimauerint[f].

*d l.ſi fundus. loc.*
*b l.iij.ſ.de uerb.ob.*
*c l.j.& ij.ad l.pomp.*
*d l.iiij.ſ.quæ infra.cred.*
*e l.ſi quis maior.C.de tranſ.*
*f Alex.l.ubi. ſ.qui id qd. de uerb.obl.*

PROVINCIALES. Vario modo uidetur accipi prouincialem poſſe, & qui origine incolatuq; ex prouincia eſt, is omnino abſq; ulla dubitatione prouincialis eſt: ſed & qui in prouincia domicilium habēt id nominis ſortiūtur. Hinc Apollonius Rhodius dictus eſt, quàmuis patria Alexandrinus eſſet, ut Suidas ſcribit, Aggripinenſes quoq; apud Corn. Tacitum libro XX. deductis, inquiunt, olim alienigenis, & nobiſcum per connubia ſocietatis, quiq́ue mox prouenere hæc patria eſt: ut minime dubitari oporteat, ex iure domicilij patriam acquiri, & id proprie, licet aliqui diſſentiant. Qui uero in prouincia orti ſunt, & alibi domicilium habent, ſentit Iuriſconſultus ex recentiorum ſententia non eſſe prouinciales: quod interpretatur Iac. Oldra. Alberi. ex communi loquendi uſu. Sed ipſe prouinciales eſſe magis ſentio, ne minus natiuitas, quàm domicilium poſſit: deceptiq; in eo ſunt interpretes, quod oriundum exiſtimauerunt idem ſignificare quod ortum, cum ſupra ex Latinis autoribus docuerimus, oriundum dici reſpectu originis maiorum ſuorum, non reſpectu ſuæ. Quamuis igitur originem patris filius ſequatur[a], non tamen eius patriæ nomine cenſetur, cum aliò pater habitatum conceſſit, & liberos ſuſtulit, & ita noſtræ opinioni reſpōſi huius uerba non obſtabunt. Accurſius, Bartoluſq; dictionem duntaxat in uerbis Iuriſ-

*a l. aſſumptio. ad municip.*

consulti ſubaudiunt,quam & aliqui ipſi contextui inſeruerunt, nec exemplo caret,ut ita ſubaudiamus,quod à nobis ſupra demōſtratum eſt[b].Et ex his infertur,appellatione Florentinorum, non ſolum eos contineri, qui Florētiæ originarij incolæq; ſunt, ſed etiam qui altero tantum iure nitūtur.Recipit tamē id ex materiæ qualitate aliquam reſtrictionē. Finge conceſſum aduerſus Florentinos ius prænſiōis (Clarigationē ueteres dixere) iniquū eſſet eos qui Florentiæ nō habitant,nec munera ſubeunt, comprændi, tametſi inde orti proponantur[c],cum enim Reipublicæ munera ibi non ſubeant, non debent in eas pœnas incidere, quæ propter Reipublicæ delictum irrogātur,quales ſunt huiuſmodi prenſiones,manuumq; iniectiones.Sed an idem eſt ſiue prouincialem dicamus,ſiue eum qui de prouincia ſit[d]:& idem eſſe communiter traditum eſt, niſi quod illa uerba de prouincia,aliquanto magis ad originem, quā ad domicilium referuntur[e].

b in l.annicu-lus,ſ.eo.

c Alex.in rub. ſol.mat.

d c.j.de ſpōſ.

e l.j.in fin.de tut.& cur.dat.

PAVL. LIB. XXXV.

Lex CXCI.

INter diuortium& repudiū hoc intereſt, quòd repudiari etiā futurū matrimonium pōt, non recte aūt ſponſa diuertiſſe dicitur:quòd diuortium ex eo dictū eſt, quòd in diuerſas partes eunt q diſcedunt.

INTER DIVORTIVM. Reipudiare generale uerbum eſt, quod proprie ad ius quærendum refertur: quæſita enim proprie non repudiantur, atq; hinc dicimus hæreditatem delatam repudiari. Hinc etiam Repudium dicitur,cum futuri matrimonij ſponſalia dirimuntur. Diuortium uero non niſi inter coniuges eſt[a]:quàmuis pinguiore minerua putem etiam de ſponſis dici poſſe.Qua ratione & P.Virgilius diuortia aquarum dixit, nec etymologia omnino repugnaret, cum etiam diſcedant ſponſi,in diuerſasq; eant partes.Non diffiteor tamen ἐμφχλιωπερῶς in coniugibus dici,cum enim coniuncti prius fuerint,miſſo repudio, uere in diuerſas partes eunt. Eſt & apud Vlpianum[b] Fribuſculum dictio à me nuſquàm alibi lecta,cum propter iram ſubitariam coniuges recedunt, non tamen diuortūt,ſed ceſſante fribuſculo, & quieſcente ira,reuertuntur.

a l.iter ſtuprū. §.j.ſ.eo.

b l.cum hic.§.ſi diuortiū.de do.int.ui.

IDEM.LI.XXXVIII. AD EDICT.

Lex CXCII.

HAec adiectio, pluris úe,nō infinitam pecuniā continet, ſed modicam dumtaxat. Adiectio hæc ſolidorum X. pluris úe, ad minuſculam ſummam refertur.

HAEC ADIECTIO. Hæc adiectio, pluris úe quæ ſolet numero certo adijci ad modicam ſummam refertur:quod & dicendum eſt,cum quis plus minus dicit[a], quā clauſulam duabus notis P.M. antiqui ſcribere ſolebant.Hincq; argumentari poſſumus, eum qui ueræ æſtimationis neſcius fundum centum aureis uendat, & ſi plus ualet, illud reliquum donare ſe aſſerit, non intelligi donaſſe,niſi cum aliquid modicū plus ualet[b]. Quapropter ſi multo pluris res uendita ualeat, poterit contractus reſcindi. Sed & ſi me ultra iuſti pretij dimidium deceptum, uel rem eius pretij quod accepi, duplo plurisq; ualere,pbauero,contractus reſcindetur:quoniā quicquid illud eſt qd dimidium excedit,tametſi modicum & incertum, ſufficit ut contractus reſcindatur[c]. Qua ratione in interdicto retinendæ,ſi cæteris probationibus paribus, alter litigantium ſe tanto tempore quanto aduerſarius intēdit poſſediſſe, plusq; probauerit, obtinere debebit, ſufficit enim etiam tempus incertum, ut longiore poſſeſſione uſus uideatur,& ex eo aduerſarium ſuperet[d].In teſtimonijs uero hæc adiectio nullius eſt effectus[e], quoties de certa quantitate affirmare teſtes debent:ſi enim incertum afferunt pro ſuperuacuo habetur, quoniam probationes neceſſario concludere debent[f]: idq; crebrius receptum eſt, niſi teſtem iudex rurſus interroget, ut certius teſtimonium perhibeat,& de quanta ſumma ſenſerit declaret[g]. Et hæc non ſolum in hac dictione obſeruanda ſunt,ſed etiam in præpoſitionibus, ultra,citra, circiter,penè, locum ſibi uendicant, & ſi quæ alienæ ſimiles, quæ tamen ex ſubiecta materia aliter atq; aliter accipiūtur[h]. Vnde in his cum certa ſignificatio afferri nō poſſit,arbitrio iudicis erit deferēdum[i], cuius partes etiam in eo uerſabuntur, ut conſtituat quæ minuſcula ſumma ſit, quandoquidem in iure pro modica ſumma quandoque duo aurei accipiuntur[k], quandoque quarta pars eius de quo agitur[l], quandoque quod intra ſextam eſt, ut cum ab arbitro nos læſos dicimus[m],quandoq; quod minus centum aureis eſt:huiuſmodiq; lites ideo breuiores ſunt[n]; quandoque quod X. libras non excedit[o], ex qualitate igitur perſonarum ius dicentis religio,quid conſtituendum ſit, diſcernet:nam

a l.publia.in fi.dep.

& pauperi

& pauperi uiro maximum erit, quod locupleti & aſſiduo modicum. Sane in antiquis quibuſdam codicibus aliter, quàm in uulgatis reſponſi huius uerba concepta ſunt, hoc ſcilicet modo: Hæc adiectio pluriſue, non infinitam pecuniam continet, ſed modicam, ut taxatio hæc ſolidorũ decem, pluris ue, ad minutulam ſummam refertur.

IDEM LIBRO I.

Lex CXCIII.

HAec uerba, quãti eam rem apparet eſſe, non ad id quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur.

HAEC uerba, quanti. Verbum eſſe ad ueritatẽ refertur: unde ſi Prætor quãti ea res ſit actionẽ det, de ea quãtitate, quæ uerã æſtimationẽ complectatur intelligemus, non autem de eo quod præterea intereſt: & cum de re danda agitur, facillime cognoſcitur quanti ea res ſit: ſed cũ ideo datur actio, quia aliter quàm debeat fiat, difficilius ratio initur, quoniam pleraq; facta in promptu æſtimari nequeunt, & ideo conſultius tunc eſt, certam pœnam comprændere, quod in prætorijs ſtipulationibus obſeruandũ Venuleius inquit, alioqui ex qualitate negotij diſcernemus, quãti æſtimatio ducenda ſit. Finge iuſdicenti me non paruiſſe, in eo cõdemnabor quod habita ratione iudicis & mea æquum uidebitur, ut quo grauior & dignior eſt iudex, uel contemptus iniquior, eo grauius, & in maiorem quãtitatẽ puniar: non autem eius quod intereſt tali caſu ratio ducetur. Tripliciter autem noſtra intereſt ſingulariter, cõmuniter & ex conuentione, quæ qui apertius dignoſcere uelit, is eum librũ legat, quem de eo quod intereſt inſcripſi, nec ulterius hoc in reſponſo à nobis elucubrandum eſt, cum in eiuſdem argumenti lege ſupra explicata ſint, quæ ad rem pertinere uiſa ſunt.

l. fi. de præto. ſtip.

l. j. in fi. ſi qs ius dic.

INTER DONVM. Quid inter munus & donum intereſſet, non Iuriſconſulti tantum, ſed & Grammatici plerumq; dubitauere, alijs opinantibus dona ad deos pertinere, ut Seruio & Donato: alijs ad homines etiam quibus à potentiore donatur, ut cum paupe ribus diuites, Imperator militibus donat, qđ Corn. Frontoni placuit, ſed uerior eſt Iuriſconſultorum interpretatio, ut donum latiore ſignificatione accipiatur, quàm munus: eſſe enim munus quod ex neceſſitate officij, iuſtaue aliqua cauſa præſtatur, ut cum patrono donatur, qui nuptias cõtraxerit, uel qui filiũ

VLPIANVS LIB. XLIIII. AD EDICTVM.

Lex CXCIIII.

INter donũ & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem: nam genus eſſe donũ Labeo ait, uel à dando, uel à donando dictum. Munus ſpeciẽ: nam munus eſſe donum cum cauſa: utputa natalitium, nuptiarum.

ſuſtulerit. Terent. in Phorm. Nam Herilem filium eius duxiſſe audio uxorẽ, ei credo munus hoc corraditur. Et rurſus: Porrò autem ferietur alio munere, ubi Hera pepererit: Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies. Erat em̃ hæc ueterum conſuetudo: unde & ΣΩΤΗΡΙ noſtro recẽs nato, Magi reges aurũ, thus, mirrham obtulerunt. Suntq; hæc munera quæ nuptiarum & natalitia hic dicuntur, Græcis ἐπαύλια, & γενεθλίδια. Apud eos em̃ uarijs ex cauſis, uaria munerum nomina habẽtur, ob inuentionem εὕρετρον, ob redemptionem rei amiſſæ[a] λύτρον, ob nuntium μήνυτρον, ob uictoriam νικητήριον, ob certamen ἔπαθλον, ei qui nos duxerit ἡγεμόσυνον, qui ſono demulxerit προσαύλιον, qui nutriuerit θρέπτρον, uel τρόφημα, qui medium ſe uel interpretem pro nobis geſſerit[b], ἑρμηνευτικόν, qui rem mihi meam attulerit φόρετρον, Arbitror & φυτίον dici poſſe emphyteoticam penſionem, ſeu mercedem meliorationis quæ pro plantis pẽditur, unde uulgus corrupte Fictum dicit, ut quod in prædijs urbanis eſt ἐνοίκιον, in ruſticis ſit φυτίον, uideturq; utrumq; Latine dici poſſe Colonarium. Eſt & Cœnacularium Vlpiano[c], pro penſione quam inquilini pro conducto cœnaculo ſoluũt, Cœnaticum uero Sportulam ſignificat, quam cœnæ nomine extorquebãt à prouincialibus milites. Sed & quæ medico præmia præſtantur, Soteria, uel Iatrea dicuntur: quæ præceptori, Didactra, uel Didaſcalia, Latine Mineruualia: quæ artifici, Epichera: aliquid ferenti, Comiſtra: benefico, Chariſteria: quo exemplo & Latini, quod iudicibus datur, ſportulas uocant: quod Iuriſconſultis Honorarium: quod militibus ſtipendium: quandoq; & Solacium, Græci & obſonium dicunt, Lucæ in euangelio, unde & Iſelaſticorũ obſonia Plinio X. in epiſt. quod extra ordinem exercitui, Donatiuum: plebi, Congiarium: quod Reipublicæ pro ſolo occupato, Solarium[d]: quod magiſtratui pro ſuppellectile, cæteriſq; ad cõmeandum neceſſarijs, Vaſarium: quod ubi cõmeauerit, pro præmio geſti honoris, Salarium: quod nutricibus in mercedẽ, Nutritiũ: quod nautis Naulũ: quod præconi, Præconium, Plauto in Menech. quod aduocatis, uel

a l. falſus. §. pleriq;. de fur.

b l. fi. ſ. de proxen.

c l. ſolutũ. ī fi. de pig. act.

d ſ. ne quid in loco pub.

uel amicis, Strena: quod principi in nouæ dignitatis honorem, Coronariũ: quod cõmentarienſi ob diligẽtis cuſtodiæ ſignificationẽ, Carceraticum[e]: quod Reipublicæ ob cloacarum purgationẽ, Cloacarium: quod abſenti ut alere ſe poſſit Viaticum: quod ut quis ſingulis diebus ſe alat, Diarium: quod ꝓ calceis impenditur, Calciarium: pro ueſtitu, Veſtiariũ: idq́; genus ſimilia, Eſt & Xeniũ proprie munus quod hoſpitibus datur, ſed in iure ꝓ munuſculis accipitur, quæ iudicibus ſolent ad eorum gratiam aucupandam mitti[f], de quo extat prouerbium οὔτε πάντα, οὔτε πάντῃ, οὔτε παρὰ πάντων. Teſtatur Plinius Cæcilius quadam epiſtola in cauſis dicẽdis ſe om̃i dono, munere, xenijs abſtinuiſſe, quæ uerba à Iuriſconſulti noſtri diſtinctione nõ diſſidẽt. Xenicon uero apud Ariſtopha. pro militari nutrititio accipitur, quod Corinthij aduenis militibus pendebãt. Laurentius tamen Valla etiam cum cauſa donum dici exiſtimauit, Iuriſconſultosq́; inſectatur, quod pugnantia ſimul ſcripſiſſe uideantur, ſed hanc ego litem infra dirimam. Quod autem hic dicitur, intereſſe inter hæc uerba hoc, quod inter genus & ſpeciem: non aliud ſignificat: quàm ſicut latior eſt generis quàm ſpeciei ſignificatio, ita eſſe latiorẽ doni notationem q̃ muneris, nec enim proprie donum genus eſt. Similiter & alibi ſcriptũ eſt, plebs à populo differt, quod ſpecies à genere, quòd uidelicet latius populi nomen pertineat[g].

e l. pen. de bo. dam.

f l. ſolẽt. §. penul. de offic. procon.

g §. plebs. iſt. de iur. natu.

IDEM LIB. XLVI.

Lex CXCV.

PRonuntiatio ſermonis ĩ ſexu maſculino, ad utrunque ſexum plerunq; porrigitur. ¶ Familiæ appellatio[a] qualiter accipiatur uideamus, & quidem uarie accepta eſt nam & in res, & in perſonas diducitur[b]. In res, utputa in lege XII. tabularũ his uerbis. Agnatus proximus familiã[c] habeto. Ad perſonas autem refertur familiæ ſignificatio, ita cũ de patrono & liberto loquit̃ lex, ex ea familia, & ex ea[d]

PRONVNTIATIO. Sub maſculino nomine contineri fœmininum, nõ ex ꝓprietate ſermonis eſt, ſed ex extenſione, quod uerbum porrigitur hic oſtendit: quia tamen extenſio hæc communi uſu recepta eſt[a], in quacunq; ferè materia regula hæc obſeruabitur, niſi cum aliam loquentis intẽtionem eſſe apparebit, ut quia diuerſa ratio diuerſum ius ſuadeat: quapropter ſi filij exulum lege lata extra urbem expellendi ſunt, de filiabus actũ non uidebitur propter enim ſexus imbecillitatem, ab eis nihil periculi imminet[b], qua de re à nobis latius ſupra tractatum eſt[c].

a Bal. c. ad audientiam, de reſc.

b Bald. l. quæcunq;. de ſer. fug.

c l. j. ſ.

a ¶ §. FAMILIAE. Familia ad res & perſonas refertur: cum de perſonis intelligitur, quinq; modis poteſt accipi. Primo ut certas perſonas, puta libertum contineat. Secundo ut corpus quoddam, cuius caput iure ꝓprio membra ſubiecta habet, ut filiorũ, nepotum, pronepotumq́; ſoboles qui in patrisfamilias poteſtate ſunt. Tertio corpus in quo nõ præminet alicuius poteſtas, ſed cõmuni omnes iure utuntur, ut agnati inter ſe. Quarto ſeruientiũ turba, qui uetuſtiſſimus huius uocis ſignificatus eſt: antiqui enim Famul ſeruum dicebãt, unde famulari uerbum, à quo familia. Quinto nec ad ius proprium, nec ad cõmune, neq; ad ſeruos refertur, ſed ad originem, & memoriam: ut cum dicimus, hic eſt ex Iulia familia, id eſt originem à Iulio traxit.

b ¶ DIDVCITVR, diuiditur.

c ¶ FAMILIAM. Id eſt hæreditatem. Cicero ad Heren. libro Rhetoricorum primo cap. XXVI. uerba legis XII. tabularũ ſic concipit. Paterfamilias uti ſuper familia pecuniaue ſua legauerit, ita ius eſto: ſi inteſtatus moritur, familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq́; eſto. Sed quomodo dignoſcimus de rebus, an perſonis actum ſit? Et proditũ eſt, cum familiæ relinquitur, de perſonis actum cenſeri[d]: cum à teſtatore de familia diſponit̃, tunc de rebus agi. Nec enim poſſumus tunc de perſonis intelligere, quæ cum liberæ ſint, ad nullius diſpoſitionem pertinẽt. Ego arbitror, & cum de familia diſponitur, de famulitio ſeruorúmue choro actũ uideri: obſoleuit enim ex cõmuni uſu illa, quæ in XII. tabulis eſt ſignificatio, quapropter de ea in dubio accipiendum nõ eſt, niſi cum aliqua nos in hoc coniectura adigit, ut quia teſtator rogat hæredem, ut familiam ſuam reſtituat, ſi enim de ſeruitio intelligeretur, non erat opus hæredẽ rogare in eo quod directe legari potuit[e].

d ¶ EX EA FAMILIA. Accurſius uerba legis ſic adſcribit, Ex ea familia in eam patroni familiam liberti bona ueniant. Intelligitq́; de bonorum poſſeſſione, quæ patrono in liberti bonis datur[f]: qui ſenſus non quadrat, quoniam huiuſmodi bonorum poſſeſſio ex edicto prætoris deſcendit: at hic de duodecim tabularum lege agitur. Ipſe igitur aliter ſentio, & opinor uerba legis hæc fuiſſe: Ex ea familia, unde Titius miſſus manu eſt, in eam

inquit, in eam familiam: & hic de ſingularibus perſonis legē loqui cōſtat. Familiæ appellatio refert & ad corporis cuiuſdã ſignificationē, qđ aut iurē ꝓprio ipſorum, aut cōi uniuerſæ cognatiōis cōtinetur. Iure eñ proprio[e] familiã dicimus plures ꝑſonas, quæ ſunt ſub unius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectæ: utputa patremfamilias matrēfa.[f] filiũfam. filiãfa. quiq; deinceps uicē illorum ſequūtur, ut nepotes, & neptes[g], & deinceps. Pater autem fam. appellatur, qui in domo[h] dominium[i] habet, recteq; hoc nomine appellatur, q̄uis filiũ nō habeat: nō enim ſolam perſonam eius, ſed & ius[k] demonſtramus. Deniq; & pupillum patremfam. appellamus: & cũ paterfam. moritur, quotquot[l] capita ei ſubiecta fuerũt, ſingulas familias incipiunt habere: ſinguli enim patrumfamil. nomē ſubeunt. Idemq; eueniet ĩ eo, qui emãcipatus[m] eſt, nam & hic ſui iuris effectus, ꝓpriã familiam habet. Cōmuni iure familiã dicimus omnium agnatorũ[n]:

in eam familiam adſcribatur. Liberti enim nomine, ſeu ut ita loquar, parentela patroni cenſebantur, ut in diſpunctionibus docuimus, accipiturque tunc familia pro ſingularibus ipſorum perſonis, nec enim communia cum cæteris cognationis iura habēt, nec aut ſerui, aut domus habitatores ſunt: meritò igitur hæc ſignificatio à cęteris diſtinguenda fuit.

e ¶ IVRE proprio. Perſonę ſubiectæ natura ſunt, id eſt æquitate naturali, uxor marito, gener nurusq; ſocero, deniq; quilibet familiaris domino. Filij uero & nepotes, cæteriq; deinceps qui in poteſtate ſunt, etiam iure ciuili ſubijciuntur[g].

g l. in ſuis. de lib. & poſt.

f ¶ MATREMfam. Videtur hic probari, uxorē in familia uiri eſſe[h]: habet enim maritus dominium, id eſt quãdam præminentiã in illam. Quapropter legato facto familiæ, etiam uxor admittetur[i]: quod & in uidua obſeruandum eſt, iuris enim interpretatiōe adhuc in matrimonio eſſe exiſtimatur. In odioſis tamē fortè aliud obſeruãdum eſſet. Et ideo ſi quis in exilium cũ familia mittatur, uxor ea lege non tenebitur, idq; Oldradus, & Albericus probant.

h l. quicunq;. C. de re mil.

i d. l. fin.

g ¶ NEPTES & deinceps. Hic cōſtat familiæ appellationem ultra quartum gradum in deſcendentibus intelligi, in prohibitione autem alienationis hæredi facta, ut res in familia perpetuo remaneant[k], Iuſtinianus ſanxit, ultra quartum gradum deſcendentium prohibitionem non extendi, cuius rationem alij uiderint. Illud conſtat, in fideicommiſſo familiæ uſque ad decimum gradum agnatos admitti, quoniam gradatim, inſtar ſucceſſionis, quæ ab inteſtato defertur, uocãtur: in fideicommiſſo uero quod duobus antiquioribus de domo relictum ſit, cum nō ſanguinis coniunctio, ſed ſolum familiæ nomen in teſtatoris conſideratione fuiſſe uideatur, etiam decimi gradus ulteriores non excludi, quidam ſenſerunt[l].

k in authen. de reſt. fideicō.

l Deci. 321. in fi.

h ¶ DOMO. Quãdoq; tamē domus pro familia accipitur, idq; præſertim in uulgari ſermone: uideturq; μετωνυμικῶς continens pro contento poni[m]: quapropter ꝓprie de his qui unà habitant intelligitur[n].

m l. pe. de teſt.

n l. cum unus. de ali. leg.

i ¶ DOMINIVM. Id eſt præminentiã. Alioqui alio ſenſu dominiũ eſt ius perfecte diſponēdi de re ſua corporali[o]. Sanè qui ſolo huiuſmodi præminētiæ iure etiã principibus ſubſunt, ĩ eos delinquēdo, perduellionis crimine non notantur[p].

o Bar. l. ſi quis ui. §. differētia. de acq. poß.

p Cle. paſtoralis. §. deniq; de re iud.

k ¶ SED & ius. Vt quis paterfamilias dicatur, ſatis eſt ut familiæ ſuæ dominus ſit, quoniã hæc uox non ſolum in eis locum habet, qui uere patres ſunt, filiosq; habēt, ſed etiã in eis qui ſine prole ſunt, dum iura in domo ſua habeant, quæ cæteri patres familias.

l ¶ QVOTQVOT capita. De ſuis hæredibus intelligendum, quia qui in aliorum poteſtate recidunt, familias non habent.

m ¶ EMANCIPATVS. Extra patrisfamiliã emancipati ſunt, ut hic traditur, alioqui propriã familiam nō haberēt: quod hoc iure maxime procedit, quo emãcipati agnationē nō ſeruant[q]: ſed cũ hodie inſtar ſuorũ redacti ſint[r], putauerim in fauorabilibus eos contineri, ſiue de familia lex uerba faciat, ſiue de agnatione[s]. Quod in legibus quoq; municipalibus obſeruãdũ eſſe arbitror, ꝗbus agnati maſculi cæteros excludunt: non enim in his uinculum patriæ poteſtatis in animaduerſione eſt, ſed id ſolum, quod cognomen familiæ, eiusq; inſignia ſeruent[t]: quod etiam emancipatis conuenit, licet alijs aliter uiſum ſit[u].

q l. tutelas. de cap. dim.

r l. meminimus C. de leg. hæred.

s d. l. fi. & l. qui ſe patris C. unde lib.

t Bal. ĩ l. fi. C. de emã. lib.

u Dec. cōſi. 13.

n ¶ AGNATORVM. Accipitur ergo familia etiam pro agnatiōe, quod dubium eſſe

non debet: cum huius uocabuli ſignificationem, Iuſtinianus in cognatis quoque, cæteriſqꝫ propinquis acceperit, quod ideo eſſe ab eo conſtitutum arbitror, quoniam agnatis cognatos æquales in ſucceſſionibus fecerat. Cum igitur familiæ teſtator relinquit, qui proximiores in gradu tempore teſtamẽti, uel mortis erãt, admittẽdi ſunt[x], quippe illi proprie agnati ſunt. Qui uero poſt eius mortem concepti ſunt[y], cum agnati non ſint, non admitterentur, niſi aliter de uoluntate teſtatoris appareat. Veluti in fideicommiſſo conditionali, cum enim dies tempore exiſtentis conditionis cedat, eos admittemus, qui tunc in familia proximiore gradu erunt[z]. Vnde fit, ut prohibita hæredi alienatione extra familiam, illi cenſeantur uocati, qui propinquiores ipſi hæredi ſupererunt cum alienabitur, tametſi alij extent ipſi teſtatori coniunctiores: idqꝫ quamuis doctiſſimis quibuſdam reclamantibus[a] receptius apud recentiores uidetur, quoniam de manu hæredis fideicõmiſſum accipitur. Sed in directis ſubſtitutionibus, cum ab ipſo teſtatore continenter hæreditas deferatur, eius proximiores cenſentur uocati[b]. Sed & ſi quis uelit fundum in familia remanere, ſatis coniicitur, mortuis his quibus fideicõmiſſum reſtitutum eſt, eorum ꝓpinquiores deinde admitti, licet poſt teſtatoris ſupremum diem natos[c]. Sed quid ſi cuilibet ex familia relictũ ſit? & promiſcue inobſeruato gradu quicunqꝫ admittentur[d], dum intra decimum gradum ſint, ut etiam Paulus Caſtren. reſpondit[e]. Quid item ſi ſimpliciter quis iuſſus eſt fundum in familiam relinquere? Et poſſe eum quem uelit de familia eligere idem reſpondit[f]. Quid rurſus, ſi familiæ alicuius extranei cum ille iam fato functus eſſet, reliquero? Et admitti eius deſcendentes omnes æqualiter, pleriſqꝫ uiſum eſt[g].

x l. cum ita. §. fi. de leg. ij.

y l. titius. de ſuis & leg.

z Io. An. rub. de teſta. in Spec.

a Socy. in l. ſi cognatis.

b l. fi. C. de inſti. & ſubſt.

c Com. d. §. fi.

d l. unum. de lega. ij.

e Paul. conſil. 383. notãdũ. in primo.

f cõſ. 32. proprietarius. in j. l. uoluntas. C. de fideic.

g Bar. d. l. ſi cognatis. in fi.

nam & ſi paterfami. mortuo, ſinguli ſingulas familias habẽt, tamẽ omnes qui ſub unius poteſtate fuerũt, recte eiuſdẽ familiæ appellabuntur, q ex eadẽ domo[o] & gẽte ꝓditi ſunt. Seruiẽtium[p] quoqꝫ ſolemus appellare familiam, ut in edicto prætoris oſtendimus, ſub titulo de furtis: ubi prætor loquitur de familia publicanorũ: ſed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddã ſeruorum cõtinetur: quod demonſtratur eius rei cauſa paratũ eſſe, id eſt uectigalis cauſa. Alia autẽ parte edicti, omnes ſerui continẽtur, ut de hominibus coactis, & ui bonorũ raptorũ. Item redhibitoria, ſi deterior res reddatᷓ emptoris opa, aut familiæ eius, & interdicto unde ui, familiæ appellatio omnes ſeruos compræendit, ſed

o ¶ EX EADEM domo & gẽte. Sed nũquid filius illegitimus ex familia erit? Et cum agnatus nõ ſit, non erit, ſi familiam hac quarta ſignificatione accipiamus. Gens enim hic pro agnatione ſumitur, unde gentiles agnati. Sed cum hodie in fauorabilibus Iuſtinianus omnes cõtineri ſanxerit[h], qui ab eodem ſanguine proficiſcunt, cognatoſqꝫ etiam admiſerit, dubitandum non eſt, quin naturales hoc caſu ex familia cenſeantur: qd aliter ĩ ſpurijs eſt, quoniam illorum patrem incertum lex exiſtimat odioqꝫ inſectatur.

p ¶ SERVIENtium. Non de ſeruis ſolum intelligendum eſt, ſed etiam de quibuſcunque famulantibus, & operam ſuam in id, quod demõſtratum eſt, præſtantibus. Sic in edicto familia publicanorum accipitur[i]. Sic & quid raptum, uel ui factum cum familia dicitur[k]. Sic ædiles emptorem, qui redhibitoria experitur, reſarcire uenditori uoluerunt, quatenus ſeruus culpa ſua, familiæue ſuæ deterior factus eſt[l]. Sed cum in prædictis caſibus dominus ex delicto familiæ obligetur, an in cæteris quoque idem generaliter conſtituemus? Et non obligari dicendum eſt[m], quapropter liberabitur, ſi ſeruum pro noxa det, niſi eum delinquenti conſenſiſſe conſtet, quod ex cõiecturis quoque deprændetur ut quia conſultus de delicto tacuit, uel cum poſſet, non prohibuit[n]. Sed & nobiles qui in famulitium ſuum Sicarios, Lenones, idqꝫ genus improbos retinent, ex eorum delictis, arbitratu iudicis puniendi ſunt[o]: præſumuntur enim eorum conditionem notam habuiſſe, nec eis licuit deteſtabiles hoſce domi habere[p], & fauoribus proſequi: & ideo etiam ſi dolo careant, culpa non carent. Caupones quoque & nautas pro familia ſua teneri conſtat[q], ſi damnum in re commiſſum eſt, cuius cuſtodiam præſtare debuerũt. Sed finge hoſpitem ab aliquo ex familia cauponis uulneratum, quid erit? Et ſi in diuerſorio dum cauponum curæ confidit affectus eſt, putarim dominum obligari, damnumqꝫ ab eo emendandum

r Iaſ.l.j.col.3.C.de ſer.fu. dum, alioquin cauponem abſoluendum[r].
q ¶ FILII. Siue in poteſtate, ſiue ſui iuris ſint, ſiue unà cum patre habitent, ſiue ſeparatim: eademq́ interpretatio in ædilitio edicto capitur[s]. s l.quod ſi nolit.§.idem.

& filij[q] continentur. Itē appellatur familia plurium perſonarū, quæ ab eiuſdem ultimi[r] genitoris ſanguine ꝓficiſcūt: ſicuti dicimus, familiā Iuliā, quaſi à fonte quodam memoriæ. Mulier[s] aūt familiæ ſuæ & caput & finis eſt.

CAIVS LIB. XVI. AD EDICT. PROVINCIALE.

Lex CXCVI.

FAmiliæ appellatiōe, & ipſe princeps familiæ continetur. ¶ Fœminarum liberos, in familia earum non eſſe, palam eſt: quia qui naſcuntur, patris, nō matris familiā ſequuntur.

VLPIANVS LIB. I. AD EDICT.

Lex CXCVII.

INdicaſſe reū, ē detuliſſe: arguiſſe, accuſaſſe & conuiciſſe.

r ¶ VLTIMI. Retro computando. Et hæc ultima ſignificatio intelligitur, cum propter antiquitatem originis, gentiles iſti nullo gradu ſe cōtingunt: ſic eñ hoc caſu ab agnatione differet familia, & ita cæteri interpretes ſentiunt. Sed cum in hoc reſponſo tot familiæ ſignificatiões proditæ ſint, quomodo cognoſcemus de qua intelligere nos oporteat? Et ex ſubiecta materia arbitror dijudicandum eſſe, ut in relictis familiæ, conſtitutionem[t] Iuſtiniani ſeruemus, ſi lex captum à familia prætoris certa pecunia condemnet, de ſeruientibus, iureq́ officij capientibus intelligamus, qua ratione filius ex familia non cenſebitur[u]. Si piſtor panem coquere Titio eiuſq́ familiæ promiſit[x], de cohabitantibus accipiamus. Videtur enim paterfamilias curæ domui ſuæ tantum prouidiſſe, ut quibuſdā uidetur[y]. Quem ſenſum & accipere lex debet, quæ ciuem cogit, cum familia ſua in urbe habitare. Idem & dicendum, cum lex alicui & eius familiæ priuilegium concedit[z].

t d.l.ſi.
u Ray.d.l.ediles.
x l.tria onera.de excu.tut.
y Cep.de ſer.urb.ca.50.
z l.ij.C.de epiſ.& cler.

s ¶ MVLIER. Caput, id eſt principium. Refertur autem hoc ad ultimam familiæ ſignificationem, in uiris enim familiæ nomen per omnē deſcendentium ſeriem durat. Vnde Aſcanius, qui Iulus dictus eſt, Iuliæ familiæ primus autor, deſcendentes ſuos Iulios appellatos ſemper habuit. Sic Appius Claudius, Claudios, quorū Nero ultimus fuit. At mulierum filij earum nomina nō ſeruant, ſed patrum ſuorū, unde in eis nulla familiæ origo propagatur, ſed cum eis extinguitur.

FAMILIAE. Cum familia à famulādo, id eſt ſeruiēdo deducatur, ut ſupra oſtendimus, nō uidebatur eius appellatione poſſe dominum contineri, tanquàm Etymologia repugnaret, & tamē aliter Caius hic cenſuit: quoniam nomina hæc collectiua uel uniuerſitatum, non membris ſolum, ſed & capite cōſtant, ideo illud quoq́ comprændere debent. Sic appellatione militum, Imperator[a], appellatione Populi, Senatus continebitur[b]. Qua ratione cum curiam dicimus, etiam de Cardinalibus[c], cum monachos, de Abbate[d], cum capitulum, de Decano quoque intelligemus[e]. Sic & ſcholaſticorum nomine, rector admittetur: nam & epiſcopus qui ſtudiorū cauſa in Achademia ſit, nihilominus ſcholaſticus dicetur, idq́ Baldus tradit[f].

a l.j.de teſta.mil.
b §.plebs.īſt.de iur.nat.
c Oldr.hic.
d c.ſi.d' ſimo.
e c.quia.§.j.de cōce.præben.in 6.
f in proh.decre.ī.3.col.

¶ §. FOEMINARVM. Hoc regulariter proditū eſt, ut filij legitimi patris familiā ſequātur, nō matris: niſi ſpecialiter aliud indultū ſit[g], ut Iliēſibus, Delphis, & Ponticis, qbus ex priuilegio cōpetit, ut ex alienigenis & eorū mulieribus nati matris originē ſequātur. Ex hacq́ regula traditū eſt, nobilis matris filiū nō idcirco nobilem eſſe, quoniā ex patre ſolū deducit' nobilitas: unde nec gētilitia matris inſignia filio gerere cōceſſum eſt: nec præter principem quiſquā cōſtituere poſſet, ut originē matris filij ſequerētur[h]: quoniā ne id ab aliquo decernatur, lege expreſſim prohibitū eſt. Et id in legitima prole ſibi locum uēdicat, alioquin ſpurij, cæteriq́ illegitimi uētrem ſequūtur[i]. Sic & natus pēdente ſtatus cōtrouerſia, cū matre euētum litis maternæ ſequetur, quod in eis non ſeruatur, qui ante litem motam nati ſunt[k].

g l.j.ad mun.
h l.exēplo.C.de decur.
i l.cū legit.ſ.de ſtat.ho.
k l.ſi.C.de libe.cau.

INDICASSE. Deferre reum, idem eſt quod poſtulare[a], id eſt coram iudice nocētem nominare, & ut cognitionē ſuſcipiat petere. Fiebat autem id libello, cui ſubſcribere neceſſe habebat qui detuliſſet, ut ſi obtinuiſſet, præmijs afficeret', & ſi ſuccubuiſſet, ex Turpiliano Senatuſconſulto puniretur. Hoc peracto diſputabatur, an ſuſcipienda cognitio eſſet, de indicijsq́ cognoſcebatur: id erat arguere reum, id eſt demonſtrare, & ex argumentis probare, ab eo commiſſum crimen: ꝙ ſi ſubeſſe legitimas coniecturas iudex uidiſſet[b], ulterius procedēdum eſſe interloquebatur, ſicq́ eius nomē, q delatus erat, inter reos recipiebatur[c]: tum iudex oratores, aduoca-

a l.deferre.de iur.fiſ.
b l.ſenatus.in ſi.eo.tit.
c Bar.l.is qui reus.4.col.de pub.iud.

toſúe admittebat, qui unà cum partibus continuis oratiõibus de cauſa diſputabãt, tumq́; proprie Accuſare dicebantur, & hinc Accuſator, inde reus eſſe. Si reus conuictus eſſet, præmiũ accuſatori decernebatur, quarta pars bonorũ rei, ut in crimine Lęſæ Maieſtatis Corn. Tacitus lib. IIII. autor eſt: Silio, inqt, condemnato M. Lepidus quartam accuſatoribus, ſecundum neceſſitudinem legis, cætera liberis conceſſit. Igitur oſtẽdit Iuriſconſultus indicare reum id ſignificare, cũ non ſolum delatus, argutusq́; reus, ſed & accuſatus cõuictusq́; eſſet. Quapropter cum ei præmiũ debeatur, qui famoſi libelli autorem indicauerit, ut cõſtitutiõi locus ſit, reum oportet eſſe conuictum[d]. Et quæ diximus ex ſtricta ſignificatione procedunt, nam latius quandoq; ea uerba accipiuntur, & arguiſſe quoq; non uidetur, niſi & qui cõuicerit. Vnde cum ex Senatuſconſulto libertas pro præmio ſeruo debeatur, qui cædem domini arguerit, arguiſſe intelligemus, qui oſtẽderit[e], & dãnari fecerit. Sic & in quibuſdã cõſtitutionibus reſpõſum à prudentibus eſt, cũ præmia his decernerentur, qui impietatis reos arguerent[f]: id ẽm uerbũ generaliter pro oſtendere demonſtrareq́; accipitur, ut in carmine Virgiliano.

Degeneres animos timor arguit.

*d l. lex Cor. in fi. de iniur.*
*e l. ſi quis in graui. §. ſi ex ſtipu. ad Syll.*
*f Albe. l. j. C. quib. ex ca. ſer. pro præ.*

IDEM LIBRO II. DE OMNIBVS TRIBVNALIB.

Lex CXCVIII.

VRbana prędia[a] omnia ædificia accipimus, non ſolum ea quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula[b] ſunt, uel alia meritoria[c] in uillis, & in uicis, uel ſi prætoria[d] uoluptati tãtum deſeruientia: quia urbanum prædium nõ locus facit, ſed materia[e]. Proinde hortos[f] quoq;, ſi qui ſunt, in ædificijs conſtituti, dicendum eſt in urbanorũ appellatione contineri. Planè ſi pluriũ horti in reditu ſunt, uinea-

VRBANA. a ¶Seruitutum aliæ ſunt urbanæ, aliæ ruſticæ: quæ ſic nomen ſumũt, quòd prædio urbano, uel ruſtico debeãtur: obſeruamus enim non ſimpliciter ſeruitutem ipſam, ſed prædium cui debetur[a]. Vnde quamuis uia cẽſeatur ruſtica ſeruitus, ſi tamen per fundum tuum eam mihi debeas, ut ad domum meam ire agere poſſim, uerius eſt urbanam ſeruitutem tunc eſſe, quoniam urbano prædio debetur. Quæ autem ſint urbana prædia ſic explicat Iuriſconſultus, ut ſint omnia ædificia habitandi cauſa facta, ubicũq; ſint, ſiue in urbe, ſiue extra urbẽ, in uicis uilliſúe, & conciliabulis: urbanũ enim prædium materia non locus facit.

*a l. j. §. area. de ſer. ruſti. præd.*

b ¶STABVLA. Diuerſoria, & quas tabernas uocamus, ueteres ſtabula appellarũt. Sed & hæc uox pro ſeptis accipitur, quibus iumenta uel greges ſtabulantur: in priore ſignificatu hic capienda eſt, quod arguunt ſubſequentia uerba: tumq; certiſſimum eſt, urbanum prædium ſtabulũ eſſe. In poſteriore ſenſu uidetur accepiſſe Neratius[b], cum numero urbanorũ nõ eſſe, quoniam à cæteris ædificijs ſeparata ſint, ſcripſit. Cum enim non pro hominum habitatione, ſed pro pecorum, quæ in rei ruſticæ fructu ſunt, commoditate ſtructa fuerint, naturam ruſticorum ſequuntur, tametſi ædificijs cõſtent.

c ¶MERITORIA. Mereri eſt mercede operam præſtare: unde loca meritoria, quæ mercede locãtur, fortè uiatoribus, uel peregrinantibus. Hinc & meritoria ſcorta, meritoriæ rhedæ, & muli meritorij, idq́; genus ſimilia.

d ¶PRAETORIA. Prætorium domus Imperatoria eſt, quòd quecũq; militũ Imperatorẽ, antiq prætorẽ dicebãt[c]. Sic & Principia pro principis tabernaculo accipiũtur Vegetio. Cœpit tñ prętorij appellatio ꝑ ornatiore domo accipi, in qua paterfamilias ruri habitat. Tripartito ẽm uilla diuidit: Prima Vrbana, quã dñs ipſe ad ĩhabitãdũ ſumit[d], ea & prętoriũ dicit Palladio, Trãq. Papinio in Pollij Surrentino, & Iuriſcõſultis. Altera Ruſtica, quã uillici operæq́; ruſticæ incolunt[e]. Tertia fructuaria, in quã fructus deuehuntur: unde & à uehendo uilla dicta, autor L. Columella.

e ¶MATERIA. Quid ergo ſi quis tuguriũ, uel caſam ex ſtramẽtis ædificet? Et ſi pro uſu hominis ſit, urbanũ eſſe prædiũ receptũ eſt: quapropter in ea aliquis capi, & in ius duci, nõ magis poterit, quàm ex domo[f]. Si uero bouum, pecorumq́; habitatiõi pręparata ſit, aliud eſt, niſi domui cõiuncta uel proxima ſit, nam tunc urbani ædificij pars cenſebitur[g].

f ¶HORTOS. Cum horti propter amœnitatem urbani prædij, cui contigui ſunt, cõparentur, æquum eſt urbanis eos contineri: quod ſi plurimum in reditu ſint, id eſt principaliter propter ruſticos reditus conſtituti ſecus eſt. Quid ẽm ſi olitoribus locẽtur, uel uineas includunt, arguitur inde mens patrisfamiliæ nõ minus utilitatis ut fructus uendat, quàm amœnitatis cauſa eos colentis.

Olitorij.

rĳ fortè, uel etiā olitorĳ[g], magis hæc nō ſunt urbana.

IDEM LIB. VIII.

Lex CXCIX.

ABſentem accipere debemus eũ, qui non eſt in eo loco, in quo petit: non enim trans mare abſentē deſideramus: ſed ſi fortè extra continentia urbis eſt, abeſt, cæterum uſq; ad cōtinentia nō abeſſe uidetur, ſi nō latitet. Abeſſe non uidebit, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed qui à latronibus detinetur.

IVLIANVS LIB. II. DIGEST.

Lex CC.

HAec ſtipulatio, noxis[a] ſolutum præſtari, non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam executionē[b] & cohertionem capitalem habent.

IDEM LIB. XXXI. DIGEST.

Lex CCI.

IVſta interpretatione recipiēdum

g ¶OLITORII. Ab olere fit olitor, non ab oliuis, ut Accurſius exiſtimauit.

ABSENTEM. Abeſſe quis dicitur uarĳs modis, ſunt enim qui ex cauſa neceſſaria probabiliq; abſunt, ut milites[a]: qui ex probabili tantum, ut qui ſtudiorũ cauſa peregre agunt: qui neceſſario tantum, ut relegati: ſunt & qui ſponte, ut mercatores. Accipitur autē abſentia uarĳs modis, ut ſupra à nobis annotatum eſt. Hoc uero in reſponſo, is tradit abeſſe, qui extra urbis continētia eſt. Quapropter cum lex uelit in iudicĳs ordinarĳs[b], ſub ipſum cauſæ initiũ reum coràm & in faciē, niſi abſens ſit, citari: non ualebit citatio ad domũ facta, niſi proponatur reũ extra continētia urbis fuiſſe[c], uel niſi latitet, ut hic dicitur; poſtquàm uero ſemel in iudicium uenerit, ſufficiet ſi denuntietur domũ[d]. Sed & in cauſis quæ celeritatē requirunt, ut quia periculoſa ſit mora[e], ſatis erit etiam à principio libellum uocationis domũ deferre[f]; diceturq; tunc abeſſe, qui in iure nō eſt. Quod autem hic ſubĳcitur abeſſe non uideri, qui ab hoſtibus captus eſt, eam habet ex ueterum interpretũ ſentētia rationem[g], quia capti ab hoſtibus pro mortuis habentur, in quo ipſe dubito, quoniam etiam qui mortui ſunt abeſſe dicũtur. Verius igitur eſt, abſentem ſecundũ ſubiectam materiam accipi, & cum hic reſpectu petitionis loquamur, non poterit captus ab hoſtibus neq; tanquàm abſens uocari, citatione in domum ſuam delata, ſed eius ſucceſſor uocandus erit. In capto uero à latronibus aliud eſt, licet ei propter iuſtā cauſam Prætor ſuccurrat[h].

a l.ſi.ď reſtit. in inte.
b §.ſi uero etiā.in auth. de exh.reis.
c l. fulcinius. §.illud. ex quib.cau.in poſ.
d l.& poſt.de iudi.
e c.cauſam. de dolo.
f l.4.§.abeſſe.de dā.iſ.
g l.mulieris. ſ.eod.
h l. ſuccurritur.ſ.ex qb. cau.maio.

HAEC STIPVLATIO. a ¶Licet noxæ appellatione omne delictum cōtineri uerũ ſit[a], cum tamē emptor mācipĳ à uenditore ſtipulatur noxis ſolutum eſſe, non de omni delicto intelligitur, nec de capitali fraude actum cēſetur. Cuius rei illa eſt ratio, quoniam ædiles qui conſtituerāt quibus caſibus redhibitiōi locus ſit[b], noxam ab huiuſmodi fraude diſtinxerāt. Vnde creditur contrahentes uerba ſua ſecũdum legis ſenſum de ea re loquentis intellexiſſe: qua ratione affirmādum uidetur, generalis uerbi ſignificationem reſtringendā eſſe, ut ſecundũ legis diſpoſitionem contractum cenſeat. Sic qui poſteris & ſucceſſoribus hæreditatem relinquit, maſcuſos fœminis prætuliſſe exiſtimandus eſt, qn̄ ex lege municipali præferebātur[c]. Sic hæres qui legata generaliter ſoluere promittit[d], deducta falcidia promiſiſſe intelligitur: quod hanc quoq; rationem habet, quum enim huiuſmodi cautio ex neceſſitate præſtetur, nō uidetur ulterius cautum, q̄ quatenus ex legis iuſſione cauendum fuerat, quod & in huius reſponſi ſpecie dicendũ eſt, alioquin uerba contrahentium generalia ſatius eſt generaliter accipi[e].

a l.plebs.§.ſi na.j.co.
b l.j.l.quis ſit. §.qď aiunt. de ædil.edi.
c But.cōſi.2. de conſt.
d l.fin.C.ad le falc.
e glo.l.ſi prior.ſol.mat.

b ¶PVBLICAM executionem. De quibus delictis ſupra habetur ſub rubrica de publicis iudicĳs. Crimen quoque famoſi libelli publici iudicĳ eſt[f], quam rem Corn. Tacitus libro hiſtor. primo ſic exequitur: Legem Maieſtatis Tyberius reduxerat, cui nomen apud ueteres idem, ſed alia in iudicium ueniebant, ſi quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus, deniq; male geſta Republica maieſtatem Pop. Rom. minuiſſet, facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis eius tractauit, commotus Caſſĳ Seueri libidine, qua uiros fœminasq; illuſtres procacibus ſcriptis diffamauerat. Quæ uerba referre placuit, ut ambigere deſinerent doctores, quomodo crimen illud publicum ſit, quod tamen in tractatu publicorum iudiciorum non connumeretur[g]: apparet enim ſub lege Maieſtatis contineri, cum ad eius exemplum iudicetur[h].

f l.quod ſenatus.ď iniur.
g l.j.de publi. iud.
h l.famoſi.in fi.ad.l.iuli.mai.

IVSTA. a ¶Sicuti filius etiam filiam continet, ita & nepotem, eademq; ratione opinor

opinor & neptem: cumq; conformes eſſe has regulas Iuriſconſultus hic oſtendat, conſequens eſt, ut ſicut maſculinum non niſi per interpretationem fœmininum ſexum continet, ita & filius ad nepotem ex ſermonis proprietate non referatur, ſed tantum modo ex interpretatione, per quam ex ſimilitudine rationis fit extẽſio, & ita communiter receptum eſt. Hincq; ſi teſtator filijs Titij & eius deſcẽdẽtibus fundum per fideicõmiſſum relinquat, ſi aliqui filij ſuperſint prius admittẽtur[a] tanquàm ſub illo nomine, filijs, cenſeantur nominatim uocati, nec cum eis unà nepotes Titij, ex alijs filijs præmortuis, ſuccedent: illi enim ſub nomine deſcendentium, potius quàm filiorum comprændẽtur: quippe appellatio filiorum, non niſi per extenſionem, deſcẽdentium uero etiam proprie, ad eos refertur. Donec ergo ſuperſunt filij qui prius nominati ſunt, nõ erit locus cæteris deſcẽdẽtibus poſteriore loco ſcriptis: & ita quidam ſentiunt[b]. Idemq; dicendum in ea ſpecie, cum exiſtentibus filijs, fœminæ à ſucceſſione repellantur: cenſebitur enim filias fœminas excluſas: quoniam ſub dictione filijs, per quam uocarẽtur, nõ niſi per interpretationem continentur: at ſub uerbo fœminæ, per quod excludũtur, proprie habentur.

a l.cum ita.§.fi.de leg.ij.

b Dec. cõſi.1. in fi.

b ¶ PATRIS nomine. Sicut filij nomine nepos, ſic & patris auus continetur: quod generaliter uerum eſt, niſi cum materia odioſa eſt, & non omnino tãtum rationis eſt in auo quantum in patre. Hinc lex Iulia, quæ Senatori prohibet, ne eam uxorẽ ducat, cuius pater artem ludicram fecerit[c]: nõ uidetur prohibere, ſi non pater, ſed auus fecerit: quoniam quo magis ille gradu diſtat, eo minus artis infamia deſcendentes afficit. Eadem quoque patri concedens, ut depræhenſam in adulterio filiam occidere poſſit, tantũ iuris auo dediſſe non uidebitur[d], ad cuius dedecus adulteræ turpitudo non ita pertinet, ſicut ad patrem ſanguine iunctiorem. Sed & quoties certam perſonam patris appellatione intelligimus[e], ad auum non fiet extenſio. Quid ſi lex aliquid ſoli patri concedere ſe dicat, an propter eam dictionẽ reſtrictiuam auus excludetur? Et ex ſubiecta materia faciendam interpretationem pleriq; ſenſerunt, & in dubio caſu propius eſt ut non excludatur: nam & lex cõtra ueteris iuris regulas, ſolis matri & auiæ tutelã defert[f], & tamẽ frequentius proditũ eſt, proauiam non excludi[g].

c l.lege Iul.de ritu nup.

d l.patri.ſ.de adult.

e Bart.l. liberorũ.in fi.

eſt, ut appellatione filij[a], ſicuti filiãfami. contineri ſæpe reſpõdimus, ita & nepos uideatur cõprændi: & patris nomine[b], auus quoq; demonſtrari intelligatur.

### ALPHENVS VARVS LIB. II. DIGESTORVM.

### Lex CCII.

Cvm in teſtamẽto ſcriptũ eſſet, ut hæredes in funere, aut in monumento dumtaxat aureos centum conſumerẽt, non licet minus conſumere: ſi amplius uellent, licet: neque ob eam rem contra teſtamentum facere uidentur.

CVM IN TESTAMẼTO. Cũ teſtator certã ſummã in funere erogari mandat, poteſt & plus expendi, in maiore cũ ſumma etiam minor continetur: quòd ſi eam ſummam dũtaxat conſumi uoluit, adhuc idem eſt, uidetur enim taxationem additam, ut ei qui grauatus eſſet, conſuleret: unde licitum eſt fauori ſuo renuntiare, & quicquid ulterius uelit, impendere. Quod hodie fortè aliter eſſet obſeruandum, cum plerumq; accidat, ut prudẽtes teſtatores mandent ſe duobus tantum cereis, totidẽq; presbyteris præſentibus ſepeliri, propter enim auaritiam quorũdam ſacerdotum cohercendam, ita præcepiſſe uidẽtur: qui contra Chriſtianæ legis ſimplicitatem, mille ſtrophas inuenerunt, unde hoc nomine pecunias extorquerẽt. Quid enim ipſi propter pallia, propter cruces, propter æris campani ſonitus, propter deniq; ſacræ humationis, uel defodiendi cœmiterij ius remiſerunt, quod aliquo colore poſſent exigere? Ad hæc, candelas, cantores, ſandapilarios, parochos, pannos? Quid de his controuerſijs dicam, Vt quæ ad quartam canonicam pertinent? Vt ſi quid ſponte loco ſepulchri legatum eſt, ex neceſſitate legis contra uoluntatem teſtatoris pars deducatur[a]. Cum igitur in propoſita ſpecie, non tam ut hæredi conſuleret teſtator ita mandaſſe uideatur, quàm ut auaritiæ ſymonicoque ambitui ſacerdotum obuiam iret, non putarem licere plus impendere, nec reſponſum hoc Alpheni obſeruandum. Illud conſtat, executorem cui ſepulchri cura mandata ſit, ſi præter iuſſum plus impenderit, nulla actione ab hærede conſequi poſſe[b], quòd ſi minore pretio induſtria ſua mandato defunctus eſt, hæredi quod ſupereſt proficere[c]: tametſi enim non poſſe minus quàm iuſſum ſit impendi hic dicatur, ſi tamen

men per induſtriam, uel quia apud artificem quis gratia ualeat, aliaúe ratione minore pretio quis id conſequatur, quod ſecũdum communem æſtimationem deſignata à teſtatore pecunia fuiſſet cenſendum, ſatisfeciſſe mandato uidebit̃, acceſcetque hæreditati illud lucrũ, ut Dynus Albericusq́ꝫ prodiderunt. Quid ſi ultra modum facultatis ſuæ iuſſerit quis ſumptum fieri? Et hanc uoluntatem non eſſe ſequendam, recepti iuris eſt[d]. — l. & ſi quis. §. qd ergo. de relig.

IDEM LIB. VIII. Lex CCIII.

IN lege cẽſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat: Seruos quos domũ qs duceret ſuo uſu, pro his portorium ne dato. Quærebatur, ſi qs à Sicilia ſeruos Romã mitteret fundi ĩſtruẽdi cauſa, utrũ pro his hoĩbus portorium[a] dare debet, necne? Reſpõdi duas eſſe in hac ſcriptura quęſtiones: Prima qd eſſet domũ[b] ducere: Altera quid eſſet ſuo uſu ducere. Igit̃ quæri ſolet, utrum ubi quiſq́ꝫ habitaret, ſiue in prouincia, ſiue in Italia, an dũtaxat in ſua cuiuſq́ꝫ patria domus eſſe recte diceretur? Sed de ea re recte cõſtitutũ eſt, eã domũ unicuiq́ꝫ debere exiſtimari, ubi quiſq́ꝫ ſedes[c] & tabulas haberet, ſuarumq́ꝫ rerum cõſtitutionẽ feciſſet. Quid autẽ eſſet, uſu ſuo magnam eſſe dubitationem[d]: & magis placet, quod uictus ſui[e] cauſa paratũ eſt, tantũ cõtineri. Itémque de ſeruis eadẽ ratiõe quæri, qui eorũ uſus ſui cauſa parati eſſent: utrũ diſpẽſatores[f], ĩſularij,

IN LEGE CENſoria. Solebant cenſores publica locare, & ideo pacta cum publicanis inibant, quibus ſtatuebatur, quatenus uectigal exigũdũ eſſet. Cum igitur in lege cẽſoria portus Siciliæ cautũ eſſet, ne ꝑ ſeruis quos quis domum pro uſu ſuo duceret, uectigal ſolueretur, fuit apud Alphenum dubitatum, quomodo eiuſmodi uerba accipienda eſſent.

a ¶PORTORIVM. Id eſt uectigal, quod quia de rebus inuectis ſoluatur, nomen ſumpſit ſic, & portorium quod pro his mercibus quæ in portu ſunt, det: cuius exactor & manceps Portitor appellatur antiqs autoribus.

b ¶DOMVM. Vbi igitur domicilium aliquis conſtituerit, domum habere dicitur, ut ſatis non ſit quod aliquo in loco quis habitet, animo fortè recedẽdi, ſed neceſſarium eſt domicilium eſſe conſtitutum, id eſt rerũ ſuarum ſummam ibi eſſe, frequentiusq́ꝫ à patrefamilias incoli.

c ¶SEDES, Id eſt habitationẽ perpetuam. Vergilius: Nec uero hæ ſine ſorte datæ ſine iudice ſedes. Et rurſus: Priusquàm ſedibus oſſa quierint. Potes etiam intelligere agros, ſeu fundos: unde poſſeſſio non à pedibus, ut uulgò legitur[d], ſed à dictiõe pos, unde fit impos, & compos, & potis: itemq́ꝫ à ſedibus dicta eſt. Hinc capere ſedes, mutare ſedes, occupare ſedes, & ſimilia apud ueteres exempla. Ille ergo poſſidet, qui ſedere, id eſt ſedem ponere potis eſt, à ſeſſitando Galli etiã num uulgò continuare poſſeſſionem ſeſſire uocant. — d l.j. de acqui. poſſ.

d ¶MAGNAM dubitationem. Et ratio dubitationis eſſe poterat, tum quia cum de uſu loquimur[b], generaliter accipimus, ita ut familia quoq́ꝫ ipſa uti poſſit: tũ etiam quia iure cõmuni de his quæ patres familias ad uſum propriũ reuehunt uectigal nõ ſoluitur[c]. Vnde ut lex cenſoria aliqd induceret, debuiſſet latior interpretatio ſumi. Accedit his, quòd ſicut in dubijs quæſtionibus aduerſus fiſcũ facilius reſpondẽdum eſt[d], ita & aduerſus publicanos, qui cauſam à fiſco habẽt. Et certe negari non poteſt, quin aduerſus proprietatem uerbi ex hac interpretatione fiat reſtrictio.

b l.iij. de uſu.
c l. uniuerſi. C. de uectig.
d l. nõ puto. de iur. fiſ.

e ¶VICTVS SVI. Ratio deciſiõis eſt, quia immunitas ei cõcedebatur, qui domum pro uſu ſuo duceret: quibus uerbis apparet non illud conſideratum fuiſſe, quod uſui domino quoquo modo eſſe poſſet: ſed qđ uſui in domo eſſet: id autẽ eſt, quod uictus patrisfamilias cauſa habetur: ut ſerui, qui ad domini perſonam tuendam, eiusq́ue cultum pertinent. Non igitur nouum eſt, ex præcedentibus uerbis ſubſequentia coarctari. Satisq́ꝫ priuata portus Siciliæ lex operabitur, cũ iure communi etiam de ſeruis, quos ſibi uſuarios quis duxit, uectigal pendatur: licet aliud ſit in cæteris rebus[e]. Vnde cõmuniter receptũ eſt, ſi lex triticum extra territorium abſportari uetet, qui pro ſuo uſu ducat, non cenſeri prohibitum[f]. Addunt plerique, iuramento eius qui abſportat ſtare publicanum debere[g], quod intellexerim, dum nullæ ſint ex aduerſo coniecturæ[h].

e l.fi. §. quoties. de publica.
f Bar. l. cætera. §. ij. de leg. j.
g Clem. fin. de cenſi.
h l.j. C. de lit. & iti. cuſt. lib. xij.

f ¶DISPENSATORES. Qui ſint hi ſerui,

uillici, atrieſes[g], textores[h], & operarij[i] quoque ruſtici, qui agrorum colendorum cauſa habẽtur, ex qbus agris paterfamilias fructus caperet, quibus ſe toleraret[k]: omnes denique ſeruos quos quiſque emiſſet, ut ipſe haberet, atque eis ad aliquam rem uteretur, neque ideo emiſſet ut uenderet. Et ſibi uideri, eos demũ uſus ſui cauſa patrẽfamilias habere, qui ad eius corpus tuendũ, adqúe ipſius cultum præpoſiti deſtinatiq; eſſent: quo in genere uectores[l], cubicularij[m], coqui, adminiſtratores[n], atq; alij qui ad eiuſmodi uſum parati eſſent, numerarentur.

PAVLVS LIBRO II. EPISTOLARVM.

Lex CCIIII.

PVeri appellatio, tres ſignificationes habet: unam, cũ omnes ſeruos, pueros appellaremus: alteram, cũ puerũ contrario nomine puellæ diceremus: tertiã, cum ætatẽ puerilem demonſtraremus.

ſerui, ſicut & Inſularij, & Villici, à nobis ſupra expoſitum eſt.

g ¶ ATRIENSES. Horum ſumma erat autoritas, quòd domini negotia procurarẽt, res uenales diſtraherent, debita exigerent, & in alios ſeruos nõ parum iuris uſurparent, quod ex Plauti Aſinaria cognoſci põt: arbitror & alimenta cæteris ſeruis diuidere ſolitos, & inde ab atrio nomen ſumpſiſſe: cõſtat enim in atrio ſportulas cibariáue diſtribui.

h ¶ TEXTORES. Serui à texendo dicti.

i ¶ OPERARII. Qui ruri operabãtur, unde & antiqs autoribus ſimpliciter operæ appellãtur: affirmat M. Cicero ab operis Clodianis Milonẽ inſidias paſſum fuiſſe.

k ¶ TOLERARET. Id eſt ſuſtentaret: nouus modus loquendi Cæſ. equos tolerari cætera iumẽta interijſſe. Sic & Tacitus tolerare uitam, Græci διαζῶ dicunt.

l ¶ VECTORES. Solebãt ueteres uel lecticis deuehi, uel curribus: unde ſerui Vectores dicti, quo genere Lecticarij, Agaſones, Mulionesq; ſunt, quos tamẽ uſu ſuo habeat.

m ¶ CVBICVLARII. Qui cubiculo uel ad limita aſſident.

n ¶ ADMINISTRATORES. Miniſtri ipſius patrisfamilias in menſa, ſic enim proprie miniſtrare accipimus à manibus ducto ſermone.

PVERI. Explicatur hic triplex pueri ſignificatio: Prima eſt, cum ſeruos pueros appellamus, cuiuſcũq; ętatis ſint. Sic Perſius: I puer & ſtrigiles Criſpini ad Balnea defer. Qui ſermo in uulgari idiomate etiam hodie eſt in uſu. Altera eſt, cum contrario puellæ nomine utimur, ut uidelicet ſexum diſcernamus: tametſi dubium nõ eſt pueris legatis[d], etiam puellas contineri: qua de re ſupra dictum fuit. Tertia eſt, qua ætatem iudicamus, unde propria ſignificatione, cum puerum dicimus, impuberem intelligemus, id eſt qui quatuordecim annos nõ expleuerit. Accipitur tamẽ aliquãdo aliter ex ſubiecta materia: unde cũ prætor à poſtulãdo pueritiam excuſauit[b], excuſatus cenſebitur, qui decem & ſeptem annos nondum cõpleuit: ſed & legatis uſq; ad pubertatem alimentis[c], donec ad decimũoctauum annum quis peruenerit, debebũtur: quod propter alimentorum fauorem conſtitutum eſt, & rationem habet: ante enim eam ætatem, ut plurimum uidemus nõ ſufficere pueris ſuam ipſorum artẽ, uel induſtriam, ut ſe alant: meritò interpretatio in id tempus proferenda fuit, nã & tunc plenæ pubertatis eſſe incipiũt[d]. Accipitur & in ſacris literis pleniore ſignificatione hæc uox, ut apud Eſaiam: Maledictus puer centum annorum[e]. Sed hoc ἀνα φορικῶς accipiendum eſt, id eſt per relationem ad tempus, quo quis puer fuit. Sanè quemadmodum ætates diſtinguãtur, uaria fuit apud ueteres ſententia. Nam Macrobius gradus omnes humanæ uitæ ſeptenario numero diuidit: Bis ſeptẽ annis pueritia perficitur, incipitq; pubertas: Poſt ter ſeptem genas flore iuuenta ueſtit, idemq; annus finem in lõgum creſcendi facit: Poſt quater ſeptem in latum quoq; creſcere definimus: Quinquies ſepteno uirium incrementum abſoluitur: Sexta hebdomas ante collectum robur conſeruat: A ſexta in ſeptimam fit occulta paulatim diminutio: Septima totius hominis maturitatem adfert, etiam animi: Decima uitæ metam præſcribit. At Seruius Tullus Rex Romanorum cum claſſes cenſum faciendi gratia inſtitueret, Pueros exiſtimauit, q minores eſſent annis ſeptemdecim: abinde uſque ad annum quadrageſimum ſextum, Iuuenes, & militiæ idoneos: qui ſupra eum annum erant Seniores; idq;

d l. ſeruis. §. ſi pueris. de lega. iij.

res:idq; ex Tuberonis hiſtoria A. Gellius libro decimo refert. Ariſtoteles uero in Politicis, corporis uigorem poſt annum trigeſimum ſextum minui putat, animi uero poſt duodequinquageſimum. Sed M. Varro, cui propemodū conſentiunt Arabes medici, quinque ætatis gradus cōmemorat: Pueritiam, ad quintūdecimum: Adoleſcētiam, ad trigeſimum annum: Iuuentutem ad quadrageſimumquintum: Virilitatem, ad ſexageſimum: qui ulterius uiuendo progrediuntur, Seniores eſſe. Cæterum prudentius exiſtimaſſe Iuriſconſulti nobis uidentur, qui Infantiam ad ſeptimum uſq; annum acceperunt[f]: Pubertatem, ſeu Aduleſcentiam à quartodecimo initium ſumere, uigeſimoquinto perfici: Iuuentutem inde appellari, cui certus terminus non ſit conſtitutus, ſed ex habitu corporū, & conſuetudine eum, ad cuius notionē pertinet, exiſtimaturum: ut qui adhuc inter Seniores numerari non cœpit, pro Iuuene habeatur: atque ita Marcellus reſpondit[g]. Eodem modo & de Senecta iudicandum, niſi quod ab oneribus perſonalibus maiores quinq; & quinquaginta annis tanquàm ſenes excuſantur[h]: à tutela uero & cura qui ſupra ſeptuaginta annos uixere. Exiſtimauit Bartolus, qui uerum dicit, de adulto intelligere: perinde ac ſi eadem ſit conditio, cum uir factus erit, uel cum adultus erit: ſed hanc ego ſententiam Diſpunctionum libro quarto capite XII. confutaui.

f l.j.§.j.de adm.tut. l.j.de mino.

g l.nō aliter. ī.de leg.j.

h l.ſi.C.quì ætate.

IDEM. LIB. IIII. EPITOMARVM ALPHENI.

Lex CCV.

QVi fundū uendidit, pomum[a] excepit: nuces, & ficus, & uuas dūtaxat duracinas[b], & purpureas, & quæ eiuſdem generis[c] eſſent, quas non uini cauſa habe-

QVI FVNDVM. a ¶ Appellatione Pomi omnis fructus, ædēdi cauſa paratus, continetur: nō ita ſi ad potum pertineat: & dubium in hoc caſu faciebat, quoniam pomum dupliciter accipi poteſt, ſpeciali ſignificatione, qua mala intelligimus, itemq; generali. Videbatur autem potius ſpecialiter capiendum, tum quia uerba in caſibus dubijs ſunt potius ſecundum ſpeciem, quàm ſecundum genus interpretāda[a], tum quia cum exceptio hæc à uenditore facta fuerit[b], æquum erat pactionem ambiguam ei nocere, qui legem potuit apertius dicere. Adde quod indefinite prolatus fuit huiuſmodi ſermo, & in contractibus indefinita oratio proprie uniuerſali non æquipollet[c]. Sed tamen aliud Paulo uiſum eſt: non eñ aliter, quàm in uniuerſum, exceptio illa indefinita intelligi poteſt, alioqui nullius effectus eſſet: nec in ſpecie de malo tantummodo fuit accipiendum, cum non minus proprie nuces, cæteriq; fructus, pomi nomine comprændantur, quàm mala: licet hodie in uulgari uſu loquentium aliud ſit. Non ergo tam ambigua eſt pactio, ut quid actum ſit, intelligi nequeat: unde uerbis ſtandum eſt, nec contra uenditorem interpretatio ſumenda.

a l.hoc legatū. de leg.iij.

b l.ueteribus. de pact.

c Bar.l.ſi pluribus. de lega.ij.

b ¶ DVRACINAS & purpureas. Oſtendit Iuriſcōſultus eas uuas quas nō uini cauſa habemus, ſed eſus, poma dici poſſe: eas Græci τρωξίμους, quaſi comeſtibiles dicas, appellant: atq; ita in antiquis eſt codicibus. Sunt autem duracinæ, uuæ duriores, quæ propter firmitatem etiam contra frigora durarent, & ideo ſeruarentur: ſunt qui earum ſpecies eſſe Veniculas, & Numeſianas credant: purpureas uero appellaſſe Iuriſconſultus eas uidetur, quæ in ollis condirentur, quoniam cum adhuc rubeſcunt, ante uidelicet perfectam maturitatem, decerpi debent, ut Cato præcipit: qua ratione etiam Omphacium ſit Dioſcoridi, uuæ uidelicet μήπω περκαζούσης. id eſt nondum nigreſcentis, ut ego interpretor. Poteſt & hic intelligi de uitis ſylueſtris, quam Græci τὴν ἄμπελον ἀγρίαν, uocant, uuis: Hæ enim πυῤῥοί, id eſt ruffi coloris ſunt, uel ut Plinius inquit, cocco ſimiles. Sunt & ſatiuæ aliquæ purpureæ, eſui aptiſſimæ, quas Græcas in prouincia Maſſilienſi uulgò appellant. Ouidius Metamorphoſeos libro VIII. non uuas, ſed uites ipſas purpureas appellat,

Et de purpureis collectæ uitibus uuæ.

Meminit & Plinius libro XIIII. capi. tertio & quarto.

c ¶ GENERIS. Vuarum quæ eſui ſeruantur, quaſq; aliqui ſuburbanas uocant, hæ ſpecies ab autoribus proditæ ſunt: Præcoquæ, quas & Lagoas, quaſi Leporarias dicunt: Duracinæ, purpureæ, Digitales, Rhodiæ, Libycæ, Cerauniæ, Stephanitæ, Tripedianæ, Vnciariæ, Cydoniæ: & ex his aliquæ etiam uinis conficiendis uſui eſſe poſſunt. Vnde ſi uenditor edules eſſe aſſerat, emptor uero tanquam uinarias ad ſe pertinere contendat, putarem id, quod ueriſimiliter actum eſt, obſeruandū: & ex pretio fundi, uuarumq; quantitate æſtimandum, quid contrahentes ſenſerint: in re uero planè dubia contra uenditorem pronuntiandum.

d ¶RECEPTA. Id eſt excepta. Inde receptitius ſeruus, quē mulier de dote excipit, ut Gellius interpretatur. Eſt etiā Recipere præſtaturū ſe promittere, quod Græci ἀναδέχεσθαι dicunt, & uterq; ſenſus hic quadrat.

remus, & Græci τρωξίμους appellant recepta[d] uideri.

IDEM LIB. VI. EX MINVTIO.

Lex CCVI.

VInaria uaſa[a], ꝓprie uaſa torcularia eſſe placet: dolia aūt, & ſerias, tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu uinum haberēt: cum ſine uino eſſe cœperint, deſinere in eo numero eſſe, quoniam ad alium uſum transferri poſſunt: ueluti ſi frumentum in his addatur.

VINARIA. a ¶ Varia ſunt apud ueteres uaſorum nomina, quibus uina imponebantur: & in primis ea erant, quæ conficiundo muſto uſui habebātur, & torculari coniuncta erant, unde Torcularia dicta ſunt: eo perfecto, in Dolia & Serias īferebatur, in quibus deferueſceret: erāt hæc uaſa maiora, & capacia, & non minus quam Culleum, id eſt uicenas amphoras continebant: uideturq; ſerias figulini fuiſſe operis, nec ſolebant ea de cellis uinarijs abſportari, licet alij quoque uſui eſſe poſſent, quàm uino cōtinendo: ubi deferbuiſſet, quod promercale effici uolebāt, ut melius inueteraſceret, in minora uaſa, & certæ mēſuræ, diffundebatur: cōſueuerantq; patresfamilias illud ſic diffuſum uendere. Ea uaſa erant
l.uinum.de tri.leg. Amphoræ, uel Vrnalia, aut Cadi: dicta ſunt urnalia, quòd urnā continerent, hæc eſt menſura ſextariorum uigintiquatuor. Eſt autem Sextarius quinædenæ uncię, ſic dictus, quod ſexta ſit pars congij. Sextarij ſedecim conficiūt Modiū, modios ſex cōtinet Medimnus: at Amphora idem eſt quod Quadrātal, quia pedem quadratum recipiat: id duarum urnarum pondus eſt, ſicut cadus uel metreta triū. Diffundebatur etiam quandoque in Cupas uel Cupulas, quæ & ipſa uaſa modica erant,
l.iij.eo.tit. ſed non certæ menſuræ, ut arbitror. Quæſitum igitur fuit quæ proprie uinaria uaſa eſſent: & ea ſolum Vlpianus reſpondit, quæ torcularia ſunt: dolia enim, & ſeriæ, & amphoræ, etiam in alium uſum, quàm uini habētur: ut ſi tritico, uel pecunia impleantur. Sic Horatius, amphoram mellis: Perſius, Argenti ſeriam dixit: Cicero quadrātal tritici. Et hæc ex proprietate uerbi locum ſibi uendicant.

Sed ſi legatum ſit uinū, uel uenditū, amphoræ & cadi debebuntur, dolia non debebuntur: quoniam ea non ſolent loco amoueri, ſed patribusfam. remanent. Sic apud Terētium, Chremes uir locuples, Releui, inquit, dolia omnia, omnes ſerias. At Horatius ſe empto uino uti oſtēdens, Torquatum uocat, ut ſecum uina bibat, Tauro iterum cōſule diffuſa.

b ¶POSSIT. Si tamen uini ſolum cauſa eis paterfamilias ſemper eſt uſus, uinariorū uaſorū numero erūt, ut ueteres probauere. Idem ſi in eū tantūmodo uſum comparata fuiſſe huiuſmodi uaſa conſtet. Sed hæc interpretatio ex mente, nō ex uerbis deſcendit: Iuriſconſultus autē hic de ui uerborū diſputat.

Eādem cauſam amphorarum eſſe, ut cū uinum habeāt, tūc in uaſis uinarijs, cum inanes ſint, tūc extra numerum uinariorū ſint, quia aliud in his claudi poſſit[b].

AFRIC. LIB. IIII. QVAESTIONVM.

Lex CCVII.

MErcis appellatione, homines non contineri, Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, ſed uenaliciarios appellari ait, & recte.

MERCIS. Mercator eſt qui negotiationis exercendæ, quæſtusq; faciendi cauſa merces emit, ut uendat. Quapropter qui ſemel emit pannos ut uenderet, mercator non eſt, quia in eo deficit exercitium. Idemq; & cum quis poſſeſſiones conducit, & locat, hæ enim merces non ſunt[a]. Sed & cum quis triticum, uinum, oleum, in agris ſuis collectum uendit, non ideo mercator eſt, non enim ab alio emit, ut uendat[b]. Vſurarij quoque mercatores non ſunt, quia pecunia in merce non eſt: imò ſi quis ſit mercator, & fœnus etiam exerceat, mercatorum priuilegijs non fruetur; quoniam non eſt uериſimile, legislatorem tam improbo homini quicquàm uoluiſſe indulgere. Cæterum & qui amplum patrimonium habens, in re modica negotiatur, licet eius reſpectu mercator ſit, non tamen huiuſmodi priuilegio fruetur[c]. Cum enim quilibet ab eo nomen ſortiatur quod principaliter agit, non uidetur lex mercatorem accepiſſe, qui principaliter non ſit, & ampliorem partem ſubſtantiæ in mercimonijs non habeat. In qua tamen quæſtione, quæ ratio legis ſit, in primis attendemus[d], & ſi citra fraudē in album

mercato

mercatorum quis fuerit aſſumptus, eiusq́ negotiationis ſe profiteatur, mercator proprie exiſtimandus erit, tametſi non magnam fortunarum ſuarum partem in quæſtum deduxerit[e]. Venalitiarij ſunt, qui quæſtus cauſa uenalitiarum rerum negotiationem exercent. Sunt autem uenalitiæ res, quæ in uſum indigẽtium uenales propoſitæ ſunt: quapropter q ipſi à mercatoribus minutatim emunt ut rurſus uendant, uenalitiarij ſunt. Hos uulgò Reuenditores appellamus. Sic & Propolæ & Annonarij, quiq́ à ruſticis eſculenta emunt, ut deinde uendant, uenalitiarij ſunt. Mangones quoq́ uenalitiarij ſunt, quoniam uenalitia, id eſt ſeruos uenales expoſitos ipſi emere præoccupant, ut charius uendant. Cũ enim mercis nomen in huiuſmodi ſeruis locum non habeat[f], tametſi mercis loco ſint, conſequens eſt, ut ſaltem uenalitij appellatione cenſeantur. Dicuntur autem mangones, quòd homines agant in manum, id eſt poteſtatem. Artifices ſunt, qui rem à ſe in aliam formam elaboratam uendunt[g], quales ſunt cerdones, fabri, pelliones, ſutores, textores, ſarcinatores, fullones, bractearij. Mercis enim appellatio ad hos non pertinet[h]: quod & in Pigmentarijs dicẽdum eſt, qui ipſi medicamenta conficiunt, & contuſas ſpecies minutatim uendunt: nam Magnarij negotiatores, qui trans mare ad ſe deuehi ſpecies curant, uere, & ut ita dicam, ἐμφατικωτέρως, mercatores ſunt. Sed quid ſi utrumq́ aliquis faciat, ut quia trans mare negotietur, & etiam domi pharmaca conficiat, officinisq́ aſſideat? Et mercatorem eſſe dicendum eſt, ſi id principalius agit[i]. Quid item ſi ipſe non exerceat, ſed inſtitorum ſeruorumq́ opera utatur? Et ſi nullo modo ipſe negotium tractet, uerius eſt mercatorem uel artificem non eſſe: ſed ſi aliquando non ſolum rationes excutiat, ſed & ipſe negotium curet, aliud eſſet. Illud non negauerim, leges quæ reſpectu exercitij, propter uilitatem aliquem notant, in eo nõ procedere, qui per alios artem exerceat[k], licet ipſe rationes deinde à ſeruis exigat. Sic tabernaria, licet inter uiles & abiectas perſonas connumeretur, ſi tamen per alios ſolum exerceat, uilis non cenſebitur[l]. Sic & Clericus, qui præſens ipſe eam artẽ non exercet[m], uti tabernarius non notabitur. Tradit Philoſtratus in ſophiſtarum uitis, lege fuiſſe prohibitum, ne quis artifex, ſeu ut ille inquit, τῶν βαναύσων καὶ ῥυπαρῶν ἐργάζων ſtatuam in Olympijs habere poſſet: quo argumento Iſocratis Rhetoris patrem Theodorum oſtendit inſtrumenta muſica non confeciſſe, cum ipſius ſtatua in Olympijs conſpiceretur. Potuit igitur non ipſe quidem confeciſſe, ſed aliorum opera in eo artificio uſus eſſe. Sic & Ariſtoteles in tertio Politicorum accipiẽdus eſt, dum in bene inſtructis ciuitatibus tradit, à ciuium conſilio excludi τοὺς βαναύσους id eſt ipſos uilium artium operarios: poterunt ergo eorum domini admitti, ſi ipſi non operentur: in qua tamen re urbis ipſius conſuetudo obſeruabitur, an eos quoq́ qui his imperant inter uiles & mechanicos habeat. Eiuſmodi legem apud Hebræos quoq́ fuiſſe oſtẽditur Eccleſiaſtici cap. XXXVIII. ubi de pigmentarijs, pictoribus, fuſoribus, architectis, fabris, & figulis uerba faciens: In eccleſiam, inquit, non trãſilient, & ſuper cathedram iudicis nõ ſedebunt. Conſtat autem iure ciuili non uenalitiarios & artifices ſolum, ſed etiam mercatores inter inhonoratas perſonas cenſeri[o]. Quapropter lex trapezitas, id eſt menſarios, gemmarumq́ & argenti, & ueſtium diſtractores, omnesq́ apothecarios, & quibuſcũq́ ergaſterijs adhærentes, à dignitatibus & militia ſubmouet. Sed hodie aliud dicendum uidetur, non enim ea eſt in prouincijs Populi Rom. opulẽtia, diuitiarumq́ copia, quæ olim florente imperio fuit, & ideo mercatores paſſim inter uiles non habentur: & cum huiuſmodi artium negotiationumq́ autoritas & honor ab ipſius populi exiſtimatione dependeat, ea exercitia ſordida interpretabimur, quæ ex urbis conſuetudine pro ſordidis habentur[p]: ea uero honeſta, quæ ab honeſtis cõmuni ſententia perſonis geruntur: uideturq́ communem urbium in Italia opinionem ab eo nõ recedere, quod M. Cicero officiorum lib. I. cenſuit. Is illiberales & ſordidos quæſtus eorum eſſe ſcripſit, qui in hominum odia incurrunt, ut Portitorum (hi ſunt qui uectigalia portibus inſidentes exigunt, & magnarijs publicanis ſubſeruiũt) & Fœneratorum, itemq́ eorum quorum opera, non quorum artes emuntur. In quo genere etiam ſunt opifices, qui in rebus ſordidis uerſantur, & maxime qui uoluptati & gulæ ſubſeruiunt, ut cetarij, lanij, coci, fartores, piſcatores. Sed & unguentarij eòdem pertinent quos urbe expulſos à Lacedæmonijs, autor eſt Seneca naturalium quæſtionum lib. IIII. Hi Myropolæ Græcis dicuntur, effœminandorum animorum artifices. Saltatores quoq́ in eadem cauſa ſunt, ſed & Mercatores tenues, ſicut & Venalitiarij, qui à mercatoribus emũt, ut ſtatim uendant (uulgò Retaliatores dicuntur) ſordidi ſunt, q̄ uidelicet lucrum mentiendo faciant. Et ex hac Ciceronis diffinitione apparet egregios Pictores & Statuarios uiles non cẽſeri, ſicut nec copioſos mercatores. Sed an literator

e l. ſi quid. in fi. de ædi. ed.
f l. ſeruos, ĩ fi. de leg. iij.
g 88. diſt. eijciens.
h l. j. §. j. de tribut.
i l. legatis. §. ſi unus, de leg. iij.
k arg. l. iij. §. ſi ꝓcurator. qui ſat. cog.
l l. humilem. ubi Alb. de inceſt. nup. l. quæ adul. C. de adult.
m Com. c. j. de uita cler. ĩ 6.
o l. ſi cohart. C. de cohar. lib. xij.
p Bar. l. j. C. de dig.

literator pædagogus uilis ſit? Et non eſſe arbitrarer, profitetē enim ſtudia liberalia: quod ſi menſtrua mercede in domo aliena conductus deſeruiat, Luciani teſtimonio, in libello cui titulum fecit, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, tāq; indecori muneris affectator, reijciendus eſt, eos quoque qui rem alicuius priuatam adminiſtrant (uulgò Factores uocamus) ueluti indecores à perfectiſſimatus dignitate leges repellūt[q]. Huiuſmodi enim procurationem ſuſcipientes, tanquā immemores libertatis & generis, lex notat[r]. Sed quid de Scriba, aut Tabellione cenſebimus? Et cum eis merces hodie, non tam pro opera, quàm pro induſtria & publico autoramento conſtituta ſit, non uidentur pro ignobilibus habendi, idq; ex Ciceronis diffinitione: licet cōſtitutionibus Cæſarum aliud cautum ſit[s]. Scribit Aemilius Probus, apud Graios honorificentius eſſe Scribarum officium, quàm apud Romanos: hi enim mercenarios exiſtimant, at Græci ad id munus neminem admittunt, niſi honeſtis natalibus, fideq; & induſtria cognitum: quòd neceſſe ſit eos omnium conſiliorum eſſe participes, quē morem etiamnum ſeruari ubique conſtat. Quid rurſus de Præcone dicemus? & M. Cicero epiſt. lib. VI. ex autoritate Balbi Iuriſconſulti ignobile munus arbitrari uidetur, unde uetari eū in decurionibus eſſe[t], ad Leptā ſcripſit. Quā ſententiā & nos probamus, nō ēm ſimpliciter hic muſicā profitetur, ſed uoce & clamore populum alloquitur. Iuuenalis,

Quōdā hi cornicines & municipalis harenæ
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ.

*q l.j. C. de perfect. dig. lib. xij.*
*r l. ſi qs proc. C. de decur.*
*s l. uniuerſos. C. de decur.*
*t l. eos. 3. de decur.*

IDEM LIB. IIII. QVAESTIONVM.

Lex CCVIII.

BOnorum appellatio, ſicut hæreditatis, uniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis & non ſingulas res demonſtrat.

BONORVM. Cum bonorum appellatio ad ſucceſſionem refertur, pro hæreditate capitur, ſeu iure uniuerſali, quo etiam æs alienum cōtinetur. Cuius rei exemplum accipi poteſt, cum quis bonorum poſſeſſionem petit, uel bona ſua Titio reſtitui mandat[a], declarauimusq; ſupra quādo id locum habeat, ut cenſeatur appellatione bonorum de uniuerſitate agi: regulariter ēm eo ſermone æs alienum non ſignificari cōſtat, in eoq; ab hæreditate non modico interualo differunt bona: tumq; hoc Iuriſconſulti reſpōſum non ꝓcedit: quod quibuſdā exemplis explicari poteſt. Finge centum filiæ relicta hac conditione, ne quid amplius ex bonis paternis petat, an dotem maternam, quam reſtituere pater tenebatur, petere poterit? Et cum huiuſmodi dos æs alienum ſit, conſtat nō prohiberi[b]. Idemq; in emphyteoticis bonis, quæ ex forma initi contractus neceſſario ad filios hæredes pertinerent[c]: quod ſi prohibita eſſet de hæreditate petere, aliud conſtitueret: tametſi enim ut quodlibet æs alienū debeantur, non eſt dubium hæreditatis appellatione æs alienū contineri. Finge rurſus maritum uxori de bonis ſuis cētum legaſſe, an cōpenſare uoluiſſe credemus quod uxori debebat[d]? Et negāt pleriq;, cum enim ea uerba hoc uelint, ut æs alienum prius deducatur, reſtituendum erit uxori omne debitum, deinde eo amplius legatum præſtandū. Qua ratione ſi mulier ære alieno oppreſſa, bona ſua in dotem dat, etiam in detrimentum mariti creditores exequentur: quoniam id actum uidetur, ut id ſolum, quod ære illo deducto ſupereſt, ſit doti[e]. In ea quoque ſpecie aperta inter hæreditatem bonaq; differentia eſt, quòd cum hæreditas ſit uniuerſitas quædam, augmentū omne illi accedit: unde quadranti, quem deduci de hæreditate poſſe C. Falcidius conſtituit, is ſeruus imputabitur[f], qui in hæreditate tempore mortis non erat, ſed poſt fuit, ut quia ab hoſtibus reuerſus ſit. At in bonis aliud eſt, quapropter cum legitima quæ patrono debetur, non quota pars hæreditatis, ſed bonorum ſit, quod augmentum undecūq; poſt tempus mortis prouenit, nihil patrono proficiet[g], ſed hæredi. Sed quid iuris in legitima quæ iure naturæ filio debetur? & cum ea quoq; ex bonis præſtanda ſit, uidetur augmenti nullam rationem ducendam[h], & ita pleriſq; uiſum, & ex facto reſpondit Curtius[i]. Contra uidentur ſentire alij, cum enim iure inſtitutiōis debeatur, & ideo in ipſis corporibus hæreditarijs accipi poſſit, augumentum nō minus filio quàm hæredibus proderit[k]: nam & filius in legitima hæres eſt. Sed hæc ego nō probo, cum clariſſimi iuris ſit, ex bonis non ex hæreditate legitimam deberi, & inſtitutio ſolum requiritur[l], ut honoratiore titulo filius ſuccedat, alioqui non poſſet pater in certo fundo filiū pro legitima ſua inſtituere, cum fundus quota hæreditatis pars nō ſit[m], & tamē conſtat poſſe: & hic enim ex corpore rerū hæreditariarum eſt[n]. Sibi ergo imputet: qui ſtatim fundū ꝓ legitima nō petijt. Hincq; etiam conſequēs eſt, ut cum legitima hæc portio nō niſi deducto ære alieno debeatur, ſi hæres moram non fecerit quo minus

deducatur

*a l. iij. de bon. poß. l. nam qd. in fi. ad Treb.*

deducatur, non eſſe compellendum ut reſtituat fructus, interim dum ad liquidum res perducitur perceptos[o]: quod & in ratione legis falcidiæ obſeruamus, in qua tamen quæſtione aliter atq; aliter altercatum eſt[p].

o Ang.conſi. 101. l.in fideicōmiſſi.de uſu. p Fab.d.auth. q.9.uerb.7.

FLOR. LIB. X. INSTITVT.

Lex CCIX.

COram[a] Titio aliquid facere iuſſus, nō uidetur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat: itaq; ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat nō uidetur coram eo feciſſe: ſcire autē, non etiam uelle is debet: nam etiā inuito[b] eo recte fit, quod iuſſum eſt.

CORAM TItio. a ¶Coram & in præſentia idem eſt, referturq; ad corporalem præſentiam. Vnde ſi teſtis aliquid coram Titio factū dicat, quāuis Titius non intelligeret, nō ideo mēdax erit, dum corporaliter adeſſet[a]. Sic & lex quæ ſolēnia teſtamēti in præſentia teſtium fieri requirit[b], nō tamen in hoc adigit, ut intelligāt, ſed ſatis eſt ut ſciant, cui rei ſint adhibiti[c]. Ex natura tamen rei plerumq; illud corām factum nō uidetur, cui intelligētia nō acceſſerit[d], ut cū quis coram Titio facere iubetur, nam niſi eo intelligēte fieret huiuſmodi præceptū nullius effectus eſſet. Quid enim opus erat eius præſentiā adhibere, qui quod agatur nō intelligat? ſiquidē aiebat Epicharmus Philoſophus mētem eā eſſe, quæ uideat, non autē oculos: qui igitur animo non adeſt, abeſſe uidetur. Sed & notarius, qui intelligētibus teſtibus conficere inſtrumenta debet, ſi ſimpliciter ſcribat, rem coram illo & illo geſtam, niſi intellexerint, puniri poteſt: cū enim oporteat ut teſtes negotiū percipiāt, id uerbum ſecundum naturam actus accipietur, ut non corpore ſolū, ſed etiam animo præſenti eſſent: unde ſi aliter reperiatᷓ, tabellio ipſe reus agi poterit. Quapropter cum aduocatus in præſentia cliētis poſitionibus latino ſermone reſpondet, nō debet notarius in actis profiteri coram cliente reſpōſum fuiſſe, niſi ſciat eum Latini ſermonis peritiā habere, ut intellexerit[e]. Sed an in prædicta quæſtione notarius reus, crimine falſi puniri poterit? Et non putauerim, niſi doloſe egiſſe aliter probetur: ut quia data opera tempus obſeruauit, quo q præſens erat, non attenderet, uel ſciēter affirmaſſe eum ſcripſit: qui ſomno allectus capite annuebat: alioqui qui præſens negotio, habituq; intendentis eſt, intellexiſſe quoq; præſumitur: nec fraudi notario eſſe debet, qui præſumptionem legis ſequutus eſt[f].

a Bar.l.j.in fi. de aut.tut. b l.ſi unus.C. de teſta. c l.qui teſta.in fi.de teſta. d l.diem.§.coram.de arb. e Bal.l.j.C. de er.aduo.

b ¶ INVITO. Et hoc caſu non procedit quod dici ſolet, qui poteſt inuitis facere, multo magis & ignorātibus, & abſentibus: & ratio eſt, quia uis uerbor; ita ſuadet. Qua ratione & qui cum cōſilio alicuius facere tenetur, ſatis eſt ſi conſilium accipiat[g], licet nō ſequatur, tametſi & hoc perpetuū nō ſit. Quid eñ ſi expreſſim mādatum eſt ut ſequatur? Quid ſi tacite ex cōiecturis hoc colligamus? ut quia conſultor idem & adminiſtrationis collega ſit. Item quia is qui requirere cōſilium debet, inhabilis & idiota alioqui ſit, ut cum lex adoleſcentibus permittit[h] ſuſpectos facere curatores, dum ex conſilio neceſſariorum id faciāt[i]. Qua ratione cum princeps cauſam difficilem & maxime cōtrouerſi iuris cuidam legū imperito mandaſſet, ut nō niſi me cōſulto iudicaret: reſpōſum fuit, mādatum nō obſeruaſſe, qui ſimpliciter conſilium petijt, niſi & ſequutus fuerit[k]. Idemq; dicendum eſt, quoties aliæ coniecturæ hoc ſuadeant, nec enim omnes enumerare poſſumus.

f Bal.l.ſi tutor.C.de peri.tut. g c.cum olim. de arb. h l.Titium.de adm.tut. i l.impuberibus.de ſuſp. tut. k Raph.Cō. conſi.55.

MART. LIB. VII. INSTITVT.

Lex CCX.

IS qui natus eſt ex mācipijs urbanis, & miſſus eſt in uillā nutriendus, in urbanis ſeruis conſtituetᷓ.

FLOR. LIB. VIII. INSTITVT.

Lex CCXI.

FVndi appellatione omē ædificiū, & omnis ager continetur: ſed in uſu ur-

IS QVI NATVS. Qui in uillam mittitur, ut interim nutriatur, nō ideo in ruſticis ſeruis cōſtituitur: quia quæ ad tempus in aliquem locum delata ſunt[a], nō cenſentur ibi eſſe, ſed potius in loco in quo adeſſe cōſueuerunt[b]. Quapropter ſi quis omnē ſupellectilem, quam in urbe habet, legauerit: ea quoq; continebuntur, quæ in uillam miſſa ſunt eo animo, ut diutius ibi non eſſent, ſed in urbem referrentur, ut Paulus Caſtrenſis reſpondit. Hincq; conſequens eſt, ſeruis ruſticis legatis, eum qui in uillam nutriendus miſſus eſt non cōtineri[c]. Idemq; arbitror, ſi omnes ſerui qui in uilla ſunt legati fuerint: quod ſi dictum fuerit, qui in uilla quoquo modo ſunt, ſecus eſſe Bart. ſentit, & ratione non caret[d].

a l.j.C.de uerbo.ſig. b l.quæſitum. §.fi.de lega.iij. c l.ſeruis urb. de leg.iij. d Bar.l.generali.§.uxori.de uſufr. leg.

FVNDI. Explicat Iuriſconſultus, quid fundus, qd ager ſit: quid uillæ, quid ædes, itemq; quid area. Fundus omnē agrū, omēq; ædificium ſignificat[a], quia ut ſupra uidimus, ab eo nomen ſumpſit, quòd fundari ſuper eū

a l. quæſtio.l. loci.

bana ædificia ædes, ruſtica uillæ dicũtur. Locus uero ſine ædificio, in urbe area, in rure autem ager appellatur: idemq́; ager cum ædificio fundus dicitur.

VLP. LIB. I. DE ADVLT.

Lex CCXII.

PRæuaricatores eos appellamus, qui cauſam aduerſarijs ſuis donant, & ex parte actoris, in partem rei concedunt, à uaricando enim prȩuaricatores dicti ſunt.

IDEM LIB. I. REGVL.

Lex CCXIII.

CEdere diem ſignificat incipere deberi pecuniam: uenire diem, ſignificat eum diem ueniſſe, quo pecunia peti poſſit. Vbi pure quis ſtipulatus fuit, & ceſſit, & uenit dies: ubi in diem, ceſſit dies, ſed nondum uenit: ubi ſub conditione, neq́; ceſſit, neque uenit dies, pendẽte adhuc conditione.

quæque res poſſit, ut minime Iouiani Pontani ſententiam probem, qui dictum opinatur, quòd fructus patrifamiliæ fundat, id eſt præſtet: quod & M. Varro tradidit. In formulis ueterum Iuriſconſultorum uidetur latiorem fuiſſe agri, ꝙ fundi ſignificationẽ, dum ita uerba cõcipiebãt: Fundus qui in agro eſt, qui Sabinus uocatur. Sed fortè in ea formula ager ꝓ ipſo territorio accipitur, non pro prædio, de qua ſignificatione ſuo loco dicemus. Villȩ domus ſunt in quas fructus deuehuntur, quod & ſupra oſtẽdimus, uulgò tamen in Gallia uillas etiam ciuitates dicunt: ſed hanc ſignificationem ſermo Latinus non admittit. Aedes urbana ſũt prædia, quæ ſolo ſuperficieq́; conſtant. Eſt autẽ Superficies, omne quod ſupra faciem terræ eſt: quapropter in prædijs urbanis parietes & tecta, in ruſticis arbores, herbæ, frutices ſuperficiei adſcribũtur. Latiorẽ eſſe ædiũ ꝙ domus appellationẽ pleriq́; ſenſerunt[b]. Aedes enim pro om̃i ſpecie ædificij capi, etiam ſi nulla adſint tecta: at Domũ non dici, quȩ adhuc cõtecta nõ ſit. Sed promiſcue hæc accipi, ego magis ſentio, exemplo Græci ſermonis. Vnde apud Homerũ ὀλύμπια δώματα. Area, locus ſine ædificio eſt, ab ariditate dictus, quòd in ea fructus areſcant: alij quod ſolo ſit nimio ſolis ardore arido: quidã quòd ſicut ara in templis pura eſt, ita hæc ab ædificijs pura, nec obtecta ſit: ſunt & qui ab aëre dictam credant. Ego priorem etymologiam probo, & aream proprie pro ruſtico loco interpretor[c], de quo P. Vergil.

b l.j.§.deinde.de don.

c l.fi.C.de ſeruit.in fi.

Area ꝙ primũ ingenti eſt æquãda cylindro.

Nec in urbe ſibi nomen uendicare arbitror, niſi μεταφορικῶς. Videtur enim quod ueteres impluuiũ, cohortem, plateam, hypetriumq́; dixerunt, unico nomine per translationem aream appellari poſſe.

PRAEVARICATORES. Varices noxiæ uenulæ ſunt in cruribus, quæ propter atram bilem turgeſcunt, & ferro aduſtioneq́; curantur: Græci Ixyas uel cirſos appellant: qui eo morbo laborant, recta ire nequeunt: inde Varicari uerbum in tranſuerſum ire ſignificat, & præuaricari. Sunt autem Præuaricatores, q cum aduerſa parte colludũt, quod frequentius ab accuſatoribus fit, q ſubornati uera crimina abſcõdunt, & diuerſam partẽ prodita cauſa adiuuãt[a]: & inde nomen traxerunt, quaſi uaricentur, id eſt in aduerſam partem eant. In hos ex legibus grauis pœna conſtituta eſt[b], condemnatiq́; etiam infamia notantur. Labeo à uaria certatione id nomẽ tractũ aiebat, ſed eius ſententiæ etiã ratio ſyllabæ refragatur, quȩ in præuaricatore quandoque producitur, cum Varius primam corripiat. Sanè exiſtimauerunt aliqui[c], eum aduocatum, qui uiſis alicuius iuribus, aduerſæ parti acceſſit, cum priori renuntiaſſet, præuaricatorem non eſſe: non enim cauſam prodit, qui aperte aduocaturum ſe negauit. Quod & ipſe probo, dum ſciamus, qui cauſæ alicuius ſecreta iam cognouerit, non debere in alias partes tranſire, quoniam ea aduerſarijs prodẽs, lege Corn. falſi cohercetur[d]. Quid ergo ſi nihil ſecreti in cauſa, ſed omnis quæſtio iuris eſt? Et licere ei defendere quem ſciat iuſtiorem cauſam habere, uerius eſt, dum tamen honorarium quod ab alio cauſæ tuendæ gratia recepit, reſtituat: ſicq́; in Senatu damnatum Tuſcillium Nominatum, Vicentinorum cauſæ deſertorem, Plin. Cæcilius ad Valerianum ſcripſit.

CEDERE DIEM. Cedere uerbum uariæ ſignificationis eſt, accipitur autem quandoque pro incipere in ius alicuius uenire, unde & accedere dicimus: ſic ceſſit dies hoc in reſponſo, cum incipit ea die res ad ius alicuius pertinere, licet agi adhuc non poſſit. Venit uero dies, quando perfectè pertinet, ut quia & obligatio & actio efficaciter

Aes alienum eſt, quod nos alijs debemus: æs ſuũ eſt, qđ alij nobis debent.

efficaciter & uere orta eſt. Referuntur autem hic exempla ſtipulationis puræ, & quæ in diem, itemq́ꝫ eius quam ſub conditione concipimus. Videndum igitur eſt ſpecialiter de ſingulis. In prima ſpecie quãdo debetur pure, & ceſſit & uenit dies, quia obligatio & actio efficaciter eſt orta, ſuſpenditur tamen actionis exercitium[a] ἐν πλάτει & modico tẽpore, arbitratu iudicis[b]: nõ enim creditor ſtatim cum ſacco uenire debet[c]. Aliquibus tamen caſibus id tẽpus quale ſit expreſſum eſt, in conſtituto, ut ante decimum diem non cõueniatur[d]: in dote, quæ cum olim annua, bima, trima die deberetur, hodie poſt annum ſoluenda eſt[e]: in re iudicata, cuius executioni quadrimeſtris dilatio indulta eſt[f], poſſetq́ꝫ q pro tribunali ſedet, huiuſmodi terminos ex cauſa mutare[g]. Si quis tamẽ huiuſmodi tempus humanitatis cauſa indultum non obſeruaret, ſed ſtatim peteret, non ideo ante diem diceretur agere, nec illi in nimiæ celeritatis pœnam duplicarentur induciæ[h]. Hincq́ꝫ eſt quòd in præſcriptione eius dilationis rationem non habemus[i]: unde nec compenſationi impedimẽto eſt[k], neqꝫ exceptioni: cum uideatẽ dolo facere actor qui id petit quod poſt eum terminum reſtituere cõpellitur[l], & hæc communiter approbata ſunt[m]. In ſecũda ſpecie, cum de obligatione in diem agitur, receptior eſt opinio, ante diem & obligationẽ & actionem eſſe ortam, ſed obſtare exceptionẽ: cuius ſentẽtiæ illa eſt ratio, quia cum dies addita obligationis executionẽ reſpiciat, nõ debet interim eius ſubſtantia impediri[n], unde obligatio actioq́ꝫ formãtur, cum nõ ſoleat tẽpus adiectum ipſo iure, effectum obligatiõis auferre[o]. Non procedit tamẽ hæc concluſio in promiſſione uſusfructus, in ea enim ante diem nec obligatio neqꝫ actio naſcitur[p], ſiue quia cũ ad hæredes uſusfructus nõ tranſeat, ſi anteq̃ꝫ dies ueniret moreretur creditor, fruſtra obligatio eſſet orta: lex autẽ plurimum cauet, ne quicq̃ꝫ fruſtra inducatur, ſiue quia uſusfructus anteq̃ꝫ dies ueniat in rerũ natura non eſt, ſed in ipſa proprietate permanet, nec operæ pretium fuit ſeparatam à proprietate rationẽ eius haberi priuſq̃ꝫ conſtaret omnino eſſe re ipſa præſtãdũ, ut quia & ceſſiſſet & ueniſſet dies. Nõ procedit rurſus in actione in rem[q], nam in ea ante diem actio nulla oritur, tranſlatio enim dominij uel iuris in re per executionem legis fit, quam lex ante diem nõ facit, unde huiuſmodi actio competere non poteſt, uendicatio enim propter do

a §.ſi.inſt. de inut.ſtip.
b l.j.de iure deli.
c l.quod dicimus.de ſol.
d l.promiſſor §.j.de cõſt. pec.
e l.j.§. exactio.C.đ rei ux.act.
f l.fin. C. de uſur.rei iud.
g l.ij. de re iud.
h §.hodie inſti.de act.
i l.in rebus. C.de iure dot.in fi.
k l.ſi cum militi.in fin. de cõpenſ.
l l.ſi ſocer.§. Lucius.ff.ſo lu.mat.
m Bar.in.l.ita ſtip.in.j.q.
n l.ex his.C. qñ di.leg.
o l.obli.fere. §.placet.de act.& ob.
p l.j.in fi.quãdo dies leg. uſ.ced.
q l.Semper.At talus.đ uſu. leg.

minium in re detur. Quapropter cum repudiatio ad dominium referatur, qui legatum in diem ante eam diem repudiat, nihil agit[r], adhuc enim ad eum nõ pertinet. Et hinc etiã conſequens eſt, ut quoties ex diſpoſitione legis tacita dies ſubauditur, ante eius aduentũ actio nõ oriatur[s]. Lex eñ quandoqꝫ perperam agi dicit[t], quandoqꝫ peti non poſſe: quæ uerba ad actionem ſolum referũtur, licet hoc caſu aliqui etiam obligationem non naſci crediderint[u], quæ ſententia recepta nõ eſt. Nam & in die incerta ueluti cum moriar, crebrior eſt eorum opinio qui idem iuris eſſe opinantur, ut ante diem ſolũ oriatur obligatio, poſt diem uero actio: unde qui ante diẽ ſoluit non repetit[x], cum uere interim deberet, licet agi nõ poſſet. Nec nos mouet, quòd medij tẽporis utilitas incerta eſt, nõ enim hoc obeſſe poteſt quo minus in id quod principaliter deductũ eſt, obligatio proueniat. Quapropter ſi ultra diei incertitudinẽ alia quoqꝫ quæ in promiſſionem deducuntur incerta ſint, ut cũ quis fructus qui ex fundo percepti fuerint promittit, neqꝫ obligatio neqꝫ actio interim oritur[y], hæc enim maxima incertitudo conditionem ſapit. Idem cum non ſolum dies ſed obligationis quoqꝫ ſubſtantia poſt mortem confertur, tunc enim obligatio ab hærede incipit[z]. Sanè & in diem quæ multiplicandæ obligationis cauſa additur ſolet diſtingui, ut in legatis annuis ante diẽ nec obligatio nec actio competãt, quoniam tacitam in ſe, ſequẽtium annorũ reſpectu, conditionẽ habeant[a], in contractibus uero competat[b]: cuius rei ratio à nobis libro Paradoxorum I. cap. XVI. diſputata eſt. In tertia ſpecie, quando ſub conditione aliquid debetur, certiſſimum eſt neqꝫ obligationem, neqꝫ actionem ullam eſſe, antequam conditio euenerit: idemq́ꝫ eſt ſiue expreſſa ſit conditio, ſiue tacita, ut quæ à lege ſubinducatur[c], dum tamen propriam conditionis naturam habeat, ſubſtantiamq́ꝫ rei non autem ſolam executionem reſpiciat[d]: conditio enim quam certum eſt extiturã, uel quæ tẽpus præſens reſpicit, proprie conditio non eſt, ſed pro pura habetur[e].

¶ §. AES ALIENVM. Vetuſtiſſimorum Romanorum pecunia in ære conſiſtebat, quoniam propter eorum paupertatem, rarus illis argẽti, rarior auri uſus fuit: indeq́ꝫ æris appellatio, pro pecunia accipi cõſueuit, & quàmuis domitis nationibus in maximas diuitias excreuiſſent, ſeruauerũt tamen antiquum nomen, & ſiue pecunia aurea, ſiue ar-

r l.ſi ita ſcriptũ. §.j. de leg.ij.
s l.interdũ.de uerb.obl.
t l.iij.§.ſi qs ij. de eo qđ cer.
u l. continuus. §.ij.de uer. ob.ubi Are.
x l.ſub conditiõe.de cõd. indeb.
y l.j.de cond. & dem.
z l.j.C.ut act. ab hære.
a l.ſi in ſingulos.de ann. leg.
b l.ſi Stichũ. §.j.de uer. obli.
c l.item quia. §.j.de pact.
d l.ita demũ. in fi.de arb.
e l.ſi pupillus §.j.de nouat.

gentea eſſet, æs appellabatur: quapropter æs alienum dicitur, omnis pecunia aliena, id eſt quæ noſtra non eſt, ſed alijs debetur: ſicut æs noſtrum eſt, quod nobis alij debent, μεταφορικῶς uero latius quoque accipitur, ut cum dicimus, quicquid in ære noſtro eſt, id in tua manu eſſe ſcito. Intelligitur enim, non ſolũ in noſtris nũmis, ſed etiam in omni facultate & poteſtate. Trahitur etiam quãdoque latiſſime ad profeſſionem, ut cum Iuriſcõſultus de ſophiſmate dialectico interrogatus, reſpondet, id in ære ſuo non eſſe, id eſt ad profeſſionẽ ſuã nihil attinere. Sanè notandus eſt hic loquendi modus, æs ſuũ eſt, quod alij nobis debẽt: rectius enim ſcriptum fuiſſet, æs noſtrũ, niſi ea uerba ex aliqua lege deſumpta credamus, quam hic Iuriſconſultus interpretetur, ut ἀποφαντικῶς appoſita ſint, uel (ut Accurſius ſolet loqui) materialiter.

¶ Lata culpa, eſt nimia negligentia, id eſt non intelligere, quod omnes intelligunt.

MARC. LIB. I. PVBL. IVDIC.

Lex CCXIIII.

MVnus proprie eſt, quod neceſſario ſubimus, lege, more, imperióue eius qui iubendi habet poteſtatem. Dona aũt proprie ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, officióue, ſed ſpõte præſtãtur: quę ſi nõ præſtentur, nulla repræhenſio eſt, & ſi præſtentur, plerunque laus ineſt. Sed in hoc uentum eſt, ut non quodcunque munus, idem donũ accipiatur: at quod donũ fuerit, id munus recte dicatur.

¶ §. LATA CVLPA. Explicat Iuriſconſultus quid ſit lata culpa, & eam ita diffinit, ut ſit nimia negligentia, per quam non intelligimus quod omnes intelligunt, aduerſus quam doctores noſtri nouas argutias cõfinxerunt[a], ut & aliquid ipſi ſcire uiderentur, quod Iuriſconſultum latuiſſet, fiuntque hac ratiõe ex interpretibus accuſatores, uel potius calumniatores. Aiunt primo, non in negligendo ſolum eſſe culpam, ſed etiam in faciẽdo, cum id fit, quod fieri non debet[b], quaſi negligere etiam ad factum non referatur, cum aliquam rem non adhibita cura, ſed cum neglectu pertractamus. Aiunt iterum, dementem uel pupillũ nõ intelligere quod omnes intelligunt, & tamen in culpa ideo non eſſe. Sed hi non idcirco nõ intelligunt, quia negligentiæ eorum aliquid imputetur, ſed quia in altero naturæ uitiũ, in altero ætatis defectus eſt: nam & cum lex aliquid nõ intelligẽti imputat, de eo accipiendũ uidet, qui ſi uoluiſſet intelligere, potuiſſet. Sicut cum neganti aliquid damni irrogat, de eo accipitur qui conſentire potuit[c]. Sicut & proprie ſilere ſolum dicitur, qui poteſt loqui. Et proprie excuſatur q poteſt acceptare[d], unde & generalis eſt regula: Eius eſt nolle, qui poteſt & uelle[e]. Argumẽtantur rurſus, Medicus propter imperitiã & latam culpã tenetur[f], & tamen nõ omnes medicinã intelligunt. Sed & hoc eadẽ ratiõe tollitur, nõ enim in alijs quam medicis ignorãtia medicinæ negligẽtiæ imputatur. Negligẽs enim dicit in ſua quiſque cõditione & profeſſione, nõ in aliena. Subdunt etiã errorem iuris latę culpæ aſſignari[g], & tamen pauci iuriſperiti ſunt. Sed hoc in pœnã ignorantium conſtitutum eſt, cum omnes prudẽtes uiri quæ ipſi ignorãt, ab alijs peritioribus ſcrutẽtur: qui igit ipſe nec ſcit, nec peritiores cõſulit, in lata eſt culpa: nam & idem hominum genus Heſiodi carmine improbatũ eſt, quamuis & generalis hæc dictio ſecundum ſubiectam materiam reſtringatur, ut eis ſolum intelligatur, qui eiuſdem conditionis uel profeſſionis ſunt[h]. Et ex hac diffinitione infertur, quod non omnis imperitia latæ culpæ aſſignatur, ſed ſi in eo quis errat, quod communiter oẽs eius artis intelligunt, eſt lata culpa: ſi in eo, quod ſoli excellentes, eſt ſolum leuis: ſi in eo quod non niſi rariſſimus quiſque ſciebat, ut quia excellẽtiſſimis ſolum erat cognitum, leuiſſima uidetur culpa, ut plerique ſenſerũt. Sed quia hic tractatus iterum & iterum in cognitionem reuocabitur, infra quid ſententiæ nobis ſit diſſeremus[i].

MVNVS. Duplex eſt muneris ſignificatio de qua hic agitur: altera onus officiumúe quodcunque intelligitur, quod neceſſario ſubimus: altera largitiones accipiuntur, quæ ex cauſa aliqua, non tamen neceſſaria fiunt. In priore ſignificatione quẽadmodum ſoleat diſtingui, ſuperius[a] à nobis tractatum eſt. Illud ſupereſt addendum, exiſtimaſſe Accurſium, non licere munera, quæ ad uectigalia pertinent, ex ſola cõſuetudine imponi, niſi etiam lex acceſſerit[b], & ideo dum hic dicitur, munus lege, more ſubiri, coniunctim accipit: ſed crebrius receptum eſt, ut disiunctiue hæc ſoluta oratio accipiatur, ſufficiatque alterum, ſiue lex iubeat ſiue cõſuetudo, dum uetuſtiſſima & poſt hominũ memoriam ſit: ea enim

a in l. qđ nerua. dep.

b l. ſi ſeruum. §. j. de uer. oblig.

c l. ab adminiſtratiõe. C. de leg.

d Abb. conſi. 22. in ij.

ea enim priuilegij ius habet, & qualis nũc eſt præſumitur ſemper retro fuiſſe[c]: eſtꝗ illa firmiſſima præſumptio, quam uulgò iuris & de iure uocant: nec in ea conſuetudine introducenda uidetur principis ſcientiam neceſſariò requiri, cum non ſimpliciter, ſed in uniuerſũ iuri omnium officiat[d]. Qua ratione & aduerſus Imperatorem, ex tali iure, poterunt pleræꝗ Italiæ urbes præſcriptione ſe tueri, tametſi Imperator ignoraſſe ſe alleget, idꝗ uerius uidet, præſertim cum ex fama ſatis potuerit hoc Cæſar ſcire, ſi modo res Italas curaſſet.

c ſup.§.j. extra.eo.

d Imo.d.§.fi. Alex.cõſ.6.

PAVL. LIB. SINGVL. AD L. FVSIAM CANINIAM.

Lex CCXV.

POteſtatis uerbo plura ſignificantur: in perſona magiſtratuum, imperium: in perſona liberorum, patria poteſtas: in perſona ſerui, dominium. At cũ agimus de noxæ deditione, cũ eo qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam facultatẽ ꝗ ſignificamus. In lege Attinia in poteſtatem domini rem furtiuã ueniſſe uideri, ſi eius uẽdicandæ poteſtatẽ habuerit, Sab. & Caſſius aiunt.

Curat autem minimum, ut qui tot egregias urbes, eius fidem implorantes, in ſummas calamitates incidere permittat, cum ipſe interim, uel ſacrificulorum preculis, uel alijs non æque neceſſarijs rebus operam inſumat. Sanè aduerſus uectigal quod ad alium quam ad principem pertineat, non eſt dubium uſucapionem procedere, etiam breuioris temporis, dum titulus & bona fides poſſeſſioni præſcribentis acceſſerint[e]. Quod ad alteram muneris ſignificationem attinet, à nobis latius ſupra diſputatum fuit. Illud in præſentia omittendũ non eſt, exiſtimaſſe Vallam, Martianum hic Vlpiano aduerſari[f], quod ille tradit, doni ſignificationem latius quàm muneris patere: at hic aliter diſtinguatur, nimirum munus ad neceſſitatem pertinere, donũ ſponte dari, rurſus in hoc uentum eſſe, ut omne donum munus dici poſſit. Sed has obiectiones ipſe ſic extrico, ut munus, ſi generaliter accipiatur, cum ad onera officiaúe etiam pertinet, uerum ſit non quodcunꝗ munus donum eſſe: ſed ſi pro largitione accipiatur, tũc id ſignificare, quod ex neceſſitate alicuius officij, uel ex cauſa datur, niſi quòd in hoc, ex communi loquendi uſu uentum eſt, ut qualiſcunꝗ largitio uel donũ, munus dici poſſit. Vlpianus igitur rationem ſermonis, Martianus uſum conſiderat.

e Bar.d.§.fi. Barb.cõſ. ſ.j.

f l.inter donum.§.eo.

POTESTATIS. Poteſtatis uariæ ſunt ſignificationes, ex quibus quinꝗ hic cõnumerantur. Prima eſt, cum de magiſtratu dicimus, cum habere poteſtatem, intelligimus enim merum imperium, quod nil aliud eſt, ꝗ poteſtas animaduertendi in facinoroſos homines[a]: dicitur autem merum, quaſi liberum, quoniam cum delicta ex uarijs cauſis uel aggrauentur[b], uel eleuentur, in arbitrio ius dicentis reſidet, quam potiſſimum pœnam irroget: qđ non eſt in cauſis pecuniarijs, in quibus certã proferre ſententiam, ſecundum ea quæ probata ſunt, debet. Vnde in his quæ officio iudicis expediuntur, quoniam ſummo iure non debentur, plurimumꝗ in arbitrio eius cõſiſtunt, & tamen priuatam utilitatem reſpiciũt imperiũ mixtum exercetur. Merum igitur imperium in anquiſitionibus, accuſationibusúe cõſiſtit, Mixtũ perſequutionibus, Simplex iuriſdictio actionibus. Secunda ſignificatio eſt in perſona liberorum, ut patriam poteſtatem intelligamus: hoc ius proprium Ciuium Romanorum eſt, quoniam à lege XII. tab. introductum: ſed cum conſtitutione Antonini[c], qui in orbe Romano ſunt, ciues Rom. effecti ſint, ſequitur ad omnes Chriſtianos hodie illud pertinere. Quapropter & Francis communicatum eſt, qui licet Regibus Germanorum, quos Imperatoris titulo Romani Pontifices inſigniuerunt, non ſubſint, Romani tamen imperij & ipſi pars ſunt, eoꝗ iure uiuunt. Tertia ſignificatio eſt, in perſona ſerui, & ad dominium refertur: ut cum dominus ſe ſuos ſeruos in poteſtate habere dicit, uel de poteſtate dimittere, id autem ex iure gentium deſcendit, quo iure capti in bello, capientium fiebant, unde & mancipia dicuntur. Sic Auſonius,

Capta manu, ſed miſſa manu neſciuit herile
Imperiũ, dominæ uult domina eſſe manus.

Quarta accipitur pro facultate, quæ in præſentia & ad manum ſit: unde cum lex[d] niſi dominus ſeruum pro noxa det, cogat eum ad ſuſcipiendum iudicium, ſi modo in poteſtate ſua ſit, intelligemus poteſtatem, id eſt facultatem exhibendi: quid enim ſi ad aram confugerit? Quinto in lege Attinia in poteſtatẽ domini res ueniſſe uidetur, ſi eius uendicandæ ſibi facultas data ſit, & ipſe neglexerit, nõ enim amplius cẽſetur inuito domino ablata, unde

a l.imperiũ.de iur.om.iud.

b l.aut facta. de pœn.

c l.qui i orbe. de ſtat.ho.

d l.quoties.de nox.

unde tanꝗ furtiua non ſit, poterit uſucapi. Accurſius nō ſufficere exiſtimauit, quòd dominus rei uendicādae facultatē habuerit, niſi etiam apprænderit, uel litis æſtimationē ſit cōſequutus: quæ interpretatio reſpōſi huius uerba nimis coarctat. Et hæ ſunt quas huic uerbo ſignificatiōes Paulus refert: ueriſimile autem eſt, noluiſſe eum plures receſere, ſunt enī & aliæ: ueluti cū ipſos magiſtratus ſimpliciter Ptates appellamus[e], ut eſt apud Plin. & Apul. ſic & Iuuenalis. An Fidenarū Gabiorumq; eſſe poteſtas? Quod μετωνυμικῶς dictum uideri poteſt, cum generaliter poteſtas[f], pro qualibet iuriſdictione quādoq; accipiatur, nā & quod Paulus ad Rom. dixerat, ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις, Latini poteſtatibus ſublimioribus habēt[g], quibus omnis anima ſubdita eſſe præcipitur: Antiquiores tamē, cum poteſtatem dicebant de maioribus magiſtratibus intelligebāt, qui merum imperium haberent[h]: quod & Paulus Caſtrenſis annotauit. Dicitur etiā Epiſcopus eccleſiæ fundos in poteſtate habere[i], id eſt in cura & adminiſtratione, tutor quoq; in pupilli caput poteſtatē habet[k], id eſt autoritatē. Vnde & alibi ſua poteſtate quis feciſſe dicitur, quod ꝓpria autoritate fecit[l]. Sed & in edicto prætoris poteſtatem ſui non facere intelligitur[m], qui ſui copiam, ut cōueniatur, non facit: quales ſunt abſentes, uel qui latitant. Illud quoq; in poteſtate cōſiſtere exiſtimatur, quod in actu non eſt, ſed eſſe poteſt, quod Græci δυνάμει dicūt, quo ſenſu & Iulianus[n] nam δυνάμει, inquit, qui à fideiuſſore petit, à reo petit.

e l. fideiuſſ. de pig.
f l. iij. de reb. co.
g c. ſi. de iudi. xj. q. j. magnum.
h l. eum qui. de iur. om. iud.
i c. j. de reb. eccl.
k Inſt. de tut. in prin.
l auth. de def. in prin.
m l. iij. ex qb. cau. in poſ.
n l. aduerſus. de arbi.

VLP. LIB. I. AD L. AELIAM SENTIAM.

Lex CCXVI.

Verum eſt, eū q carcere claudit̄, non uideri neq; uinctū, neq; in uinculis eſſe, niſi corpori eius uīcula ſint adhibita.

IAB. LIB. I. EX POSTERIORIB. LABEONIS.

Lex CCXVII.

Inter illā conditionē, cū fari potuerit, & poſtꝗ fari potuerit, multum intereſt: nā poſteriorē ſcripturam, uberiorem eſſe conſtat: cum fari potuerit, arctiorem: & id tantūmodo ſignificari tēpus, quo primum fari poſſit. ¶ Ita data conditione, illud facito in diebus, ſi nihil præterea fuiſſet adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

Verum. Quoties reus in carcerem conijcit̄: & corporali aliqua pœna afficiēdus eſt, in uinculis teneri debet, ſi de crimine conuictus eſt[a]: ſed & ſi cōuictus nō fuerit, uerum grauiſſimum delictum commiſiſſe arguatur, uerisimiliaq; extent indicia, in uinculis quoq; cauſam dicere debet[b]. Meritò igitur hic dubitatum fuit, quēadmodum in uinculis quis eſſe intelligatur. Et quāuis in carcere ſit, non tamen idcirco uinctus cenſetur. In edicto tamen prætoris, quo his qui in uinculis eſſent per in integrum reſtitutionē ſuccurritur[c], etiā qui ſimpliciter incluſi ſunt cōtinentur. Sed id ex æquitate per interpretationem extenſum eſt, non ex uerborum proprietate, de qua hic agitur. Sanè uaria ſunt uinculorum genera, nā & Compedes, & Pedicæ, & Manicæ leguntur: tum Catenæ, Nerui, Boiæ. Sunt autē Boiæ damnatorū torques, quaſi iugum bouū: unde locus Plautinus, ſeruum uinctum, Boius boiā terit. Ad hæc ſunt & uincula ad infamiam magis & pœnam, ꝗ cuſtodiam pertinētia, ut collaria quibus in publico blaſphemi & lenæ etiamnum alligātur, ut deriſui uiatoribus ſint. Eſt & Numella ligneum inſtrumentum, quo quis incuruus & quadrupes caput & pedes exerit, hocque modo impetitur: uulgò Berlinam dicunt: at Græci κυφῶνα, cuius mētio Ariſtophani quoque in Nubibus eſt. Solebant & mulierculæ ſic notari, ut caudici ſiue ſtipiti alicui alligatæ opus facere cogerētur. Propertius,

Codicis immundi uincula ſentit anus,

Iuuenalis,

Horrida quale facit reſidēs in codice pellex.

Serui quoq; in cōpedibus opus faciebant, ne facile fugam poſſent capeſſere. Idem,

Squallidus in magna faſtidit cōpede foſſor.

Inde etiam in latomijs, hoc eſt lapicidinis cuſtodiebantur, idem & in ergaſtulis.

Inter illam. Illa conditio, cum fari poterit, citius uenit quàm illa, poſtꝗ fari poterit: quoniam prima ſtatim cum primū quis poteſt proloqui adimpletur, at alia ſucceſſiuum aliquod tempus deſignat. Oldradus primam referri ad potentiam naturalem exiſtimauit, unde cum ſeptimo anno infantiam pueri exeant, ſequitur ut eo tempore dies ueniat, at ſequens ad actum ipſum refertur. Quapropter cui legatum eſt, poſtꝗ fari poterit, ſi mutus eſſe perſeueret, legatum non conſequetur: & hanc interpretationem, licet hic uacillet, tamen alibi Barto. approbauit[d]. Mihi non placet, quia non uideo, cur

a l. ſi cōfeſſus. de cuſt. rei.
b l. diuus. eo. tit.

cur & in priore caſu non debeat expectare, donec actu fari quis poſſit, non enim poſſe proprie dicimus, quod actu facere non poſſumus, nec ulla eſt ratio cur hæc coniunctiua cum, ad potentiam ſolam referatur, & poſtq; etiã actum reſpiciat. Alibi Bart.[b] cum, non ita expreſſam conditionem facere atteſtatus eſt, ſicut poſtquàm: & ideo legatum Titio cum hæres certæ ætatis eſſet, non uideri cõditionale, cũ tamẽ legatũ, poſtquàm certæ ætatis erit, conditionale ſit[c]. Sed hæc ſententia recepta non eſt, utramq; enim eſſe conditionẽ hic dicitur, niſi quòd hæc poſterior aliquanto uberior eſt. ¶ §. ITA DATA. Quoniam pluralis elocutio duorum numero cõtenta eſt[d], ſi quis conditionem hãc apponat, illud facito in diebus, & ulterius aliud non exprimat, in duobus diebus faciendum erit: quod tamen non procedit, quando per errorem omiſſus eſt numerus: tũc enim ob incertitudinẽ uitiatur[e]. In odioſis quoq; propius eſt, ut imperfectam ſententiam exiſtimemus[f], & huiuſmodi oratio nullius ſit effectus. Sed & ſi quis promiſerit aliquid dare in diebus illis, nihil agit: Videtur enim ſe retuliſſe ad communem uſum loquendi, quo ita ſolemus tempus infinitum ſignificare: translatione à myſticis fidei Chriſtianæ libris accepta, in quibus quæ uel olim fuerunt, uel poſt innumera annorum curricula erunt, additur, in diebus illis eſſe facta, uel futura. Et ita aliqui[g] exiſtimauerunt, licet articulus cõtrouerſus ſit. Ego in arbitrio iudicis cõſiſtere opinor, qui ex coniecturis colligat, qua mente promiſſio huiuſmodi facta ſit.

b l. ſi cui legetur. §. j. de uerb. obl.

c l. libertis. quos. §. ab heredibus. de ali. leg. l. libertas. §. fi. de mã. teſt.

e l. ita ſtip. de uerb. obl.

f arg. d. §. fi.

g in l. cum qui cal. de uerb. obl.

VERBVM FACERE. Verbum facere perq; generale eſt, & ad quæcunq; facta refertur: & quandoque facere interpretamur id eſt dare, unde qui facere iuſſus eſt ut centum habeam[a], eam ſummam dare cogi poteſt: quandoque ſignificat ſoluere, ut cum dicimus quaſdã eſſe perſonas, à quibus exigi plus non poteſt, q; facere poſſint[b]: intelligitur enim, q; commode ſoluere poſſint. Interdum idem eſt facere quod numerare, unde paria feciſſe dicitur, qui pecuniam quam acceperat, numerauit, & id quod debet reddidit. Sic & iudicare hoc uerbo continetur, ut cum dicimus, factum eius rei eſſe iudicium.[c] Sed & iter facere dicitur, qui ambulat[c]: unde & ſtipulatio, iter fieri[d]. Et hæc quidem hic Iuriſconſultus. Cæterum alijs quoq; modis accipitur, ut cum paciſcimur, ne ſeruum facias furem, aut fugitiuum, id eſt ne ad furtum fugam ue ſolicites: uel cũ mandat lex, ut ſoboles quam cenſiti fecerint nõ alienetur[e], declaramus fecerint, id eſt procreauerint: uel cum quis pro miſſit damni infecti uicino, in ea enim ſtipulatione damnum facere intelligitur[f], id eſt pati: uel cum aliquem reum facturos nos pollicemur, id enim eſt reum facere, quod accuſare[g], & indicare: ſicut facere ſuſpectum tutorem, eſt detegere, & iudici approbare ſuſpicionis cauſas[h]. Sed finge conſtitutum, pœnas maleficiorum quæ noctu committantur duplicari, quomodo intelligentur maleficia? Et cum dicantur quaſi malefacta, uidetur non contineri, quæ dicta, ſcripta, conſulta male ſint. Qui igitur noctu conuitiatus fuerit, in eam pœnam non incidet[i], & id frequentius probatur. Ego non dubito, etiam in lege pœnali malefacta dici, quæ ſcripta, dicta, conſulta crimìnoſe ſint: cum uerba generaliter, & quatenus ſermonis proprietas fert[k], tum quoque accipi debeant. Sed ne conuitia hoc caſu comprændantur, ratio legis ſuadet, ex qua de his delictis ſignificari oſtenditur, quæ ex tenebris nocturnis uel facilius, uel grauiore cum noxa fierent: quod in iniuriarum crimine non eſt. Sanè cum antiqui Maleficos ſpeciali nomine Incantatores intellexerint[l], huiuſmodiq; Diuinatores, de eis potius eſt, ut legis uerba accipiantur, cum noctu præſertim ſoleant umbras euocare, & animas reſponſa daturas, ut Canidia apud Horatium. Quo ſenſu & Exodi XXII. ſcriptum eſt, Maleficum ne patiaris uiuere, id eſt Sortilegum & carminibus ueneficia facientem.

a l. ſi heres. de leg. j.

b l. ſunt qui. de re. iud.

c §. Cato.

d d. l. j. de his qui deie.

e l. cũ ſatis. de agr. lib. xj.

f l. Proculus. de dã. inf.

g l. ſi uteris. C. de fi. inſt.

h l. ij. C. de uſu. pup.

i Bar. l. aut facta. de pœn.

k l. cũ lege. de teſta.

l rubr. C. de malef.

PAP. LIB. XXXVII. QVAESTIONVM.

Lex CCXVIII.

VErbum facere, omnem omnino faciendi cauſam complectitur: dandi, ſoluendi, numerandi, iudicãdi, ambulandi.

IDEM LIB. II. RESPONS.

Lex CCXIX.

IN cõuentionibus cõtrahentiũ uolũtatẽ potius q; uerba ſpectari placuit: cum igitur ea lege fundũ uectigalem municipes locauerint, ut ad

IN CONVENTIONIBVS. Certiſſimi iuris eſt, in contractibus, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris ſint, id in primis obſeruandum quod actum eſt, etiam ſi uerba improprie accipiantur. Alioquin niſi de uoluntate conſtet à uerbis nõ recedimus. Conſtat autem quandoq; expreſſe[a], puta ex præfationi

a l. Titia. l. ita ſtip. de uerb. obl.

ſationibus,uel præcedenti tractatu: quãdoq́ tacite[b], ut quia natura contractus, qualitas rei,perſonæ,contrahentium cõſuetudo, eius quod actum eſt, coniecturam inducant: poteſtq́ hoc in reſponſo exemplum accipi: fundus enim emphyteoticarius,uel uectigalis, & ad hærede cõductoris, & ad ſucceſſorem particularem, niſi aliud actũ ſit,trãsferri poteſt. Quid ergo ſi cõtrahentes pacti ſint, ut ad hæredes tranſeat? Et uidebatur eam pactionē proprie intelligi debere: tum ex communi regula, qua cauet: In caſibus dubijs,à proprietate ſermonis non eſſe recedēdum[c]: tum quia aliàs pactio eſſet ſuperflua,cũ enim ex tali contractu & hæredes & legatarij admitterentur, niſi per huiuſmodi pactionem diceremus cenſeri legatarios excluſos[d],nónne nullius eſſet momenti? Quæ interpretatio fugienda eſt. Accedit his, quòd magna ſubeſt ratio,cur hæres ſolum admittēdus ſit, non autem legatarius: eſſet enim non modicum detrimentum domino, qui aduerſus legatarium nullam actionem perſonalem haberet,cum actiones in perſonam,neque rem ipſam,neq́ ſingularem ſucceſſorem ſequantur[e]: de hærede ergo ſolum debuiſſet intelligi,qui ipſe in perſonam cõueniri poteſt. Sed tamen Papiniano aliter uiſum eſt, quoniam uoluntas cõtrahentium ante omnia ſpectanda eſt,etiam quòd aliud dictum ſit. Voluntatis autem coniectura ex natura contractus colligitur, & licet debeant uerba intelligi ut effectus alicuius ſint, non tamen operantur niſi ſecundum naturam actus: idq́ & Bal.[f] & Alex.[g] reſponderunt: nec probabile aliquod damnum locatori infertur,cum non poſſit legatarius propria autoritate poſſeſſionem ingredi,ſed ab ipſo introducendus ſit,quo tempore eum in dominum agnoſcet[h], ſeq́ obligabit, quinquageſimamq́ illi, quod præmiũ uulgò Laudatorium uocant, præſtabit. Et quod in legato dicitur, in donatione quoque locum habere receptum eſt: nec enim tunc aliqua denuntiatione opus eſt,ſed ſatis eſt,petitio introductionis,& ſolutio quinquageſimæ. Nec diſtinguitur,locator emphyteotici fundi ſit priuatus aliquis ciuis[i],uel Reſpublica,uel eccleſia: poterit enim conductor ius ſuum per legatum uel donationem transferre,etiam eis irrequiſitis,dum ſaluo eorum iure & citra fraudē alienet[k]: & ita crebrius approbatũ eſt. Qua autem ratiõe uectigales agri ciuitatum locari ſolerent, ex Iul. Hygino à nobis traditũ eſt diſpunctionum lib. III. cap. X. Sed & quibus caſibus appellatio hæredis ad ſingulares ſucceſſores pertineat,ſupra attigimus[l].

b l.ſemper.in ſtip.j.tit.j.

c l.nõ aliter. de leg.j.

d l.ſi quando. de leg.j.

e l.fi.de cont. emp.

f Bald. rubr. C.de cõtra. emp.

g Alex. conſi. xxj. col.ij. in 5.

h l.iij.C.de iure emph.

hæredem eius qui ſuſceperit ptineret, ius hæredum ad legatarium quoque transferri potuit.

CALLIST. LIB. II. QVAESTIONVM.

Lex CCXX.

Liberorũ appellatione,nepotes & pronepotes,cæteriq́ qui ex his deſcēdũt, continentur: hos em omes liberorũ appellatione lex XII. tab. compræendit: toties enim leges neceſſariũ ducũt,cognationũ ſingularũ nominibus uti,ueluti filij, nepotis,pronepotis, cæterorumúe qui ex his deſcēdũt,quoties non omnibus, qui poſt eos ſunt, præſtitum uoluerint, ſed ſolis his ſuccurrerēt, quos noīatim enu

LIBERORUM. Liberorum appellatione nepotes,& pronepotes,cæterosq́ deſcendentes contineri certum eſt, idq́ exemplo XII. tabularum,quæ primam ſucceſſionis cauſam liberorũ eſſe uolebant,& de omnibus deſcendentibus intelligebant. Quo ſenſu & prætores in edictis acceperunt, ut cum patroni liberos in ius ſine uenia uocari prohibuerũt[a]: & ſtricte tamē hæc uox quandoq́ accipitur, & ita uſq́ ad trinepotem ſolum intelligitur, & ita ueteres exiſtimabant quod Pomp. & Paul. refert[b]. Sed C. Caſſius & Vlpianus, & in hoc reſponſo Calliſtratus latius pertinere exiſtimauerunt,& in infinitum dici,id tanq́ honeſtius meritò obtinuit. Cum igitur nomen liberorum ſit collectiuum plurium graduum, qui fratrem & eius liberos inſtituit[c], ordine ſucceſſiuo uocaſſe uidebitur, quod nõ eſt receptum, ſi filios dixiſſet[d]: proprie enim appellatione filij nepotes & deinceps deſcēdentes non contineri uerius eſt, ſed ex interpretatione tantum: quo in tractatu quid ipſe ſentiam,ſupra explicaui[e]. In præſentia, quid ab alijs communiter traditum ſit, recitabimus: & quadrupliciter in hoc diſtingui à maioribus ſolet: aut em̃ filijs prouidetur, aut grauãtur,aut de eis uerſus alium fit mentio, aut in conditione ponuntur. In prima ſpecie appellatione filiorum comprændi nepotes receptius eſt[f], cum enim actus hic fauorabilis ſit, debet lata ſignificatio accipi, & hoc ſiue in teſtamentis,ſiue in legibus, ſiue in beneficijs principũ loquamur: ſit enim in his amplior

plior interpretatio[g], licet in priuilegijs ſit contrà. Si igitur pater filios ſuos inſtituat, etiam nepotem ex filio præmortuo inſtituiſſe uidebitur; quod tamen uarie acceptum eſt, aliquibus ideo inſtitutum cenſentibus, quia niſi ita interpretaremur, præteritione teſtamentum rumperetur, interpretamur autẽ ſemper ut actus ualeat: Alijs, ne durũ, abſurdũ ue aliquid conſequatur, quale eſt cum à parentibus filij ſepararentur, uel melioris fierent conditionis nepotes ꝙ filij, idq́ genus ſimilia: Alijs, quoniam diſpoſitio in futurũ confertur, cum enim uerisimiliter dubium ſit, an in id tempus filij uel nepotes exiſtant, debet mens teſtatoris largius accipi, ut non exiſtentibus filijs, nepotibus prouiſum uideatur, ut etiam in facti quæſtione conſultus Alex.[h] reſpondit; quæ declarationes dubitationem nullam habent, cum generaliter propter fauorem ea interpretatio ex doctorum frequentiore ſententia procedat; unde & in municipalibus ſtatutis idem obſeruatur. Finge cautum eſſe[i], ut filij maſculi excluſis fœminis ſuccedant, nunquid nepotes etiam ipſi præferentur? Et reſponſum eſt, præferri; ratio enim eius legis eſt, ut agnatis ſaluæ ſint facultates; quæ ratio in nepotibus locum habet, & tametſi in lege expreſſa non ſit, ab ea tamen argumentari nos poſſe receptius eſt[k]: cum enim hoc beneficium à lege patri conferatur, ut fœminam excludat, debet etiam in nepotem eiuſdem ſexus perpetuare[l], qui in ſucceſſione patris ſui locum tenet, eiq́ ſubrogatur, nam & cum filia propter fauorem filij maſculi excludatur, maſculo ipſo ſuperſtite nepote defuncto, idem fauor durat; unde etiam ſi ipſa maſcula ſobole relicta decederet, nihilominus frater, eius úe filius ei ſoboli præferrentur: quoniam fauor propter quem ipſa excluſa fuit, non extinguitur: & ſicut filia ipſa ſuccedere non potuit, ita & ex ea nepos repellitur, ut amputata radice, rami quoque decidunt[m]. Et huius interpretationis, uti diximus, cauſam præſtat fauor, quo ceſſante, interpretatio quoque non admittitur. Et ideo cum quis tutorem filijs dediſſet, non cenſeri nepotibus prouiſum Vlp. reſpondit[n]: tum

g l. ſed & ſi. §. j. de exc. tut.
h cõſ. 9. in j.
i Alex. conſi. 26. in iij.
k l. quãuis. C. de fideicom.
l l. gallus. §. uidendum. de lib. & poſt.
m l. ſi uina. C. de bon. mat.
n l. qđ ſi nep. de teſt. tut.

merarent. At ubi nõ perſonis certis, non quibuſdã gradibus præſtatur, ſed omnibus qui ex eodem genere orti ſunt, liberorum appellatione comprænduntur.

¶ Sed & Papyrius Fronto lib. IIII. Reſponſorum ait, Prædio cum uillico, & contubernali eius, & filijs legato, nepotes quoq́ ex filijs contineri, niſi uoluntas teſtatoris aliter ſe habeat: filij enim appellatione ſæpe & nepotes accipi, multifariam placere. ¶ Diuus quoque Marcus re

quia reſpectu tutorum nullus eſt fauor, imò onerosa eſt tutela: tum quia non multum inde commodi nepotibus oritur, cum ceſſante teſtamento, de tutore illis per iudicem prouidendum ſit, & ita Bart. ſenſit. In ſequenti ſpecie, filiorum uerbo non contineri nepotes certius eſt: unde qui filios exhæredat, nepotes exhæredes feciſſe non uidebitur[o], odioſum enim hoc eſt: quod & in diſpoſitione legis proditum eſt. Et ideo lex Iulia, quæ ius patri facit, filiam adulteram occidẽdi, in nepte non habet locum[p]: idemq́ dum prohibet Senatori filiam eius ducere qui artem ludicram exercuerit, poterit enim in neptis matrimonium conuenire[q]. Nam cum leges huiuſmodi merum odium filiorum & quidem principaliter ſapiant, merito nepotes non continebuntur. Quòd ſi directo odioſæ non eſſent, aliud reſpondendum fuiſſet: ut in s. conſulto quo tutor pupillam ſibi uel filio ſuo nuptui collocare prohibetur, nam nec nepoti quidẽ impune collocabit[r]. Sed quid iuris eſſe dicemus, cum teſtator filijs alienatione bonorum interdixit, an nepotibus quoque uetitum credemus[s]? Et non uideri traditum eſt, huiuſmodi enim prohibitio odioſa eſt, ſed hæc concluſio aliquo modo reſtringenda eſt. Pone inſtitutos filios, & ne alienent grauatos, ſi enim in uerbis inſtitutionis nepotes cõtineãtur, cur non & in uerbis prohibitionis comprændi debent? Conſentaneum certe eſt, eadem uerba eandem recipere interpretationem, nec eſt uerisimile uoluiſſe patrem minus oneris nepotibus imponi, quàm filijs impoſuerit. Et quod in hac prohibitione diximus, in fideicommiſſo quoq́ reſpondendum eſt: ut fideicommiſſo filijs iniuncto, nepotes non contineantur[t], niſi ſub iiſdem uerbis inſtitutio ſubſtitutioq́ concepta ſit: tametſi imprudenter hac in re labi mihi Decius uideatur[u]. Pone rurſus, uerba prohibitionis, hæredibus filijs inſtitutis, in rem concepta eſſe, ut quia dictum eſt, ueto bona mea uendi, quia uolo ut ad illos & illos perueniant: uidetur enim hoc caſu eſſe etiam nepotibus interdictum, & ita etiam cenſuit Alex.[x] quod multo magis dicendum eſt, cum ratio diſpoſi-

o l. j. §. quæritur. de uent. inſp.
p l. patri. de adul.
q l. lex Iul. de ritu nup.
r l. S. cõſultũ. de ritu nup.
s glo. §. nos igitur. de reſt. fi.
t Dec. conſil. 218. uer. ult.
u conſi. 95.
x §. diui. arg. l. peto. §. fratrẽ. de leg. ij.

tione generalior eſt: ut cum quis prohibuit
alienationem filijs,quia uolebat bona perpe-
tuò in familia remanere,hoc enim caſu om̃es
deſcendentes prohibiti cenſebuntur[y]: quod
& reſponſum eſt,cum teſtator fratris fideicõ-
miſiſſet, ut hære-
ditatem filijs reſti
tueret, quia men-
tis ſuæ erat:ne bo
na extra familiam
peruenirent, pe-
tent enim fideicõ
miſſum nepotes
quoque, & cæteri
deſcẽdentes:& ita
contra quàm Ia-
ſon reſponderat,
ex facto iudicari
uidi. In tertio ca
ſu, cum de filijs
alterius reſpectu
diſponitur nõ cõ-
prændi nepotes
conſtat,niſi dura aliqua ſeparatio inducere-
tur,ut cum quis ancillam cum filijs legat, tũc
enim Papyrij Frontonis reſponſum, cuius
hic Calliſtratus meminit,attendendum eſt:cũ
non ſit uериſimile,uoluiſſe teſtatorem à patri-
bus ſuis, filios ſeparari[z]. Idem ſi aliqua alia
coniectura hoc ſuadeat, quales ſunt quas ſu-
pra retulimus, quando aliàs actus effectum
non ſortiretur, uel abſurdum aliquid conſe-
queretur,uel conſuetudo ſermonis ita ſuade-
ret,& ſi quæ aliæ ſunt ſimiles[a].In ultima ſpe-
cie concludendum eſt, quoties conditio uel
cauſa fauorem filiorum reſpicit,etiam nepo-
tes eo ſermone cõtineri:uerbi gratia,Lex di-
cit[b],ſi mater filijs tutores nõ petierit,ius uen
dicandorum bonorum non habeat,illis enim
uerbis etiam quæ nepotibus tutores non pe
tierit,ab hæreditate repelletur,nam actus hic
filijs ipſis fauorabilis eſt:quòd ſi de fauore fi-
liorum principaliter non agatur, aliud eſt:ut
in eo exemplo,cum lex à tutela eum excuſat,
qui tot filios habuerit,non enim nepotes ex-
cuſationis cauſam præſtarent, niſi lex libe-
rorum uerbo uteretur[c], principaliter enim
hoc caſu de patris, non autem filiorum fauo-
re agitur:unde cum filiorum fauor non ur-
geat,à proprietate uerborum nõ recedimus,
quæ in conditionibus maxime attenditur, &
primum locum in caſibus dubijs tenet[d]. Ex-
cipiuntur tamen aliqui caſus in quibus filio-
rum appellatione generaliter dicendum eſt,
nepotes non ſignificari. Primus eſt, in com-
muni loquendi uſu, ex conſuetudine enim
aliter filios,aliter nepotes appellamus, & ita

y l.pater fil. §.fundum. de leg.iij.

z l.uxorem.§. concubinæ. de leg.iij.

a l.alimẽta. §. libertis.de ali.leg.

b l.ij.§.ſi mater.ad Tert.

c l.ij.§.hoc autẽ.de excu.tut.

d l.meuius.de cõd.& de.

ſcripſit,non uideri ſi
ne liberis defunctũ,
qui nepotem ſuum
hæredem reliquit.
¶ Præter hæc om̃ia,
natura nos quoque
docet,parentes pios,
qui liberorum pro-
creandorum animo,
& uoto uxores du-
cunt,filiorum appel-
latione omnes, qui
ex nobis deſcẽdunt,
contineri:neq; enim
dulciori nomine poſ
ſumus nepotes no-
ſtros, quàm filij ap-
pellare:etenim idcir-
co filios filiasúe cõci-
pimus,atq; ædimus,
ut ex prole eorũ ea-
rumúe,diuturnitatis
nobis memoriam in
æuum relinquamus.

ſentit Accurſius[e]. Sed doctiores nõ addicũt,
niſi probaretur huiuſmodi conſuetudo, nec
ex ſermone uulgari ad Latinum probabile
argumentum deduci poteſt[f]. Secundus ca-
ſus eſt,quoties lex ex aliqua cauſa ſignifica-
tionẽ eius dictio-
nis coarctat,ut cũ
fructus in quar-
tam, quæ ex Fal-
cidia debetur[g],nõ
imputari quàm-
uis teſtator iuſſe-
rit, lex Iuſtiniani
præcepit ſubijci-
q; eo præcepto
nepotes non alli-
gari:ideóq; in hoc
reſponſo, cum le-
ges neceſſariũ du-
cũt cognationum
ſingularum no-
minibus uti,quia
nõ omnibus præ-
ſtitum uoluerint, ſed his ſolis quos nomina-
tim enumerant: ut cum diuus Pius conſti-
tuit[h],ne liberi Decurionum uſque ad prone-
potes torqueri poſſent,uel cum uſq; ad eum
gradum concedit lex ei ſuccedi, qui inceſtas
nuptias cõtraxerit[i] & ſi qua ſimilia. Tertius
caſus eſt,cum de filio non diſponitur, ea ſo-
lum ratione,quia ſit filius,ſed etiam reſpectu
alicuius qualitatis ei inhærentis:nam diſpo-
ſitio huiuſmodi ad eum non refertur, cui ea
qualitas non inſit,ueluti cum lex filium ſpu-
rium inſtitui prohibuit, non enim exiſtima-
bitur uetita inſtitutio legitimi, ex filio ſpu-
rio,nepotis:in eo enim qualitas illa deficit[k].
Idem in municipalibus ſtatutis,quæ excluſa
filia, filios maſculos ad ſucceſſionem admit-
tunt,non erunt admittẽdæ neptes,cum qua-
litas maſculina illis deſit, quod & ab Alexan
dro[l] reſponſum eſt, in eo qui filium primo-
genitum ad fideicommiſſi petitionem uoca-
uerat. Quartus caſus eſt, cum ſub alio nomi-
ne poteſt cenſeri magis proprie nepotes uo-
catos,quàm ſub nomine filiorum: ut ſi fratri
meo,& eius filijs, & deſcẽdentibus fideicom-
mittam, admittuntur enim prius filij quàm
nepotes[m],tanquàm prius nominati, cum de
nepotibus potius uerbo deſcendentis,quàm
uerbo filij actum cẽſeatur:ſub illo enim pro-
prie, ſub hoc non niſi per interpretationem
continerẽtur:idq; Decius reſpondit[n],& mihi
non diſplicere ſupra atteſtatus ſum. Quintus
caſus eſt, in contractibus, in eis enim fit in-
terpretatio aduerſus eum, pro quo pactio
concepta eſt[o];& ideo ſi quis accipiat emphy-
teoticum

teoticum fundum pro ſe & filijs, nepotes nõ admittẽtur[p], & ita quàm plurimis uiſum eſt: quæ ſententia apertiſſime falſa eſt, cum ſupra traditum legerimus, eum qui pro ſe & hæredibus huiuſmodi fundum conducit, etiam legare poſſe, atqui magis improprie appellatione hæredis legatarius comprænditur[q], quàm filij appellatione nepos. Illud receptiſſimum eſt, clientem cui beneficiarius fũdus (fundum uocant) pro ſe & filijs conceditur, etiam nepotibus, cæteriſq; deſcẽdentibus reliquere poſſe, hic enim contractus latiſſimam interpretationem propter beneficij naturam recipit[r]. Qua ratione idem & in donationibus dicendum eſſet, fauorabilis enim hic cõtractus eſt. Sextus caſus eſt, cum de filijs fit mẽtio ex proprio corpore natis, nam uidetur nepotes non contineri, & hos præſertim qui ex filiabus nati ſunt, & ſic ab aliquibus reſponſum comperi[s]. Sed in hoc opinatiſſimi ſcriptores diſſentiunt, ſanguinis enim continuatio in nepte quoq; eſt[t], niſi igitur alia cõiectura adſit quæ nos in aliã partẽ deducat, promptius eſt ut pro nepotibus pronuntiemus[u].

p Iaſ.§.inſtituens.
q ʒ.l.prox.
r Iaſ.d.§.inſtituens.
s Guid.pap. q.353.
t Alex.l.ex facto.§.fi.ad Treb.
u d.l.Lucius.

PAVLVS LIB. X. RESPONSORVM.

Lex CCXXI.

PAulus reſpõdet, falſum tutorẽ eũ uere dici, qui tutor non eſt, ſiue habenti tutorem datus eſt, ſiue non: ſicut falſum teſtamentum, quod teſtamentum nõ eſt: & modius iniquus, qui modius non eſt.

PAVLVS. Quod falſo tutore autore geſtum eſt, per in integrum reſtitutionem emendat prætor, & quanti ea res eſt aduerſus eum qui dolo fecit, actionem dat[a]. Declarat hic Iuriſcõſultus, quis dicatur falſus tutor: & eum eſſe interpretatur, qui uere tutor datus non eſt, uel qui datus eſt, ſed perperam & inutiliter, ut qui habenti alium tutorem datus eſt[b]: ſicut & falſum teſtamentũ dicitur, quod nullũ, uel inutile eſt, idemq; in modio iniquo. Et hinc accipi argumentum poteſt, tutorem inutiliter datum, proprie tutorem non dici[c], & ideo adiectione illa falſi diſtinguitur: unde conſequens eſt, ut hic probetur quod cõmuniter traditum eſt, quod nullum eſt actus nomen prorie non habere, ſi actus iuris ciuilis ſit: qua ratione teſtamentum nullum, non eſt proprie teſtamentum[d]: ſtipulatio nulla, non eſt ſtipulatio[e]: ſententia nulla, non eſt ſententia[f]: quod nõ in iudicijs ſolum, ſed & in compromiſſis procedit. Sic & electio nulla, nõ dicitur electio[g]: & ceſſio perperam facta, non habet ceſſionis nomen, & qui iurat ſe ſtatuta obſeruaturum[h], de his quæ nullo iure ualẽt, iuraſſe nõ intelligitur: ſic & alienaſſe emphyteota non dicitur[i], qui uenditione nulla, & non ſolenni diſtraxit. Quòd ſi nomina facti, non autem iuris ſint, quod inutiliter actum eſt, proprie nomẽ ſeruat. Vnde libellus incertus, uel citatio inutilis[k], nomen ſuum ſeruãt, licet in effectu nõ obligent[l]. Sic & epiſcopus ĩutilis, uel hæreticus epiſcopus proprie eſt, tametſi ꝓinde habeatur[m], ac ſi non eſſet. Eadem ratione etiam inutilis maritus[n], nomen mariti ſeruat, quàmuis legis interpretatione eius uxor orbata exiſtimetur. Sanè plerumq; accidit, ut etiam actus iuris ſub uero nomine deſignentur, licet caſſi & inutiles ſint: quod quandoq; fit enuntiationis cauſa, ut cum lex matrimonium nullum, uel diuortium, ſimpliciter ſuo nomine appellat[o]: quandoq; per locum qui ex affectu dicitur[p], ut cum Titiũ rem ſuam emiſſe ſcribimus, nimirum indicantes, hoc eum egiſſe, ut rem emeret: quandoq; actus ſuſtinendi cauſa, ut cum iuſſus eſt quis hæreditarium ſeruum manumittere, & deinde hæres eſſe[q]: ſufficiet enim uel de facto manumittere, ut adire poſſit. Sed & lex Pontificia[r]: Rex, inquit, Cæſarem in dominum non recognoſcit: quod de facto interpretantur pleriq;, hoc enim uerbum magis ad factũ, quam ad ius refertur.

a l.j.l.nouiſſi. qđ fal.tut.
b §.interdum. Inſt.de cur.
c l.iij.de teſt. tut.
d l.ij.§.j.quẽ ad.teſt.ape.
e l.j.§.ſed ſi mihi.de uerbo.obli.
f l.4.§.cõdẽnatum.de re iud.
g Bart.l.filiũ.de leg.præſ.
h Fely.c.ex tenore.de reſcrip.
i Bald.l.ij.de epi.audi.
k l.j.in princ.de fer.
l c.j.de præſ.
m c.inter.de tranſ.præl.
n l.fi.C.ad le.fal.de plag.
o l.qđ ſeruius.de cõdi.ob.turp.
p l.Labeo.ʒ.e.
q l.mulier.§.j.de cõd.iſt.
r c.ꝑ uenerabilẽ.qui filij ſint leg.

HERMOGENIANVS. LIB. II. IVRIS EPITOM.

Lex CCXXII.

PEcuniæ nomine, nõ ſolum numerata pecunia, ſed omnes res, tam ſoli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur.

PECVNIAE nomine. Pecuniæ ſignificationem uario modo accipi[a], ſupra demonſtrauimus: & quandoque latius patere, quàm ut id quod in numero eſt ſolum comprændat, mobilia enim & immobilia complectitur, atque etiam iura, cęteraſq; huiuſmodi res incorporales: quapropter ſi tibi pecuniã, quam Titius debet, donauero, actionẽ, quoque donaſſe uidebor[b]: hincq; apparet, pecuniæ uerbum uniuerſale eſſe, ut merito Senatuſconſultum Trebellianum in eo locum habeat[c], qui pecuniam omnem reſtituere rogatus ſit, de iuribus enim actũ quoq; intelligetur: cuius rei rationẽ aſſignat hãc Accurſius, quia omnes res in pecuniã cõuerti poſſunt, idq; IIII. Ethycorũ Ariſtoteles ſenſit. Sed

a l.pecuniæ.ʒ.eod.
b Bar.l.ſi ſeruus.§.fi.de ſtip.ſer.
c l.nã qđ.in fi.ad Treb.

hac ratiõe etiam cum nummũ dicimus,aliud ꝗ quod in moneta eſt ſignificaremus, parq; eſſet nũmi & pecuniæ notatio[d],quod falſum eſt. Verius igitur[e] quod Auguſtinus in lib. de doctrina Chriſtiana tradit. Dum totum[f], inquit, quod homines in terra habent,quorũq; domini ſunt,pecunia dicitur:quia antiqui quod habebãt, in pecoribus habebãt. Sanè reſtringit̃ hæc ſignificatio, quandoq; ex ſubiecto argumento. Pone in ſermone hominis illiterati, & idiotæ[g], facta eſt pecuniæ mentio, intelligemus anguſte de pecunia numerata[h],quã & uulgares denarios uocãt:cum denarius proprie ſit decem aſſes,hoc eſt argenti drachma[i].

*d l.litigatores. §.quod ait. de arb.*
*e Iaſ.l.talis. de leg.j.*
*f j.q.3.totũ.*
*g Bar.l.uxorẽ. §.legauerat de leg.iij.*
*h l.j.ad Mace.*
*i Card. cl.exiui.§.porrò. eo.tit.*

PAVLVS LIBRO III. SENT.

Lex CCXXIII.

LAtæ culpæ finis eſt,non intelligere id, quod omñes intelligunt. [Γ] Amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cũ patrefa. honeſtis familiaritatis quæſita rationibus.

VENVLEIVS LIB. VIII. STIPTL.

Lex CCXXIIII.

VInculorũ appellatione, uel priuata, uel publica uin

LATAE culpæ.Culpæ nomen generale eſt,& dolum quoq; comprændit:qui em̃ dolo fecit,utiq; in culpa eſt. Vnde qui ꝓmiſerit damnũ præſtare quod ſerui mei culpa cõtigerit,ſi quid doloſe deliquerit, ut quia furtum fecerit,reſarcire quoq; tenebitur. Solent tamen Iuriſcõſulti[a], cũ culpã non præſtãdam ſimpliciter dicũt,de leui intelligere: lata em̃, cum dolo proxima ſit, ferè ſemper præſtãda eſt. Dicitur autẽ dolo ꝓxima duobus modis, aut quia præſumptã in ſe fraudẽ contineat[b], ut cũ nõ eam diligentiã in rebus alienis quis adhibuit,quã in ſuis:aut ꝗa tam ſupina & inexcuſabilis culpa eſt,ut tametſi nõ præſumat̃ fraus,parũ tamen ab ea diſtet[c]:ueluti cũ quis in gratiã amici negligens fuit,licet em̃ gratia & nimia facilitas excuſet à dolo, ꝓxima tamẽ illi eſt. Et ideo regulariter proditũ eſt, cũ lex aliquẽ dolũ præſtare teneri dicit, etiã de lata culpa intelligi:quod tamẽ queadmodũ accipiẽdũ ſit infra tractabimus[d]. Quis aũt huius culpæ ſit finis,id eſt definitio,ſuperius diſputauimus. At leuis culpa ſic definiri poteſt,ut ſit negligẽtia,qua quis in rebus alienis eã curam non adhibet,quam cæteri patresfamilias ſolent,tametſi in ſuis minime diligentior ſit.

*a l.cõtractus. j.tit.j.*
*b l.quod nerua.dep.*
*c l.ſi proc.in fi.mand.*
*d l.magna.*

¶ §.AMICOS. Pluribus modis accipitur amicitia,eſt enim quædã maxima, & penitus inhærens animis inuicem ſe amantium,cuius multa exẽpla cõmemorat Lucianus in Dialogo qui Toxaris inſcribitur,quamq; Græci ſic explicãt,σώματα μὲν δύο ψυχὴ δὲ μία,ut eadẽ anima duobus in corporibus eſſe uideat̃,qđ idẽ uterq; uelit, nolitq;. Alia eſt quæ hic deſcribit̃,nõ quidẽ tam ardẽs,ſed tamẽ nõ leuiter cõiuncta,& honeſta cõſuetudine introducta:& de hac proditũ eſt leges accipiẽdas eſſe, quæ cauſa amicitiæ aliquid indulgẽt[e], uel uetant:prior em̃ illa,cũ Heſiodi Erigone ad ſuperos, opinor,receſſit, & nuſq; in humanis habitat. Eſt & alia uulgaris,qua congerrones, idq; genus ſocij etiãnũ uulgò amicos ſe inuicem appellãt: ea ex leui notitia contingit,& inter improbos quoq; plerũq; eſt. Sunt aũt arctiſſimæ illius amicitiæ cauſa pleraq; cõceſſa, & quicqd cognationis fauore introductũ eſt, id om̃e ad huiuſmodi amicos extenditur[f]:quæ em̃ maior poteſt eſſe cõiunctio? Hinc aliqui tradiderũt licitì eius amoris ardorẽ,uim clauſulæ codicillaris habere[g]:aliqui reuocationẽ clauſulę derogatoriæ inducere,quæ in priore teſtamẽto adiecta ſit[h]:aliqui in ſubſtitutione fideicõmiſſaria ſimpliciter facta hoc operari,ut amici ſui filij ſubſtituto præferãtur[i]. Sũt & ꝗ ſicut cõiunctũ,ita & amicum abſq; mãdato ad agẽdũ admitti crediderint[k]. Quæ oĩa uera eſſe ego arbitror in priore illa amicitia, quæ uſq; adeò noſtris tẽporibus rara eſt,ut cuiuſdã prodigij loco ſit,ſi uſq; gentiũ reperiatur. Sed nũquid amicus ad teſtimoniũ admiſſus ꝓ amico probet[l]? Et de fide diminui illi conſtat,& ideo ex numero teſtium cõualeſcere poſſet,ut ſi, ubi aliàs duo ſufficerent,tres amici reciperentur. Addũt aliꝗ tã immẽſam amicitiã poſſe deprẽdi,ut nõ ſolũ diminueret̃,ſed om̃ino eleuaretur[m]. Cõtra Bal.[n] cũ amicitia uirtutis & fidei nomẽ ſit,nõ eſſe,admittẽdũ, ut ꝓpter eã fidei minus teſti adhibeat̃. Sed in hoc deuentũ eſt, ut amicitiæ cauſam iudex inſpiciat,& ſi ex ſocietate ocioſa,uel non multum egregia, nec ſeueris uiris laudata cõſuetudine proueniſſe depræenderit,ſummamq; eſſe,nihil eis fidat,& ita arbitret̃,magna em̃ affectio ueritatẽ prorſus impedit[o]. Nec refert ad amicitiã ſe inuicẽ unq; uiderint aliqui,uel id minus,cũ ex fama & bonis operibus ſæpius accidat[p], ut inter ignotos quoq; nõ uulgaris dilectio exoriat̃. Sanè nõ om̃is ꝗ parcit amicus eſt[q], nec om̃is qui uerberat,inimicus:ut Auguſtinus ait.

VINCVLORVM. In uinculis eſſe dicitur,quicunq; uinctus eſt, ſiue publice à magiſtratu,ſiue priuatim,ut ſeruus à domino, Cuſto

no.Cuſtodia uero ad ius publicũ pertinet, cũ
quis in carcerē detruſus,uel ſub cuſtodia Ma
giſtratuũ eſt. Poteſt aũt qui tribunali præeſt
ex qualibet leuiſſima ſuſpicione eũ quē nocē
tem arbitretur,in carcerē ducere[a];oportet ta
men qualē qualē
ueſtigationē præ-
ceſſiſſe,ne iniuriā
faciendi cauſa hoc
mādaſſe uideat̃[b].
Quo caſu graua-
retur eius opinio,
licet pœnā aliquā
nõ ſubeat. Solum
em̃ in ciuilibus re
ceptũ eſt,ut iudex
iniuſte aliquem in
carcerem retinēs,
actione iniuriarũ
conueniri poſſit[c].
Hincq́ apparet,
cũ iudex ordina-
rius à captura no
centis cœpit,non
excuſari reũ quo-
minus in examine
interrogatus ſub
ſacramēti religio-
ne reſpondere te-
neatur[d], delique-
rit an nõ delique-
rit,alioqui lex ius
capiendi non cõcederet,ſi nõ niſi præcedēti-
bus indicijs interrogari poſſet. Accipitur aũt
cuſtodia pro carcere[e],quoniā in illum rei nõ
pœnæ cauſa,ſed cuſtodiēdi mittũtur,unde ſi
effugiāt,cuſtodes ipſi tenētur. Qm̃ lex præſu
mit,nõ poſſe parietes effringi[f],nec inſtrumē-
ta huiuſce rei cauſa haberi ſine eorum culpa,
idq́ & Aret.[g] reſpõdit. An autē ob æs alienũ
capi & in carcerē detrudi quiſq́ poſſit? Peri-
tiores negāt,niſi fiſcalæ ſit nomen[h],cõtuma-
ciaq́ acceſſerit, uel niſi aliquis iam cõdemna
tus ſit,quo caſu cedēdo bonis liberatur[i]. At
olim lege XII.tab.aliud erat,cui per deſuetu
dinem recte derogatum fuiſſe,apud Gellium
Cæcilius Iuriſconſultus diſputat.

a Sal.l.nullus. C.de exh.re.
b glo.c.fi.de accuſ.in 6.
c Bald.l.ij.C.de his q lat.
c l.pen.C.qui bo.ced.
d Bart.l.marcellus.rer.amot.
e l.ad cõmentarienſem.C.de cuſt.re.
f l.carceri.in fi.de cuſ.re.
g Are.cõſ.38.
h l.nemo carc.C.de exa.trib.
i l.j.C.qui bonis ced.

FVGITIVVS. a ¶Qui mancipia uen-
dũt,ex edicto Aediliũ curuliũ certiores
facere emptores debent,ſeruus fugitiuus, an
erro ſit[a]. Sũt aũt Errones, hi q à dño recedũt,
ut cum uagati aliquādiu fuerint,reuertātur:
ſic apud Ouidiũ Sappho Phaonem appellat.
Nec uos erronem tellure admittite noſtrum.
Licet eius loci interpretes Grāmatici id iuris
uerbũ,nõ perceperint. Sanè oſtēdit Iuriſcon-
ſultus,ſolā mentē ꝓpoſitũq́ fugiēdi nõ ſuffi-
cere:ut fugitiuus quis dicatur, niſi & aliquis
actus fugæ acceſſerit.

a l.j.l.quis ſit.de ædi.ed.

cula ſignificantur cu
ſtodiæ uero tantum
publica cuſtodia.

TRIPHONIVS LIBRO I. DISP.

Lex CCXXV.

FVgitiuus[a] eſt,nõ
is qui ſolũ fugien
di cõſiliũ à dño ſuſce
perit,licet id ſe factu-
rum iactauerit[b], ſed
q in ipſo facto fugæ
uitiũ mētis deduxe-
rit:nā & furē,& adul
terũ,& aleatorē,quā-
quā alia ſignificatio-
ne[c] ex animi propo-
ſitiõe cuiuſq́ ſola di-
cere quis poſſet, etiā
hũc q nũq́ alienā rē
inuito dño ſubtraxe
rit,qui nunq́ alienā
matrēfam. corrupe-
rit,ſi modo eius men
tis ſit,ut occaſiõe da-
ta id cõmiſſurus ſit,
tamen oportere hæc
eadē crimina aſſum-
pto actu[d] intelligi:&
ideo fugitiuũ quoq́,
& erronē, nõ ſecũdũ
propoſitionē ſolam,
ſed cum aliquo actu
intelligi conſtat.

PAVLVS LIB. I. MANVALIVM.

Lex CCXXVI.

MAgna neglige-
tia culpa ē,ma-
gna culpa dolus eſt.

b ¶IACTAVERIT. Verba em̃ iactato-
ria nõ obligāt,& nullius effectus ſunt[b],unde
& ſi quis iactauerit,ſe Titium occiſurũ, q̄quis
deinde cõſtet fuiſ-
ſe occiſum, nõ tñ
aduerſus iactato-
rem illũ præſume
tur,ut cõdemnari
poſſit, ſed ſolũ po
terit queſtiõi ſub-
ijci[c]. Quid ſi hoïe
occiſo, glorioſu-
lus aliqs inter cõ-
gerrones ſuos ia-
ctauerit ſe eius cri
minis autorē. Et
putauerim nõ ſuf
ficere id quæſtio-
ni,niſi aliæ conie-
cturæ accedāt, ut
qa inimicus eius
eſſet,uel alioq per
cuſſor,& reprobæ
uitæ. Nā & cõfeſ-
ſio extra iudiciũ
habita,tāti nõ eſt,
ut ex ea ſolum tor
queri qs poſſit[d].

b l.fi.de hær.inſt.
c l.ad metum.C.qd'me.cā.
d l.capite.3.de adulte.

c ¶ALIA ſigni-
ficatione. Quantũ
ſit reſpectu Dei,ut Accurſ.exponit. Quoniā
apud Matthæũ ſcriptũ eſt[e]: Qui uiderit mu-
lierem & concupiuerit,iam mœchatus eſt in
corde ſuo. Ego non arbitror Ethnici ſcripta
ab Euāg.interpretationē accipere. Satius igi
tur eſt,ut de eo loco intelligamus, quē κατὰ τὴν
προσπάθειαν Hieron.appellat. Grāmatici ab affe
ctu uocant. Cicero in Aratæo carmine.
Vt quõdam Orion manibus uiolaſſe Dianā.
Id eſt,uiolare appetiſſe. Vergilius,
Galli per dumos aderant, arcemq́ tenebant.
Id eſt affectabant tenere. Qua figura & adul-
terum,& furem,& aleatorē dicemus, qui ho-
rum criminum affectatores fuerint.

e 32.q.5.qui uiderit.

d ¶ASSVMPTO actu. Id eſt,ab actu quē
facere cœperit,& per eum non ſtetit, quo mi
nus faceret,ut Oldradus ait.

MAGNA negligētia. Negligētia ſim-
plex eſt,quam culpā leuiſſimā uulgò
uocāt. Culpa uero, cũ ſimpliciter in lege po-
nitur pro ea accipit̃,quæ leuis eſt:id em̃ inter
leuiſſimam & latam mediũ eſt,& hoc niſi ſub-
iecta materia repugnet. Idem in teſtibus qui
ſi culpā interueniſſe in cõtractu profiteātur,
propter incertitudinem nõ probant[a],debue-

a Alex.l.ſi mora.col.5.ſolu.matr.

runt enim declarare expressius de leuissima, leui, uel lata intelligerent, & hoc Cornæo uisum est[b]. Magna uero, uel lata culpa, dolus est, intellige præsumptus. Nam uero dolo lata culpa solũ proxima est. Appellatur & quãdoq; in iure hæc culpa latior, ea ratione qua cõparatiuum pro positiuo scribimus[c], ut apud Vergilium, Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes. Cum igitur lata culpa dolus sit, cõsequẽs est, ut quælibet dispositio, qua dolum malum duntaxat præstari tradatur, etiam de lata culpa intelligatur[d]. Quod ego uerum esse arbitror, præterq; in lege Corn. de Sicarijs[e]. Qui enim ex lata culpa eo crimine deliquerit non illius legis pœna, sed leuius punietur. Quo exemplo responsum est, cum ex statuto pœna mortis homicidæ irrogatur[f], nisi quis se defendendo occiderit nihilominus eum quoq; non contineri, qui lata culpa, non autem dolo deliquerat, idq; receptissimum est. Addunt alij idem esse generaliter ubi agitur de pœna etiam pecuniaria, & lex mentionem expressam doli facit, tunc enĩ nõ sufficere latã culpam[g]. Quapropter ut iuramentum in lite deferatur aduersus eum qui in culpa lata solũ est, obtineri nequit[h]. Idem in eo dicendum, qui sententia iudicis infamia notatur[i]: hoc enĩ in solius doli ultionem concessum fuit. Sed & qui in lata culpa est, uere malæ fidei non est[k], at qui in dolo est, ipse est malæ fidei. Quapropter & in integrũ restitutio hoc casu non conceditur[l], quam tamẽ & maxime negligẽtes solẽt impetrare. Sanè quẽadmodũ in cõtractibus culpa præstanda sit, longa est disputatio, quæ tamẽ paucis finiri sic potest, ut distinguamus, an utriusq; causa ineantur contractus, an dantis tantum, an accipientis. In priore casu non solum lata, sed & leuis culpa præstãda est: quod in uenditione, pignore, dote, emphyteosi, locatione, societate dicendum est[m], nisi res locata friabilis sit, & quæ facillime frangitur[n]: tũc enim & leuissima culpa præstabitur. Sed & si quis socium negligentiorem assumpserit, sibi imputet: non enim quicq; præstabit, dum in suis rebus diligentior non sit[o]. Sequẽtis speciei contractus solũ dolum & latam culpã recipiunt[p]: quapropter qui depositũ accepit, leuis culpæ nõ damnabitur, cũ enim sua gratia cõtractus initus nõ sit, sed aliena, æquum ui-

b Corn. consi. 108. in j.
c l. quod nerua. dep.
d l. cõtractus. j. tit. j.
e l. i lege Cor. §. ad l. Cor.
f Cardi. c. lator. de homicid.
g l. ij. §. sed & fi. §. ui bo. rap.
h l. in actiõib. de in lit. iur.
i §. suspectus. instit. de suspec. tut.
k l. sed & si. §. scire. de pet. hær.
l l. ubi. de ædẽ.
m d. l. contractus.
n l. si merces. §. qui colũnã. locati.
o §. fi. Insti. pro soc.
p d. l. contractus.

IDEM LIB. II. MANVAL.

Lex CCXXVII.

EX illa parte edicti, eum quem ei hæredem esse oportet, hæredis hæredibus bonorum possessio non defertur. Item in substitutiõe his uerbis, quisquis hæres mihi erit, proximus hæres tãtum significatur, imò nõ tantũ proximus hæres, sed etiã scriptus.

sum est, ut solũ dolũ seu latã culpã præstaret. Qua ratione si cõtra naturã cõmodati[q], gratia cõmodantis solius cõtrahatur, leuis culpa nõ oberit. Non tamẽ hæc perpetua sunt: Nã in mandato etiã leuis culpa quãdoq; præstabitur[r], ut cũ res, de qua mãdatum est, mediocrẽ diligentiam requirit: præstabitur & leuissima, cum natura negotij exactissimam industriam postulat, ut ĩ Procuratore ad lites[s], & Præfecto Liburnicarum: Qui enim huiusmodi mãdatũ suscipit, se actui mãdato idoneũ penitus profiteri uidetur, & ita Alex. respõdit[t]. Negotiorũ quoq; gestor, leuis culpæ nomine cõuenietur, cũ enim se spõte offerat, mediocrẽ diligentiam præstare debet[u]. In tutelæ quoq; contractu quo minoribus magis succursum esset, leuis culpæ nomine agi posse placuit, nisi in exactiõe nominũ cessatũ esset[x], uel in prædioꝝ emptiõe captio fuerit, tũc enim solũ lata culpa gestum resarciet[y]. Sed & tutorũ hæredes ex lata culpa solum cõuenietur[z]. In ultimo casu receptum est, etiã leuissimæ culpæ rationẽ reddendam, unde & cõmodatarius sic condẽnabitur: cum enim ob eius gratiã contractus initus sit, debuit diligentissimus esse[a], ne beneficium cõmodãti damnosum fiat. Quod & in cõtraria actione depositi & mãdati eadẽ ratione receptum est[b]. In precario tamen, solũ latæ culpæ periculum subeundum est, sibi enim imputet dominus, qui statim precarium nõ reuocet[c], si accipientis diligentiam suspectã habeat: nã postq; reuocauerit, si mora facta fuerit, de leuissima quoq; iudicium reddetur[d].

EX ILLA. Verba edicti unde legitimi à prætore uocãtur[a] sunt, eũ quẽ ei hæredem esse oportet, si intestatus mortuus esset, bonorum possessorẽ faciã. Quibus uerbis is agnatus cui iure ciuili hæreditas delata esset, ad bonorum possessionẽ à prætore admittit. Vnde cũ eius agnati hæres, aut nõ æque ꝓximo, aut nullo penitus gradu eũ q̃ intestatus mortuus est cõtingat, meritò à bonorũ possessione reijcit, sicut & ab hæreditate repelleret. Sicq; uerbũ illud hęredis, in edicto p̃toris ad ꝓximũ tm̃ refert. In casibus tñ, in q̃bus ius agnoscẽdæ bonoꝝ possess. ad hæredẽ trãsmittit, uideret hæredẽ quoq; hæredis cõtineri[b]: ut cum intra terminũ deliberandi legitimus hæres moritur[c], nisi tũc eum hoc edicto non uocari

uocari,ſed aliarum conſtitutionũ extenſione dixeris,quod magis probo. Alius eſt etiã caſus,quo proximus tãtum hæres intelligitur, in illa uidelicet ſubſtitutione: Quiſquis mihi hæres erit,Titio filio meo, ſi pupillus morietur,hęres eſto. Cu ius rei illa eſt ratio,quòd ſubſtitutionis pupillaris ſpes ad hæredẽ nõ transmittitᵈ[d],quapropter ſi iuri accreſcẽdi cõiuncta ſit,aliud eſſet:cum ẽm ius accreſcẽdi nõ perſonã ſed rẽ reſpiciat, hæredi quoque hæredis portio accreſcit[e]. Et ideo in ꝓpoſita ſubſtitutionis ſpecie,ſi pupilli cohæredẽ adijſſe proponatur,deinde pupillũ mortuũ, eius quoq; hæreditas illi neceſſario accreſcet[f]:quod procedit etiã ſi ante pupillũ cohæres iſte deceſſerit. Qui enim ei ſuccedet, pupillo quoq; ſuccedet,ne diuerſum ius ĩter ipſum & eius autorem inducatur:abſurdum quippe eſſet, primum hæredem potuiſſe cogi,eius uero ſucceſſorem non poſſe,& melioris fieri conditionis,idq; in pupilli damnum, cuius intereſt ex teſtamento,quod ei fecit pater,adiri hæreditatem[g]. Vnde cum de fauore eius agatur,hæreditas eadem cũ paterna cenſetur[h],& altera alteri accreſcit , tametſi uere duæ hæreditates ſint. Quod autẽ ſubijcitur, hac ſubſtitutione ſcriptum hæredem ſolum comprændi,hoc ſignificat,ut nec per filiumfamilias pater,nec per ſeruũ dominus admittatur,non enim illis affectus fuiſſe teſtator uideretur,ſed eis ſolum quos nominatim ſcripſerat,cum domini uel patris ſpes in huiuſmodi acquiſitione incerta ſit. Quid ẽm ſi ante quæſitam hæreditatem filius uel ſeruus de manu exeat[i]? Quid ſi nullis minis , nullis precibus compelli poſſint,ut adeant? Sed de hoc latius ſupra à nobis tractatum eſt[k].

d l.ſed ſi plures.de uulg.
e l.ſi ex pluribus.de ſuis & leg.
f l.q patri.de acq. hæred.
g l.ſi pupillus.de acq. here.
h l.pap.§.ſed nec impuberis.de inoff.
i l.cũ proponas.C.de hæ re.inſt.
k l.ſciẽdũ.ſ.e.

IDEM LIB. SINGV. DE COGNITIO.

Lex CCXXVIII.

Mvnicipes intelligendi ſunt,& hi qui in eodem municipio nati ſunt.

IDEM LIB. SING. DE TACIT. FIDEIC.

Lex CCXXIX.

TRãſacta, finitáue intelligere debe-

Mvnicipes. Vrbium quæ Romano Imperio ſubijciebãtur,uaria fuit cõditio:ut enim ſtipẽdiarias & fœderatas omittamus,earũ quæ ius ciuitatis Romanæ habebant,aliæ Colonię,aliæ Municipia dicebant̃. Coloniæ erãt,in quas ciues Romani habitatum deducti erant,agerq; eis aſſignatus : ſolebãt autẽ deduci ueterani, & pro diutinoꝝ laborũ mercede,unde ſenectutẽ tolerarẽt,iugera bina accipiebãt. Cauſa deductiõis erat,uel infrequẽtia urbiũ,uel pœna,qua ueteres Coloni male de Republica meriti,mulctabãtur. Hæ coloniæ tanq; quædam urbis Romanæ effigies,paruaq; ſimulachra erãt,Metropolis enim ſuæ legibus neceſſitatibusq; adſtringebãtur,& ideo magis obnoxiæ q̃ Municipia, licet propter autoritatẽ amplitudinẽq; Pop. Rom.maiore in honore eſſent,unde & ĩ præmiũ ius Colonicũ q̃buſdã ꝓuincialibus q̃nq; tributũ fuit,ut Berytẽſibus & Aeliopolitanis[a]. Municipes igit̃ aliquãto melioris erãt cõditionis,q̃ uidelicet ſuis legibus, ſuiſq; moribus uiuerẽt, & nihilominus ciues Romaæ eſſent, honoresq; ĩ urbe Romana capeſſerẽt,& ſicut cæteri ſuffragiorũ ius haberẽt,unde & nomen ſumpſerũt: ab eo uidelicet, quòd honorarij muneris capaces eẽnt, licet oneꝝ neceſſitatibus nõ adſtringerent̃,ut lib. XVI. A. Gellius diffuſius explicat:atq; ita intelligenda ſunt Vlpiani uerba, dũ proprie Municipes appellari tradit[b]. Qui in ciuitatẽ Romanã adſciti ſunt, ut munera nobiſcũ faciãt. Sed nũc abuſiue municipes dicunt̃,ſuę cuiuſq; ciuitatis ciues. Vnde Puteoli,& Capua,licet Coloniæ Romanoꝝ eſſent, tñ καταχρηστικῶς municipia nũcupabãtur,& earũ urbiũ ciues ſe uiciſſim cõmunicipes appellãt: Conciuẽ ẽm latinã uocẽ nõ eſſe,pleriq; arbitrãtur,exemplo Græci ſermonis συμπολίτης. Fiũt autẽ Municipes aut natiuitate,ſiue origine,ut quia ab eo municipio aliq̃s originẽ ducit:idẽ ſi pater eius,paternam enim patriã ſequi filios legitimos receptum eſt[c]. Aut manumiſſione,quoniã liberti patroni ſui patriã acquirunt[d],unde manumiſſi hodie ciues Romani fiunt. Aut adoptiõe, aut q̃a alienigena à patre Florẽtino adoptatus ſit,fiet enim municeps Florẽtinus. Quo exemplo receptum eſt,ut Monachus,uel Canonicus,uel Rector eius urbis municeps cenſeatur,in qua iure ſacerdotij neceſſario reſidet. Quod & de milite fatendũ eſt[e]. Illud nõ prætereundũ,P. Mario, L. Aſinio cõſulibus factum fuiſſe Senatuſcõſultum,ne ſimulata adoptio in ulla parte publici muneris iuuaret: cęteriq; ſimulatũ, cum beneficia ſortiti,ſtatim emittunt manu quos adoptauere,ut Corn. Tacitus lib. XV. ſcribit, Allectione quoq; creantur municipes, cum Reſpublica aliquẽ eligit[f], & in ciuẽ aſſumit. Quod ſi actũ ſit, ut qui allectus eſt ab omnibus ſit muneribus immunis,non ideo tñ minus municeps eſt, niſi etiã ab honoribus excludatur,tũc ẽm abuſiue municeps dicetur.

a l.j.de cẽſib.
b l.j.ad muni.
c l.aſſumptio. ad muni.
d l.j.C.de lat. lib.toll.
e l.municeps. §.ſi.eo. tit.
f l.ciues.C. de incol.

Transacta. Agit qui in iudicio proſequitur id quod ſibi debet̃. Ab hoc uerbo deducuntur exigere, peragere, tranſigere. Exigit,qui quod iudicio proſequutus

eſt recipit. Peragit, qui obtinet: unde peregiſ-
ſe reum dicitur, qui damnauit. Tranſigit, qui
*a l.j.de tranſ.* actionem ſibi competentem[a], ſiue inſtituta
ſiue inſtituenda ſit, aliquo accepto, cauſa cõ-
cordiæ omittit. Hæcq́ tranſactionis uera &
ſtricta eſt ſignifi-
catio: generaliter
tamen etiam acci-
pĩt pro quocunq́
actu quo concor-
dia inducatur, uel
ab obligatione re
*b l.j.de pact.* cedatur[b], uel ad fi
nem aliquid duca
cat̃. Vnde trãſige
re æſtatẽ Plinius
dixit, ſic & tranſigere æuum, trãſigere diẽ di-
cimus. Igitur in Senatuſcõſulto, quo trãſacta
*c l.j.in fi.ad Tertul.* finitaúe rata maneant[c], cautum eſt: tranſacta
generaliter accipiemus, etiam quæ ſine con-
trouerſia finita ſunt. Cur autẽ ſpecialiter po-
tius uox hæc accipiatur, dubitari poteſt: an
quòd particula, ue, ſubdiſiũctiuæ uim habet,
& eodem ſenſu intelligẽdam oſtendit, quo &
finita intelligit? an quòd nulla eſt ratio cur
magis in ſpecie accipiatur? Nec enim ſolum
rata eſſe debent, quæ iuſta tranſactione ſopi-
ta ſunt, ſed & quæcunq́ alio modo finem ha-
*d c.j.de lit. cõ teſt.in 6.* buerunt. Quapropter uulgò dicimus[d], litis
finitæ exceptionẽ, ſi ne ulterius procedatur
oppoſita fuerit, cõteſtationẽ impedire. Sunt
autem huiuſmodi exceptiones non hæ tãtũ,
quæ hic enumeratæ ſunt, rei uidelicet iudica-
tæ, uel trãſactæ, uel uſucaptæ, ſed etiã multæ
aliæ: unde generaliter proditũ eſt, quancũq́
exceptionẽ peremptoriam, qua euidenter &
incontinẽti conſtare poſſit, nõ potuiſſe reum
*e Bar.l. elegãter. §.ſi qs poſt.de condi.inde.* in ius uocari, litis cõteſtationẽ impedire[e]: ue-
luti, quoties conſtat actionẽ nullam actori cõ
petere, ut qa lex dicat, eius rei nomine actio
nulla petitióue ſit[f]. Idem ſi agẽtis nihil inter-
*f l.mater.de inoff.teſt.* ſit, uel in criminalibus accuſationibus ex ex-
ceptione obiecta factum impunibile redda-
*g l. ſi ſeruus. C.de his qui ad eccl.* tur[g], idq́ protinus appareat. Nam recepti iu
ris eſt, nullam exceptionẽ, etiam rei iudicatæ,
conteſtationẽ & cauſæ ſtatum impedire, niſi
ſtatim probari poſſit, idq́ ſe facturũ reus re-
cipiat. Quæ enim altiorẽ indagationẽ requi-
*h Bar.l. nã & poſtea.de iureiur.* runt, poſt iudiciũ acceptum reſeruantur[h].

VT SVNT. Enumerantur hic tres ex-
ceptiones quæ litis conteſtationẽ impe
diunt, ſi à reo ſint oppoſitæ, quia litigare ſe
uelle neget, tanq́ res minime dubia ſit, quam
finitã eſſe iam conſtet. Quòd ſi ſimpliciter ſe
non debere aſſerat, litemq́ conteſtetur, tunc
in uim peremptoriarum obijcientur, cogno-
ſcetq́ iudex, & diffinitiue pronũtiabit. Sanè

mus, non ſolum de
quibus controuerſia
fuerit, ſed etiam quæ
ſine cõtrouerſia ſunt
poſſeſſa.

IDEM LIB. SIN-
GVL. S. C. OR-
PHITIANI.
Lex CCXXX.

VT ſunt iudicio
terminata, trãſ-
actione compoſita,
lõgioris temporis ſi-
lentio finita.

annotandus eſt loquendi modus, dũ Iuriſcõ-
ſultus finita intelligit, quæ longioris tempo
ris ſilentio finita ſunt: quibus uerbis per uſu
capionem negotium finiri ait, non autem do
miniũ acquiri. In quo articulo à noſtratibus
doctoribus diu di
ſputatum fuit[a], in
hocq́ tandem de-
uentum, ut uſuca
pione directũ do-
minium, præſcri-
ptiõe utile ſolum
acquiratur. Eſſe
autem uſucapio-
nẽ in rebus mobi
libus, præſcriptio
nem in immobilibus. Quæ ſentẽtia omnino
mihi non placet: Paſſim enim ueteres uſuca-
pionem appellãt, etiam immobiliũ rerum[b]:
idq́ & Iuriſconſultorum uerbis, & ex XII.
tabularũ lege, cæteriſq́ autoribus, & M. Cice
rone præſertim in Topicis, probari poteſt.
Præſcriptionem uero aſſumere proprie uidẽ
tur pro exceptione ipſa, quæ ex uſucapione
deſcendit: & ideo recte iudicio meo definiue
runt ueteres, Præſcriptionem eſſe exceptio-
nem, quæ ex temporis lapſu ſubſtantiam ca-
pit, & actioni obijcitur[c]. Licet Neoterici futi
libus quibuſdam argumentis diſſentiant. Igi
tur per uſucapionem acquiri uerum & dire-
ctum dominiũ, ſiue mobiles ſint res, ſiue im-
mobiles ego arbitror: Et cum dominium ſit
iuris, non eſt dubium, poſſe autoritate legis
proprie & uere transferri. Nititurq́ ea ratio
ne lex, quod qui uſucapi rem ſuã permittit,
præſtare conſenſum translationi uidetur[d],
alioqui nec mobilium rerum uſucapio unq́
procederet, cũ inuito domino cõtrectatæ res,
uitio reali, id eſt furti afficerentur. Quo caſu
lex Attinia uſucapionẽ inhibet. Cum ergo
in huiuſmodi rerũ uſucapione ceſſante odio
furis interpretetur lex acceſſiſſe conſenſum,
meritò dubitãdum nõ eſt, directum dominiũ
acquiri: in rebus autem immobilibus, cũ ad-
uerſus ſcientẽ & negligẽtem uſu quis acqui-
rit, eadem ratio ſuadet, ut idem credamus. In
ignorante magis dubitari poſſet. Sed tamen
tum quoq́ propter autoritatem legis uerius
eſt, directũ trãsferri: licet ratione naturali per-
ſpecta, quandoque dicatur utiliter aduerſus
eum præſcribi[e], idq́ue eius effectus eſt, quòd
re huiuſmodi ad extranei manus delata, poſ-
ſet naturalis dominus uendicatione uti, nec
admitteretur poſſeſſor qui ab alio uſucaptũ
eſſe affirmaret: quid enim ad eum pertineret,
de iure alterius diſceptare? Illud uulgò cogni
tum, qui cũ mala fide uſuceperit, nullum do-
minij

f l.ſi qs empt. §.i.de præſcrip.xxx.
g c.fi.de præſcrip.

minij ius acquiſiuiſſet, ſed ſola exceptione defendi: Cæterum iure Pontificio nec uſucepiſſe intelligitur[g].

IDEM LIB. SINGVL. AD S.C. TERTVL.

Lex CCXXXI.

QVod dicimus, eũ qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, tunc uerum eſt, cũ de ipſius iure quæritur: aliis autem nõ pdeſt, niſi natus ſit.

QVOD dicimus. Superius traditũ fuit, eum qui in utero eſt haberi pro nato. Quæ regula hic declaratur, ut uera ſit, quoties de eius utilitate quæritur, aliis eñ nõ prodeſt niſi natus ſit. Quapropter in illa conditione fideicõmiſſi, ſi rex Parthorum ſine liberis ex ſe legitime natis deceſſerit, talis Reſpublica ſit hæres. Reſpondit Baldus[a], qui in utero tẽpore mortis fuerit, nõ eſſe impedimento, quo minus eueniſſe cõditio uideatur: hic enim nõ de uẽtris, ſed de hæredis commodo agitur. Quod ſi is hæres qui grauatus eſt ipſe poſthumi pater ſit, aliud mihi uideretur: intereſt enim haud dubie eius qui in utero eſt, ut pro nato habeatur, ſicq; paternã hæreditatem locupletiorẽ habeat. Quod & Aretinus[b], licet alia ratione motus, probat. Cæterum ex hoc reſpõſo tradũt pleriq;, ſi ei qui Lupum ceperit aliquod præmiũ conſtitutum ſit, uenatorẽ à quo Lupa prægnans capta fuerit, non ultra unicum præmium cõſequi poſſe, etiã ſi deinde enixa plures Lupulos ædiderit: hoc enim caſu, non de Lupulorũ, ſed de uenatoris utilitate agi. Quod ut uerũ arbitror, ita conſtãter negauerim, fictionẽ hanc in Brutorũ partu locũ habere, ſolius eñ hominis cauſa introducta eſt, nec æquitas ulla ſubeſt, ut in beluis eadẽ fingamus. Et quod diximus in aliorũ commodũ non fingi, intelligendũ eſt, ut nec patri quidẽ proſit: nam ut ius trium liberorũ interim habeat, haudquaq; ſatis eſt, duobus natis, alium in utero adhuc eſſe, idq; Diuus Seuerus cõſtituit[c]. Quocirca nec matri qdẽ proderit, quæ licet prægnans puniri ſummo ſupplicio nequeat[d], & uẽtris nomine in poſſeſſionẽ mittatur[e], non tamen hoc ideo eſt, quia iam pepeïſſe fingatur, ſed quia qualiſcũq; futura eſt ſpes in lucem prodituri hominis, extinguẽda non fuit. Subeſt autem ſpes illa à cõceptionis die, uſq; ad decimum menſem, Diciturq; conceptus infans, poſt infuſum ſemen, ab eo enim tẽpore poſt decẽ dies dolores capitis, uertigineſq; oculorũ mulieri oriuntur, indiciũ ſcilicet, ut Plinius inquit, inchoati hominis: motus uero in utero quadrageſimo fit die, ſicq; & omnibus antiquis, & etiam Iuriſconſultis conceptum accipi dubium nõ eſt: licet recentiores aliqui, ſolum quadrageſimo die conceptum infantẽ dici opinẽtur[f], tũc enim infundi illi animã. Sed Phyſicorũ celeberrimi quadrageſimoquinto in maribus, id fieri prodiderunt, longiore in fœminis termino. Empedocles, Diogenes, Herophilus dum in utero ſit, propriam animã non habere ullam exiſtimauerũt, ſed matris uirtute agitari. Orthodoxi autores animam formato iam in humanam effigiem ſemine, à Deo creari, infundiq; receperunt, quo autem tempore corpus ipſum formetur, in medium reliquerunt. Quod & nos facturi ſumus, cum id ad Iuriſconſultos minime pertineat, qui, ut diximus, conceptionem ab infuſo ſemine appellant, non à conformatione quæ in utero fiat, quandoquidẽ & inter ipſos Philoſophos hac de re minime conuenit, uariis Empedoclis Aſclepiadæq; ſentẽtiis, quarum libro de placitis Philoſophorũ quinto, Plutarchus meminit.

a Bal.l.qui in utero.de ſtatu ho.
b Are.l.q filiabus.de le.j.
c l.ij.de excu.tut.
d l.prægnãtis ʒ.de pœnis.
e l.j.ʒ.ſi mul.uen.nom.
f In authẽ. de reſt.& ea. §.unum.

CAIVS LIBRO I. DE VERBO. OBLIGA.

Lex CCXXXII.

HAec enũtiatio, quæ fuit pluris aureorũ XXX. ſimul & quãtitatis, & æſtimatiõis ſignificatiua eſt.

HAEC ENVNTIATIO. Quoties ita loquimur, quod in cẽſum detulit Titius, pluris eſt aureorum XXX. id ſignificare poteſt, nõ ſolum quantitatem triginta aureorum in cenſum relatam, ſed etiam tantum rerum ſeu corporum detuliſſe, quãtum æſtimatio triginta aureorum efficere poteſt. Superius autem admonui, in Cæſarum cõſtitutiõibus ita taxari aureũ[d], ut ſeptuaginta duo aurei libram conficiant, licet aureus qui hodie in uſu eſt, minoris ſit æſtimationis, cũ nonagintaſex ex eis libra contineat. Vnde aliq cenſuerunt, tametſi conſtitutum ſit, donationem ultra quingentos, niſi inſinuata ſit[b], non ualere, eam tamen in qua DCLXVI. noſtrates aurei erogati ſint, ualere. Et ita Angel. & Iaſoni uiſum eſt[c]. Nobis uidetur, aureũ quo hodie utimur, ex generali omnium populorum conſuetudine eſſe, ueteri illi ſubrogatũ: & ideo quę de ſolido in iure ciuili cauta ſunt, ad noſtrum hunc, quamuis leuioris ſit põderis, referenda. Nam & in præſentia propter temporũ qualitates pauperiores ſunt ciues quã olim eſſent[d], & ante eas conſtitutiones, cũ Romanum floreret Imperium, cõſtat grauioris ponderis aureos nummos ſignari ſolitos,

a l.quoties.C.de ſuſcept.lib.x.
b l.ſancimus.C.de don.
c Iaſ.l.ij.§.ex his.in fi.de uer.obl.
d §.j.Inſt.de ſuc.lib.

litos. Sunt & qui denarios aureos uariæ æſti
mationis quoque ſignatos fuiſſe crediderint,
idemque arbitrãtur denarium & nummum
eſſe[e], uulgariſq; ſermonis argumento utun
tur: qua in re uulgarem ipſi doctrinam pla-
nè oſtendunt. De
narius enim argẽ
teus ſolum erat,
põderis drachmę,
quatuorq; ſeſter-
tijs nummis cẽſe-
batur, hoc eſt æris
aſſibus decem, un
de & nomẽ ſum-
pſit. Tritiora ſunt
hæc apud rei Lati
næ peritos, quàm
ut autorum tibi-
cinibus ſit opus: apud Græcos tamen dubiũ
nõ eſt auream quoq; drachmam ſignari ſoli-
tam, quam à ſimilitudine ponderis Plinius
quandoq; καταχρηστικῶς denarium appellat.

e Docto. in l. quæ extrinſecus. de uerbo. obl.

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. TABVL.

Lex CCXXXIII.

SI calumnietur, & moret̃, & fruſtre-
tur: inde & calũnia-
tores appellati ſunt,
qui per fraudem &
fruſtrationẽ alios ue
xarẽt litibus: & inde
cauillatio dicta eſt.

SI CALVMNIETVR. Arbitror enũ
tiatiue uerba hæc poſita eſſe, & ut recen-
tiores dialectici dicunt, materialiter. Interpre
tatur autem ea Iuriſconſultus, ut Calumnia-
ri idem ſit, quod per moras & fruſtrationes
negotium differre, uel per fraudem alios liti
bus uexare: idemq; & Cauillari dicit̃, utrũq;
enim uerbum ab antiquo uerbo Caluire de-
ducitur, quod decipere ſignificat, & fruſtrari:
tracta à caluis metaphora, qui eos fruſtran-
tur à quibus præ capillis prædendi uiden-
tur. Quæ autem mora calumniæ præſum-
ptionem inducat, ſic definiri poteſt, ut qui in
termino accuſationi proſequendæ, arbitra-
tu iudicis conſtituto, non adeſt, cauillari ui-
deatur[a]: non debet autem is terminus eſſe
longior, quàm ut intra biennium cauſa expe
diri poſſit: is enim eſt inſtantiæ criminalium
finis, ſicut triennium in ciuilibus[b]. Et ideo
bis errant uulgares latrumculatores, qui ſi
reum conuincere nequeant, eum rebus ſic
ſtantibus abſoluunt, ut quandocunq; uel mi
nima coniectura ducti, rurſus in carcerem
trudant. Nam elapſo biennio inquietari am-
plius non poteſt, & cum accuſatori ſtatutus
eſt terminus probationum recipiendarũ cau
ſa[c], ſi probatum nõ ſit, diffinitiue reus eſt ab-
ſoluendus, non autem ea forma, quam con-
cuſſores, & δημοβόροι iudices repererunt[d]. Sa-
nè & qui de re minima litem criminalem or-
ditur, uidetur nõ abſurde calumniator poſſe
appellari[e]: exemplo Athenienſium, qui hu-
iuſmodi homines Sycophãtas uocabãt, quòd
propter ſubreptos ficus, minimaq; huiuſmo
di detrimenta, capitalem quæſtionem excita-
rent. Quapropter ſi qui collitigẽt de re mini
ma, & uiciſſim longas ambages tricaſq; accu
mulant, non de utilitate ſoliciti, ſed ut aduer-
ſario noceant, putauerim partes religioſi iudi
cis fore, ut ceu cauillatores eos reijciat, actio
nemq; deneget.

a l. qui crimẽ. C. de accuſ.

b l. j. C. ut int. cer. temp.

c l. properandum. §. & ſi quidẽ. C. de iudi.

d Imol. c. j. de offi. ord.

e l. fuſtibus. C. de infa.

¶ Poſt Calendas Ia-
nuarias die tertio p
ſalute principis uo-
ta ſuſcipiuntur.

¶ §. POST KA
lendas. Votũ eſt
alicuius faciendi,
uel non faciendi,
uerſus Deũ deli-
berata & iuſta p-
miſſio. Solebant
autem ueteres q;
plurima uota pro
principe nũcupa-
re. Concipieban-
tur uota anniuer-
ſaria ob diem Imperij, cum uidelicet ad Impe
rium princeps aſſumptus eſſet, quorum & in
iure mẽtio habetur[f]. Imperatori Veſpaſiano
diem Imperij fuiſſe Calendis Iulijs, eumq; in
poſterum celebratum, apud autores traditũ
extat. Concipiebantur ob ſalutem principis
à Sacerdotibus & Conſulibus, idq; poſt ter-
tium diem Calendarũ Ianuariarũ, ut hic dici-
tur: pertinebatq; in prouincijs hæc cura ad
Præſides, qui commilitonibus & Prouincia-
libus præibant, ut Cæcilius Plin. lib. X. Epi-
ſtolarũ eſt autor. Calẽdis ipſis non autẽ poſt
tertiũ diem hæc uota ſuſcipi Corn. Tacitus li
bro quarto ſentire uidetur. Idem Tiberium
ægre tuliſſe tradit, quòd Pontifices cum pro
eius incolumitate uota ſuſciperẽt, iiſdẽ Dijs
filios quoq; Germanici commendaſſent. Sed
& libro XVI. Thraſeæ ab accuſatore obie-
ctũ ſcribit, quòd principio anni ſolẽne iuſiu-
randum uitaret, nuncupationibuſq; uotorũ
non adeſſet, quàmuis Quindecimuirali Sa-
cerdotio præditus. Addit Septimius in Apo
logetico, Tum ſolitos ciues focos & choros
in publicum educere, uicatim epulari, ciuita-
tem tabernæ habitu obolefacere, uino lu-
tum cogere, cateruatim curſitare. Concipie-
bantur & pro ſalute principis uota à priua-
tis, aliquid uouentibus, ſi principem ſuper-
ſtitem reliquiſſent, ut in Auguſto Tranquil-
lus oſtendit. Idem autor eſt C. Cæſarem Ca-
ligulam pleroſq; huiuſmodi conualeſcentes,
tanq; impoſtores per ora hominum tradu-
ctos, infulatoſq; peſſime mulctaſſe, quoſdam
etiã ad necem uſq; cõpuliſſe. Erãt & alia uo-
ta quæ in quinquenniũ publice nuncupabã-
tur, habebanturq; tum ludi pulcherrimi, &
Quinquennalia appellãtur. Eorum origo ui
detur ex libris Sibyllinis emanaſſe, qbus tra-
debatur, ut in difficillimis Reipublicę tẽpori
bus

f l. om[...] de feri[...]

buſ uer ſacrum uouerent, ſi ad quinquenniū proximum res ita ſaluæ, uti tunc erāt, forent: cuius rei libro XXXII. T. Liuius meminit. Horum uotorū Ludorumq́ Quinquēnaliū & Nazarius & Mamertinus in Panegyricis mentionem fecerūt. Sunt & Decēnalia uota, quorū rationē Dion. in Auguſti uita ſic exequitur: cū Auguſtus Rēpublicam reſtituere uellet, reclamātibus cunctis, non ultra decenniū ſe imperaturū promiſiſſe, quo tempore elapſo, precibus adactum, in ſequens decēniū diſtuliſſe, atq; item in aliud. Quāobrē eius ſucceſſores, licet perpetuā adminiſtrationem accipiant, ſingulis tamē decē annis ludos uouēt, quos celeberrimos faciūt, tāq; principatū tūc renouare incipiant. Hinc & Vicennalia & Tricennalia dicta ſunt. Notantur autem in ueteribus numiſmatis hoc modo VOT. X. VOT. XX. VOT. XXX. Horum meminit Trebellius in uita Galieni, Et Amianus Marcellinus, qui Conſtantium Imperatorem ſcribit Arelate Tricēnalia celebraſſe, Theatralesq́ & Circenſes ludos ambitioſo apparatu.

¶ §. TELVM. Plectit lex Cornelia eum, qui cum telo, cauſa hominis occidendi fuerit: dubitatum eſt quemadmodum telum accipiendum ſit, & nō ſolum quod ab arcu mittitur ſignificari, ſed omne quod manu mitti poteſt Iuriſconſultus ait: idq́ argumento ab Etymologia ſumpto: ſiquidem telum dicitur ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, quod longe ſignificat. Probatur idem & Græci ſermonis ſimilitudine: quod enim nos telum dicimus, illi βέλος dicunt: deduciturq́ ea uox ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, id eſt à iaciēdo. Quàmuis quod arcu mittitur, proprie ab eis τόξευμα dicatur, τόξος enim arcum ſignificat: unde & toxicum, quoniā eo ſagittæ intingebantur, ut Plinius ait. Quòd autē ita ſit in ſermone Græco, probat Iuriſconſultus autoritate Xenophōtis, qui ita ſcribit τὰ βέλη ὁμῶς ἔχοντο λογχαὶ τοξεύματα σφενδόναι πλείστοις δὲ καὶ οἰστοί. Huiuſmodi, inquit, tela ſimul ab eis habebātur, lanceæ, ſpicula, fundæ, plurimis autem & ſagittæ. Sic autē emēdandus hic eſt locus, ex antiquorū codicum lectiōe, ſuſpicorq́ eodē modo ſcriptū fuiſſe à Tribuniano in Inſtitutionibus ſub rubrica de publicis iudicijs, ubi Epigrāma ī Xerolopho ſcriptū allegatur. Quàmuis enim me non lateat, in Xerolopho tripodes fuiſſe, in quibus epigrāmata ſcribi ſolerent, ut etiā Priſcianus Grammaticus libro primo ſcribit: Xerolophiq́ mentio pro tumulo ex congeſtis lapidibus facto ſit etiam Suidæ: tamen conuenire magis uidetur, ut Xenophōtis facta ſit mētio, acceperitq́ Tribunianus eum locū à Iuriſcōſulti hoc reſponſo.

¶ Telum uulgò quidē id appellat̃, quod ab arcu mittitur, ſed nūc omne ſignificat̃, quod manu mittit̃: itaq; ſequit̃, ut & lapis, & lignū, & ferrū hoc noīe cōtineatur: dictū ab eo quòd in longinquū mittitur, ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, Græca uoce figuratum: nā & hāc ſignificationē inuenire poſſumus & ī Gręco noīe: nā quod nos telum appellamus, illi βέλος appellāt: eoq; nomine uulgò quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittit̃. Sed nō minus oīe ſignificat̃, quod mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos qdē ꝓprio noīe τόξευμα uocatur, apud nos aūt cōmuni noīe telū appellat̃: ſic & Xenophon. τὰ βέλη ὁμῶς ἔχοντο λογχαὶ τοξεύματα σφενδόναι πλείστοις δὲ καὶ οἰστοί.

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. TAB.
Lex CCXXXIIII.

QVos nos hoſtes appellamus, eos ueteres Perduelles appellabāt, ꝑ eandē adiectionē indicātes cū qbus bellū eēt.

QVOS NOS HOSTES. Hoſtis apud antiquos pro peregrino accipiebatur, quòd ſuis legibus ita uiueret, ſicut nos noſtris, & ideo par nobis uideretur. Hoſtire em̄ æquare ſignificat, unde Hoſtimentum æquamentum eſt. Sic Plautus in Aſinaria, Par pari hoſtimentum datum eſt, opera pro pecunia. Deinde cœpta eſt hæc uox in alium ſenſum accipi, ut uidelicet perduellem ſignificaret: nam & illi iure gentium æquali cauſa ad bellum procedere exiſtimabātur: unde quos eo bello capiebant, ſeruos ſibi efficiebant, dominiumq́ eo iure acquirebant: & licet ex ſua malicia lucrari nemo debeat, captiuos tamen ſibi acquirebant: quoniam non per maliciam aut fraudē agere, ſed æqua cū Romanis cauſa rem gerere exiſtimabātur. Licet enim iure ciuili Romani præcellāt, iure tn̄ gētiū æquales cæteris cēſentur. Meritò igitur hoſtes, publicos inimicos ſignificāt: quos ueteres, quia cum illis duellum, id eſt bellū eſſet, Perduelliones

liones appellabant: ea enim dictione hi ſolum indicantur, aduerſus quos ius belli eſt. Quapropter priuatus inimicus, noſter perduellio non eſt, latrones quoque perduelliones non ſunt. Vnde & Cicero libro II. Officiorū: Pirata, inquit, non eſt ex perduelliū numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. Cum ergo hanc uocē perduellionis adijcimus, de his indicamus, quibus cum ſit bellum. Et ita ego interpretor, licet aliter Accurſius intelligat. Hincq́ apparet, quod ſit perduellionis crimen[a]: nimirū cum quis hoſtili animo aduerſus Rempublicā uel principē animatus fuit. Quapropter nō omne læſæ maieſtatis crimen, idē & perduellionis eſt, ſed alterū altero generalius eſt. Sed qd ſi legatus Cæſaris mihi mādet, ut principi aureos cētū mutuem ſub pœna pduellionis, an niſi id faciā, ceu hoſtis plecti potero? Et puto nō poſſe legatū ſtatuere id perduellionis crimen eſſe[b], quod nō ſit: ſicut nec in huiuſmodi iuſſionis exequutionē contumacium bona publicare poterit[c]: qđ principi, hisq́ qui in ſumma adminiſtratiōe ſunt, tātum cōceditur. Nec ideo, quòd extra ordinē id munus aliquibus demandatum ſit, uidētur in ſumma adminiſtratione eſſe: imò hac in re cōcuſſoris potius munere funguntur, tyrānicæ auaritiæ ſatellites, publici fures, &, quod dicitur, ſplen patriæ. Sed quid ſi ipſe princeps aliquem nouarum rerum ſuſpectum, urbe abſcedere iubeat, certaq́ illi confinia conſtituat, unde citra ſuum iuſſum nō abſcedat, isq́ nō paruerit, an læſæ maieſtatis reus erit? Et Bald.[d] negauit: ſed tātummodo arbitratu principis extra ordinem ceu ſacrilegum plectendum[e].

a l.fi.ad l.Iul. maie.

b l.famoſi. uerſic. hoc tamē.eo.tit.

c l.j.C.ne ſine iuſſ.

d Bald. conſi. 271.in 2.

e l.ſacrilegij. C.de diuer. reſc.

¶§. LOCVPLES. Locupletes antiqui locorum, id eſt agrorū plenos appellabant: unde qui ex prædiorꝶ poſſeſſionibus diues eſt, is proprie eſt locuples[f]. Cū ergo in edicto Prætoris qui in ius uocati ſunt, fideiuſſorē locupletem iudicio ſiſti dare debeant, eum intelligemus, qui ſatis & idonee habet: in rebus tamen immobilibus pro magnitudine rei quæ petitur. Et inde cōſequēs eſt, ut qui pro qualitate rei, de qua agitur, ſatis non habet, dicatur pauper. Et ideo facto legato pro pauperibus puellis marito tradendis, poterit hæres etiā nobilis uiri filiā eligere, qui licet habeat unde uiuat, non tamen ſalua dignitate ſua, ſi quicquā dotis nomine alienaret, uiuere poſſet[g]. Scribit Cor. Tacitus Valerio Meſſallæ conſuli, qui oratoris Coruini pronepos fuit, obtuliſſe Neronem in ſingulos ānos quingēta ſextertia, quibus paupertatem innoxiam ſuſtētaret. Quæ ſumma noſtræ pecuniæ eſt, duodecim milium & quingētorū aureorū. Eam ſi q hodie habent, omnium ditiſſimi exiſtimātur, & tamen tunc Meſſalla paupertate laborare credebatur. In arbitrio itaq́ ius dicentis erit, ut ex perſonarum & rerum qualitate dijudicet, quem locupletem, quemq́ pauperem ducat: ut quis uero ab accuſatione propter paupertatem reijciatur, ſufficiet ſi minus ꝙ quinquaginta aureos in bonis habeat[h]. Abſurdum fortè uiſum eſt, illum ad criminis exequutionem admittere, qui ſi aduerſus edictum eum cui uenia debetur in ius uocaret, nō haberet unde pœnam ſolueret[i].

f l.ij.§. quiſatiſd.

¶§. VERBVM VIVERE. Superius à nobis tractatum fuit, quemadmodū appellatione uictus, etiam ueſtimenta continentur: additur hic etiam ſtramenta cōtineri: quo nomine, ſignificatur omne quod ſolo cauſa quieſcēdi inſternitur, ut ſtoreæ, phormiones, paleæ & mattæ: unde & uulgò mataracia uocamus. Sed quod de uerbo uiuere hic dicitur, num & in uerbo nutrire eandem interpretationē accipiemus[k]? & apud Cornæum reſpōſum extat, idē eſſe. Quid ſi cibare dictum ſit? & aliud eſſe arbitror, cum cōſtet cibum cibariaq́ ad eſculenta ſolum referri. Cibi uero appellatione potum quoq́ contineri[l], dubium non eſt: at Cibarium panem antiqui intellexerunt nigriorē, à quo furfur excretum non eſſet, ſicut ſimilagineum: Albicantiſſimum qui ex ſolo flore conſtat.

FERRI. Enarrat Iuriſconſultus differentiam inter hæc uerba ferri, portari, agi: ut Ferri ſit ꝓprio corpore baiulare, Portari ſecum cū iumento ducere. Quapropter aliqui prodiderūt, cū lege municipali caueretur, ne quis triticū extra territoriū portaret, ſolū de eo actū uideri, qui cum iumēto duceret: quibus

¶Locuples eſt, qui ſatis & idonee habet, ꝓ magnitudine rei, quam actor reſtituendam eſſe petit. ¶Verbum uiuere, quidam putabant ad cibum pertinere: ſed Offilius ad Atticum ait, his uerbis & ueſtimenta, & ſtramenta contineri: ſine his enim uiuere neminem poſſe.

IDEM LIB. III.
Lex CCXXXV.

FErri proprie dicimus, quæ qs ſuo corpore baiulat: portari ea, quæ qs iumēto ſecū ducit: agi ea, quæ animentia ſunt.

bus tamen ipſe minime aſſentior, cum enim hoc cōſtituatur, ut uilior ſit annona ciuibus, ſiue iumento, ſiue per baiulos, ſiue quoquo alio modo, quis deferat, par eſt ratio: nimis enim propria & ſubtilis eſt hæc Iuriſconſulti noſtri interpretatio. Quādoquidē & portari dicitur, quod quis ſuis humeris fert, ut recte Valla annotauit ex Terētij Horatijq́ carminibus quorum alter, Mi, inquit, homo quid iſthuc obſecro: quò puerum portas: Alter uero, Ne fortè ſub ala, Faſciculū portes librorum, ut ruſticus agnum. Illud nō diffiteor, qui guſtus cauſa annonam abſportarit, non uideri aduerſus eā legē feciſſe, quod à nobis Diſpuncti. lib. quarto annotatum eſt.

¶ Fabros tignarios dicimus, nō eos duntaxat, qui tigna dolarent, ſed omnes qui ædificarent.

IDEM LIB. III. AD LEG. XII. TAB.

Lex CCXXVI.

QVi uenenum dicit, adijcere debet, utrū bonum eſſet, an malum: nam & medicamenta uenena ſunt: qa eo nomine omne continetur, quod adhibitum eius naturā, cui adhibitū eſſet, mutat: cū id quod nos uenenū appellamus Græci φάρμακον dicunt, apud illos quoq́, tā medicamēta, quā quæ nocent, hoc nomine cō tinent: unde adiectione alterius nomīs diſtinctio fit. Admōet & nos ſummus apd' eos Poëtarū Homerus, ſic dicens, φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

¶ §. FABROS. Fabri dicuntur manu artificium aliquod faciētes, eſtq́ generale nomē: unde ex adiectione ſolet diſtingui, ut cum dicimus, faber lignarius, faber murarius, faber aurarius, & ſimilia. Cæterū quia in lege XII. tabu.[a] tigni appellatione omnis materia, unde domus confici poteſt, continetur, ideo in ea faber tignarius intelligitur, omnis qui ædificat. Videtur tamen in ſpecie fabrum accipi pro lignario, ſeu materiario tantum, qualem Græci τέκτονα uocant: cuius uocis meminit Papinianus[b], dum licitum eſſe tectoni tradit, trochos, id eſt rotas, extra ergaſterium proponere. A fabro deducitur uerbum Fabrico, unde & Fabrica, quæ quidē & ipſa generalis dictio eſt[c]: ſed in conſtitutionibus ſpecialiter accipitur pro armorum factione: unde & Fabricenſes dicti, in quem ſenſum & Fabricæ Cremonenſis meminit Amianus Marcell. libro XV.[d] Erant & collegia fabrûm ea de cauſa inſtituta, ut quoties in urbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compeſcēdum accurrerent, eorum inſtrumēta hæc cōnumerat Vlpianus[e], licet corrupta ſint exemplaria. Centones, funes, perticæ, ſcalæ, phormiones, ſpongiæ, hamæ, ſyphones, & acetū: hæc enim incēdij extinguēdi cauſa parātur. Syphonis in hunc uſum & Hamæ C. Plinius quadā ad Traianum epiſtola meminit, lib. X. Itemq́ Iuuenalis, Satyra. XIIII. Diſpoſitis prædiues hamis: & ſubdit, Dolia nudi nō ardent Cynici. Vt appareat de inſtrumēto quod ignium cauſa habetur loqui, licet interpretes hoc nō perceperint. Eſt autem Hama falcis uel ſarculi ſpecies: & ita ſolet Græcis accipi, ſed his in locis aliter uidetur dicēdum, nam & eo nomine uaſculum ferreum ſignificatur Heſychio: eſt & fabrile inſtrumentum, quod ab igne πυράγρην quoq́ uocant, Suidæ.

a l. tigni. ff. eo.
b l. pen. de uia pub.
c in auth. de armis. in prin.
d l. pen. §. pe. de iure im.
e l. queſitū. de fund. inſt.

QVI VENENUM. Venenorum quæ ſolū nocumento eſſe poſſunt[a], prohibitum eſt commercium, unde de eis nec ſocietas, nec emptio contrahi poteſt: atqui lex Cornelia etiam pigmentarios punit[b], qui temere huiuſmodi uendiderint, qualia ſunt Cicuta, Salamandra, Aconitū, Pityocampæ, Bupreſtis, Mandragora, cantharides: quorū uenenorū remedia diffuſe attingit Dioſcorides libro ſexto. Igitur quoniam in malis uenenis hæc iure conſtituta ſunt, cum quis ueneni mentionē facit, explicare debet, an de iſtis intelligat, uox enim hæc media eſt, & in bonam quoq́ partem accipi poteſt: nam & medicamēta uenena dici poſſunt, quòd eo nomine omne cōtineatur, quod naturam eius, cui adhibitum eſt, mutet: unde Verg.

Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris.

Vt oſtēderet, eſſe quoq́ aliquod uirus, quod malū nō ſit. Idē & Græci fecerūt, qui φάρμακον, id eſt uenenū, adiectiōe qualitatis diſtinguūt, ut Homerus in Odyſſeæ quarto:

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.
Mixta uenena quidem bona ſunt, ſunt plurima amara.

Et alibi, φάρμακον ἀνδροφόνον dixit. Sic & Hieronymus in Ruffinum, φάρμακον θανάσιμον id eſt læthale. Et his exemplis ſatis cōſtat, eum qui uenenum ſe dediſſe alicui fateatur, nō tamen tanquam ueneficum puniri poſſe, cum de medicamento ſalubri intelligi poſſit. Quod in non diſſimili caſu Alexander quoque reſpondit

a l. quod ſepe. §. j. de contrah. emp.
b l. iij. de ſica.

c consi. 115. in iij.

ſpondit[c]. Nam & Virgilius Neca ſſyrio, inquit, fucatur: lana ueneno, quũ de purpureæ conchæ ſpuma intelligeret, Quæ omni nocumento caret. Hodie tamen uulgaris conſuetudo admiſit, ut quoties ueneni mentionem facimus, de malo intelligamus: quę uero bona ſunt, ſimpliciter medicamenta appellamus. Quare in hominis illiterati ſermone, forẽſibusq; hiſce ſcribliginibus, nõ putarem hanc Iuriſconſulti differentiam obſeruandam.

¶ Glandis appellatione omnis fructus continetur, ut Iabolenus ait, exemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies appellantur ἀκρόδρυα.

l. j. de glã. leg.

¶ §. GLANDIS. Interdixerat Prætor, ne uis ei fieret, qui ex agro ſuo in alienũ agrum caducam glandem, tertio quoq; die legeret: Quæſitum fuit à Priſco Iaboleno, quid glandis appellatione ueniret? reſponſumq; eſt, omnes fructus cõtineri, exemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborũ ſpecies uocantur ἀκρόδρυα, nimirum ἀπὸ τῆς δρυὸς, id eſt à quercu: unde eodem ſenſu & δρύκαρπα omẽs arborei fructus dicuntur. Diligẽtiſſimi tamẽ Grammaticorum aliter Acrodrya interpretantur: intelligi enim eo nomine ſolum uolunt, quæ lignoſi exterius fructus ſunt, ut nuces caſtaneæ, piſtacia, malum punicum, & ſi qua ſimilia: ſicuti ὀπώρα è conuerſo, quæ extrinſecus mollia ſunt, ut mala omnia: ſed nobis Iuriſconſulti ſententia uidetur uerior. Et cum ſemel atq; iterum Latinas uoces exemplo Græci ſermonis hoc in reſponſo declarari uideamus, argumentum ſumi poteſt, nobis quoq; licere uulgare noſtrum maternumq; idioma ſecundum literatum ſermonem exponere: unde cũ uernacula lingua filiolos ſuos ſe inſtituere teſtator dixiſſet, de nepotibus quoque quorum pater iam deceſſerit actum fuiſſe reſpondi. Illud tamen cum Alexandro ſentio, tametſi probetur in uulgari locutione communi uſu aliter accipi legitimum filium q; legitimatum, non tamen conſequens eſſe, ut idem ſit in ſermone Latino. Quod ab his præſertim annotandum eſt, qui uulgari loquela iudiciales interrogationes cõficiunt, ut Franci & Sequani.

Alex. consi. 2. col. 6. in j.

PLEBS. Tribus ordinibus conſtabat populus Romanus, plebe, equite, & ſenatu: Quamuis latiore ſignificatione, plebis appellatione, Equites quoq; continerentur. Plebs munera militiæ tributaq; ſubibat. Equites dicti: quòd ad eos equo militare pertineret. Senatus curã Reipublicæ gerebat. In eum deligebãtur à Cenſoribus, qui ex familijs patricijs erant, uel qui magiſtratus aliquos geſſiſſent; uel bello doniſq; militaribus maxime illuſtres. Iudicia quoq; aliquo tẽpore, ad eos ſpectarũt, donec ad equites fuere trãslata, ex quibus Centũuiri delecti, ius reddebant. Oppreſſa uero ab imperatoribus Republica, cũ eius curã principes tractarent, cœperunt rurſus Senatores in controuerſijs grauioribus, & quibus libero arbitrio, nec legibus præſcripto opus eſſet, iudicare. Appellabantur & à cœteris iudicibus, puta Cẽtũuiris, decurijſq; iudicum, & Prætore, cui ipſæ decuriæ aſſidebant. Sunt autẽ Centumuirales cauſæ, in quibus uſucapionũ, tutelarũ, gẽtilitatũ, agnationũ, alluuionum, nexorũ, mãcipiorum, parietũ, fluminũ, ſtillicidiorũ, teſtamẽtorum iura uerſantur: ut lib. de Oratore primo Tullius Scribit. Hinc Centumuirlae iudicium, Quod deinde quadruplex appellari cœpit, cum aucto numero, centum & octuaginta iudices ſederent, & in quatuor partes diuiſi eſſent. Iudicũ uero decuriæ in foro cõſidebant, & in Prætoris erãt conſilio, ex his ſortiebatur Prætor, qui in publicis iudicijs cognoſcerent, quiq; ipſo prætore præſidente, ſententias tabellares ferrẽt, aſſediſſe ſe Prætori: datumq; etiã in cauſa pecuniaria iudicẽ A. Gellius teſtatur. Igitur ab his iudicibus prouocatio ad Senatũ erat. Cœperunt & ſenatores à plebe ex cenſu diſcerni, Equitis cenſus erant Quadringenta ſeſtertia, quæ pecunia eſt decem ferè millium aureorũ noſtratium, Senatores duplicem eam ſummã poſſidebant, deinde etiam triplicem tempore Auguſti, ut Tranq. eſt autor. Equitũ inſigne erat aureus annullus: Senatorij ordinis lunati calcei, & latus clauus: unde & Tribunus Laticlauius in iure, id eſt ſenatorius.

IDEM LIB. VI. Lex CCXXXVII.

PLebs eſt, cæteri ciues ſine ſenatoribus. ¶ Deteſtatum, eſt cum teſta-

¶ §. DETESTATVM. Teſtari eſt ſententiam noſtrã exponere, unde teſtes dicti, quòd ea quæ de rei geſtæ ueritate ſentiunt, in iudicium proferãt. Hinc & teſtamẽtum. Cæterũ, qm̃ ut maior fides adhiberet, etiã per numen aliqđ affirmatio inducebatur, tractũ eſt, ut teſtari ꝓ iurare acciperemus, & precari. Vnde & Deteſtor, idẽ eſt qđ deprecor & abominor, & hæc uſitatior eſt ſignificatio: in iure tamẽ deteſtari, eſt cum teſtatione denuntiare, hoc eſt ſententiæ ſuæ aliquem per denuntiationẽ admonere, quod & Proteſtari dicimus.

§. Pignus

tione denuntiatum.

Pignus appellatũ eſt à pugno, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur: unde etiam uideri poteſt uerum eſſe quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis conſtitui.

Noxæ appellatione omne delictum continetur.

IDEM LIB. V. AD L. XII. TAB.

Lex CCXXXVIII.

DVobus negatiuis uerbis, quaſi permittit lex magis, quàm prohibuit, idq́ue etiam Seruius animaduertit.

¶ §. PIGNVS. Pignus proprie eſſe id, cuius poſſeſſio traditur creditori, & præſertim rei mobilis Iuriſcõſultus approbat: argumento etymi, tanq̃ à pugno dictum ſit: quod & Vlpianus tradidit, & à Tribuniano in Inſtitutionibus relatum eſt: cui ſententiæ etiã Græcum exemplũ ſuccurrit, ἐνεχυράζειν enĩ à ſecuritatis captione ipſi appellant, & ἐνέχυρον pignus p̃torium. Marcellus tamen pignus & hypothecam ſolo nominis ſono differre exiſtimauit, cuius ſententiæ Valla acceſſit, nam conſtat ueteres ſcriptores de re quoq; immobili pignus dixiſſe, ut Teren. Ager oppoſitus eſt pignori, ob decem minas. Quomodo etiam Iuriſcõſulti frequenter accipiunt, etiam ſi nulla traditio interuenerit. Ego arbitror hypothecã etiam de re mobili contrahi, eſt enim Græca uox ἀπὸ τοῦ ὑποτίθεσθαι quod eſt obligationi ſupponere, Vnde & receptum eſt, ſi quis promiſerit decem modios frumenti ſuper tali fundo, uideri huiuſmodi uerbis contractam eſſe hypothecam. Quid enim aliud eſt fundũ ſupponere obligationi? Quòd ſi decem modiȷ́ de tali fundo promiſſi ſint, aliud eſt: ſola enim perſonalis obligatio inde naſcitur.

l. ſi rem. §. j. de pig. act.

l. res hypot. §. de pig.

l. nõ ſolũ. §. ſi rẽ. de uſuc.

Bart. l. fundus. de an. le.

¶ §. NOXAE. Noxam dixere antiqui id qđ nocet: quapropter culpa, pœna, detrimentũ, noxa eſt. Vnde & lib. XXXIII. T. Liuius, Noxa exoluere, id eſt à pœna capitalis fraudis liberare accepit. Seruius quoq;, qui cõtra legem Aquiliam alicui damnum dedit, noxa eſt. At noxia ſolũmodo de maleficio ipſo dicitur, nec tam generali ſignificatione accipitur, ſicut noxa. Cicero lib. III. de legib. Noxiæ pœna par eſto ut in ſuo uitio quisq; plectatur, uis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas, ignominia. M. Manilius: Quin etiam infelix uirtus & noxia felix. Plau. in Bacchi. Sat ſic ſuſpectus ſum, cum careo noxia. Quo ſenſu & in Moſtellaria & in Pſeudolo uſus eſt. Terẽtius quoq; in Phormione, In re incipiẽda, ad defendẽdam noxiã. Sed & in Eunucho & Ecyra ad eundẽ modũ. Nec noxã eos aſcripſiſſe quisq; dixerit, cum ratio carminis nõ cõſentiret. Quæ adducere uolui, ut palàm fieret, q̃ iniquo iure Iuſtinianum in elegãtiȷ́s ſuis inſectetur Valla, & Seruium Beroaldus dum adiectiue tantum dici noxiã opinatur, contra ueterum autoritatem. Sanè de noxa à nobis ſupra quoq; diſputatum eſt.

DVOBVS. Duæ negationes affirmatiuam inducunt, ut etiam Grammatici fatentur: cuius rei illam rationem affert Auguſtinus, quòd negatiuæ natura ſit, ut quicquid inueniat deſtruat: unde ſi conſentiua præcedat, eam in negationẽ redigit & contrà. Id tamẽ perpetuũ nõ eſt. Quid enim ſi ad maiorem emphaſim iterũ negetur? ut in euangelio: Sit ſermo ueſter, eſt, eſt: non, non. Nam & Seruius inficiatorias duas quãdoq; mentem ſcriptoris augere ait. Quid item, ſi negationi addita ſit dictio quidẽ? ut in hoc exemplo, Recte dictum eſt non obligari, nec fideiuſſorem quidem. Sic & M. Cicero ad Lentulum, neq; errarent, nec aduerſariȷ́ quidẽ. Quod & receptum eſt, quoties ea dictio tacite intelligitur: unde cũ idem ſit nemo, quod nec homo quidem, ſi dicamus, nemine nihil faciente, locus publicus damnũ infert: recta eſt loquutio, & duæ negatiuæ pro una accipiuntur. Sic & M. Varro de uita patrum lib. III. Qua abſtinentia uiri mulieresq; Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorũ noluerit nemo accipere. Perinde eſt atq; dixiſſet, munera eorum noluerunt accipere, nec homo quidẽ. Sunt qui per duodecimum modum ſolœciſmi id accipiãt, ſit enim ex geminatione abnuendi, ut cum dicimus, nihil nunq̃ peccaui, pro unq̃. Sed & quoties altera negatio pro uniuerſali ponitur, & particulares ſequuntur, negatiuæ naturam ſuam ſeruant: ut nullas à te accepi literas, nec breues, nec prolixas. Verum potius id eſſe ego arbitror ex ui dictionis nec, quæ uerbi repetitionẽ inducit. Vnde & certum eſt cũ duobus uerbis aut poſitis aut intellectis duæ negationes adduntur, conſentiuam non intelligi: ut nec me amas, nec Titium: ſubauditur enim amas. Qua ratione etiam quandoq; fit, ut tres negationes non plus efficiant, quàm duæ: ut cum lex dicit, in fugitiuo locum non habere nec uſucapionem nec præſcriptionem[b]. De qua re uidendus eſt Valla elegan. III. lib. Cæterum & quædam uerba ſunt natura quidem ſui prohibitiua, quibus ſi negatio

l. j. §. ſi quis ita. de uerb. obli.

l. fluminum. de dã. infec.

b l. j. C. de ſer. fug.

tio addatur,non tamen abſolute permittunt, licet hoc magis inferāt, ꝙ̄ negent de quibus loqui Iuriſcōſultum noſtrū ego arbitror: exēpli cauſa, Si prætor dicat. Quo minus ſcorta proſtēt, nō ueto: non em̄ prætor partes ſuas interponit,ut qcꝗ iuris concedat, ſed nō prohibet. Sunt etiā alia uerba prohibitiōis tacitam quādā uim habentia,quæ idē poſſunt, addita, uel nō addita negatiōe:ut uereor, timeo,caueo:ſi em̄ dixero, uereor ne adoptio impediatur[c],idē eſt, ac ſi dixiſſem,ne nō impediatur.Et hæc quidē pro reſponſi huius interpretatione ſatis ſint, cætera diffuſius extricanda Grammaticis relinquamus.

c l.non ſolum. §.ſed uideamus. de ritu nup.

POMP. LIB. SING. ENCHIRIDII.

Lex CCXXXIX.

PVpillus eſt, qui cū impubes eſt, deſijt in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emancipatione.

PVPILLVS. Pupillus diminatiua uox eſt à pupo,quę dictio puerum ſignificat, quem Catullus poëta etiam pupulū dixit: unde ex etymo qui in patris poteſtate eſt pupillus dici poterit[a]. Seruus quoꝗ impubes, hoc nomine appellabitur[b],& hæc huius uerbi latiſſima eſt ſignificatio: Iuriſconſultorum enim frequentior uſus aliter accipit,eum ſcilicet impuberem, qui in patris poteſtate eſſe deſijt,aut morte, aut emancipatione:morte, ut quia pater uere fato exceſſerit,uel in exiliū miſſus ſit:cuius rei rationē hanc Caius Inſtitutionum libro primo refert, quia non poteſt ciuem Romanū in poteſtate habere, homo peregrinæ conditionis effectus:unde exilium hoc caſu idē poteſt,quod naturalis mors poſſet.Emancipatione,ut quia pater eum ſui iuris eſſe uoluit,miſitꝗ manu.Eſt em̄ Emancipatio,è manu traditio,introducta à lege ueteri,per quandam uēditionis ſimilitudinem: quia præter naturalem patrem, alius adhibebatur,qui fiduciarius nominabatur.Hic certo patri unum aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinem pretij numerabat,quo accepto, pater illū mancipabat,manuꝗ tradebat,idꝗ ter coram præſide uel curia fiebat, adhibitis quinꝗ ciuibus Romanis, & Libripende qui ſtateram tenebat, itemꝗ alio qui Anteſtatus uocabatur:Eum ſic emptum,fiduciarius deinde manumittebat. Quapropter iure antiquo manumiſſo in emācipatione ,ꝑprie interueniebat:quæ omnia diffuſius à Caio, eo quē citauimus loco referuntur:hodie autem huiuſmodi ſolennitates ſublatæ ſunt.

a l.fi.de uerb. obl.

b l.quam tub. de pecul.

¶ §.SERVORVM. Iure gentium introductum eſt, ut capti in bello efficiantur capientium, cæterum quoniam multi hoſtili odio in captiuos deſæuiebant,eosꝗ trucidabant,Romani Imperatores id prohibuerunt, iuſſeruntꝗ uendi,nō autem occidi,unde ſerui dicti ſunt,quaſi ſeruarentur.Hincꝗ appareret nō licere nobis hoſtem noſtrum, poſtquàm captus eſt, interficere. Quod intelligunt doctores eſſe obſeruandum cum intra præſidia noſtra iam deductus eſt, ante uero quā deductus ſit,occidi iure poterit,cū multa interim poſſent accidere[c]: quid enim ſi fugam capeſſeret? uel cum hoſtibus rurſus cōgregaretur? Sed nobis uidetur in ipſa acie ſolum id licere, idꝗ aduerſus eos qui dedere ſe nolunt. Nam dedititiū hominem occidere,crudeliſſimum eſt, nec boni imperatores hoc patiuntur,ab ea quippe humanitate abhorret, quam naturaliter homo homini debet.His illud quoque conſentaneum eſt, ut ſi lege municipali exules pro hoſtibus publicis habeantur, impuneꝗ occidi poſſint,eum qui captus iam à familia ad quæſtorē rerum capitalium ducatur,occidi,impune non poſſe:cum enim captiuus iam ſit, debet ſeruari, non occidi,alioqui haud difficulter reperirentur qui eum obtruncarent, ne de conſcijs interrogari poſſet, uel ut maturius ignominiæ pœnæꝗ eximeretur.

¶ Seruorum appellatio ex eo fluxit,quòd Impatores noſtri iubent captiuos uendere,& per hoc ſeruare, nec occidere ſolent.

¶ Incola eſt,qui in aliquam regionē do-

¶ §.INCOLA. Incola proprie eſt,qui cum aduena eſſet,in aliquam ciuitatem ea mente habitatū uenit,ut ibi perpetuo ſit,ſummamꝗ rerum ſuarum habeat:ea mens ex uarijs coniecturis ſummitur, qui enim uenditis quas alibi poſſidebat rebus ſuis, in aliam urbem cum familia demigrauit[d],ueriſimile eſt, ſedē in ea ſuam conſtituere uelle. Qui item diutius,puta decennio, in aliena patria habitauit[e],credibile eſt ibi perſeueraturum,nec aliò iturum. Ex proteſtatione quoꝗ animus declaratur,unde qui ſtatim ubi habitare urbem cœpit uelle ſe in ea domicilium cōſtituere affirmat,abſꝗ mora incolatum acquirit[f].Idem & in eo habitatore reſponſum eſt,qui priuilegium impetrauit,quo ius ciuitatis petebat[g]. Qua ratione etiam efficitur, ut domiciliū pluribus in locis eodem tempore habere ualeamus,ſi modo de animo noſtro appareat.Nam &[h] Reges ipſi ut plurimū qualibet in urbe ſibi ſubdita domicilium habent,licet aliquod unū ſit principalius,potiſſimumꝗ illud attēditur

micilium ſuum contulit, quē Græci πάροικον appellāt: nec tantū qui in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum [a] habent, ut in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem recipiat. ¶ Munus publicum eſt officium priuati hominis, ex quo cōmodum ad ſingulos uniuerſosq́; ciues remq́; eorum imperio magiſtratus extra ordinem peruenit. ¶ Aduena eſt quem Gręci ἄνοικον appellāt. ¶ Decuriones quidā dictos aiunt, ex eo

ditur, cui origo etiam accedit. Quòd ſi res de qua agitur in domicilio frequentiori ſit, illud præualebit[i], duplex enim cauſa fortius alligat. Nec quicq́; refert in oppido aliquo quis domicilium conſtituat, an in eius finibus uicóue, cum uicus perinde ac pars ciuitatis ſit[k]. Incolā Græci πάροικον appellāt: unde qd' in Pſalmo CIII. dicitur ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ Hieronymus ſic tranſtulit, cum eſſent numero breui, pauciſſimi & incolæ eius. Quē locum Accurſius quoq́; adducit & accollam legit, ſed male. Eſt enim Accola, non qui aliquo in loco domicilium conſtituit, ſed qui prope aliquem locum ſimpliciter habitat: Et ꝓprie iuxta flumina ſunt accolæ: unde Corn. Nepos accola Padi Plinio dicitur. Sed & Virg. in VII. amniſq́; uadoſi accola Vulturni. Non tamē negauerim Parœcon Græcis quandoq́; ſimpliciter pro aduena dici. Quem illi & προσήλυτον uocant, & ἄνοικον, de quo infra uidebimus.

a ¶ AGRVM. Hinc argumentū ſumi poteſt, eum qui in patria ſua agrum domumq́; habeat, ſi eis retentis aliò ſe transferat, incolaq́; fiat, nihilominus domicilium quoq́; antiquius retinere, uideriq́; eum nouū aliud domicilium acquiſiuiſſe, non autem uetus perdidiſſe, & ita ex facto reſponſum ſcio.

¶ §. MVNVS. Superius uiſum fuit, inter cæteras muneris ſignificatiōes, munera quoque perſonalia contineri. Quapropter hic traditur, quemadmodum eo ſenſu definiendum ſit. Et eſt, inquit Iuriſconſultus officium priuati hominis, quoniam ſolum priuati homines ad huiuſmodi officia deliguntur. Principes enim ea ſubiri mandant, non autem ipſi exequuntur. Subijcit: Ex quo cōmodum ad ſingulos, uniuerſosq́; ciues, remq́; eorum, ſcilicet publicam peruenit. Quæ uerba eam, quæ proprie utilitas publica eſt, compræendunt. Nam quatuor modis ea conſideratur: Prima, cum in uniuerſum & particulariter commodum affertur: quod in ſacerdotibus, magiſtratibusq́; conſiſtit[l]. Secunda, quæ in uniuerſum conducit, non autem ſingulis, ut quoties de locupletādo fiſco agitur[m]. Atqui optimus Imp. Traianus dicere ſolebat, Fiſcū eſſe ueluti lienem, quòd ſicut eo excreſcente, artus reliqui contabeſcerent, ita ex priuatorum detrimento locupletaretur fiſcus. Tertia eſt utilitas, quæ priuata proprie eſt, licet ex ea conſequatur etiam publica: ut cum dicimus, publice ītereſſe dotes mulieribus conſeruari[n], liberiſq́; hominibus ciuitatē repleri, id enim quod cōſequitur, in uniuerſum prodeſt. Quarta eſt, quoties id quod cōſequitur ſingulis prodeſt, nec in uniuerſum quēlibet particulariter iuuat, ut cum generaliter dicimus, Reipublicæ intereſſe, ne qs re ſua abutatur[o]. Quæ omnia diffuſius à recentioribus explicata cernere eſt[p]. Quod ſubditur, Imperio magiſtratus extraordinarium, puto extraordinario, uel extra ordinem legendum, ut compelli municipes ad ſubeunda munera dicantur, nō iure actiōis, ſed officio iudicis: id enim remedium eſt extraordinarium[q]. Quam interpretationem, etiam Accurſius probat. Sanè quemadmodum diſtinguantur munera, à nobis ſupra tractatum eſt.

¶ §. ADVENA. Inter aduenam & incolam hoc intereſt, quòd incola fixit ſedem domiciliumq́; conſtituit, Aduena non conſtituit, & ideo eum Græci ἄνοικον appellant, quaſi ſine lare aut domicilio: unde qui cum eo contrahit in loco contractus agere non poteſt: quia uidetur tanq́; cum receſſuro contraxiſſe, domicilium igitur adire debet[r]. Dicitur autem aduena, quaſi aliunde aduenięs, quapropter à Græcis προσήλυτος quoq́; dicitur: Tametſi ea uoce in Actis apoſtolorum Lucas eos intellexerit, qui diuerſæ ſectæ nati, in ius Moſaicæ legis recepti eſſent. Appellant & ἀοίκους Græci eleganti epitheto Scythas, quòd domibus ſint nullis, uectantur enim ſuper curru, nullis certis ſedibus. Sunt & Conuenæ collectitij habitatores, ſic dicti, quod plures ex diuerſis regionibus in unum locum cōuenerint. Strabo συγκλύδας uocat: unde & Conuenarum urbs in Aquitanis. Sanè receptum eſt, appellatiōe populi, eius urbis incolas cōtineri, aduenas non contineri[s].

¶ §. DECVRIONES: Vnicuiq́; Ciuitati ſecundum mores ſuos, ſui magiſtratus ſunt, qui Decuriones dicuntur, conſilij publici

i Dec. d. cōſ.

k l. q ex uico. ad mun.

l l. j. §. huius. de iuſti. & iur.

m l. pen. C. de primip. lib. xij.

n l. j. ſol. mat.

o §. pen. Inſt. de his qui ſint ſui.

p d. l. j.

q l. cum filius. ſi cer. pet.

r l. hæres. §. ij. de iudi.

s Fely. c. rodulphus. de reſcrip.

gratia primum introducti. Emanauit autem nominis origo à Colonijs populi Romani, in quibus qui eas deducebãt Triumuiri decimum quemq; consilij cauſa aſcribebãt, ex his magiſtratus municipales eligebãtur[t]. Quorum uaria fuere munera[u]: & in primis Aediles, qui rem frumẽtariam ponderaq́; & mẽſuras curabant ἀγορανόμους plerique uocant, Iuriſconſultus Arcadius etiã Epiſcopos[x].

t l.fi.de mun.
u l.& ideo. de cõpenſ.
x d.l.fi.

quòd in initio coloniæ, cũ deducerẽtur, decima pars eorum qui deducerentur cõſilij publici gratia cõſcribi ſolita ſit.

Erant Archeiotæ qui publico archiuio præerant, in ſcholijs Græcis traditum eſt, aulam locum eſſe, in quem ſontes ducerentur, eum à iunioribus ἀρχεῖον appellari[y]. Erant & Xenoparochi, quos uox indicat præbendis hoſpitijs præfuiſſe. Nicoſtrategi, qui pro uictoria Ducum excubarent, denuntiarentq́; quid in hoſtico gereretur, ſic enim etymus indicat. Maſtigophori, id eſt flagelliferi, qui athletas (ſeu athlotetas mauis) in certaminibus comitarentur. Teleſphori uectigalium exactores, uel mancipũ præfecti, unde Teleſphoria munus ipſum. Sitocomæ, Decaproti, Proſtatæ, Logographi, de quibus à me alibi diſputatũ eſt. Et hi magiſtratus Græcorum erãt. In Latinis municipijs Duumuiri, primi in albo deſcribebantur, hi carceribus præerant, publica locabant, faſcibus utebantur, quod libro diſpunctionum III. à nobis annotatum eſt. Ad hæc Quartumuiri, qui appellationũ cauſas audiebant, in antiquis monumẽtis ſic annotantur IIII VIR. AP. Sextumuiri & ipſi de his, quæ ad Rempublicam pertinebãt, ſolebãt cognoſcere[z]. Erãt & X VIRI STL. IVD. id eſt decẽuiri ſtlitibus iudicandis, quorum & Spartianus in Hadriano meminit. Et hunc magiſtratum geſſiſſe C. Cæcilium Plinium, ex duobus uetuſtiſſimis monumentis, quæ Mediolani cõſpiciuntur, conſtat. Fuere & Auguſtales, quos eligi à Decurionibus ſolere aliàs retuli, diuerſus magiſtratus ab Alexandrino præfecto[a], qui Auguſtalis & ipſe dicebatur. Decurionũ cenſus ita ut lege municipali præcipiebatur uarius erat. Plinius libro Epiſt. primo, Comi fuiſſe centũ millium tradit: quæ ſumma eſt noſtratis pecuniæ aureorum duorum millium & quingentorum. Solebant autem, cum in ordinem reciperentur, binos denarios, uel huiuſmodi certã quãtitatem, ſingulis collegis diſtribuere: ſed & quoties aliqua ſtatua ædicula ue dedicaretur, aliquid eo nomine recipiebant[b]: ea pecunia Sportula quoq; appellatur. Et ideo iure cautũ eſt, minores XXV. annis Decuriones factos, ſportulas accipere poſſe, licet ſuffragiũ ferre nequeant. Et hæc quidem de municipalibus ſatis ſint. In caſtris quoq; erãt Decuriones, ſic dicti, quòd denis equitibus præeſſent, ut Feſtus ſcribit, licet Fronto præfuiſſe eos turmæ dicat. Cõſtat turma, ex duobus & XXX. equitibus. Erant & in Palatina militia, unde apud Tranquillũ traditur Saturiũ cubiculariorum Decurionẽ fuiſſe, ſed de his nihil ad præſentẽ materiam. Quomodo autẽ Coloniæ deducerentur ſupra uidimus.

y d.l.fi.
z l.ij.§. deinde. de orig. iur.
a l.ſi quos. C. de decur. lib. x.
b l.ſpurij. de decur.

¶ Vrbs ab urbo appellata eſt: urbare eſt aratro diffinire: & Varus ait, urbũ appellari curuaturã aratri, quod in urbe con

¶ §. VRBS. Vrbs ab urbando dicta eſt: urbare autẽ eſt aratro diffinire. Solebant enim antiqui, iuncti bobus, tauro, & uacca, Hetruſco ritu, in condendis urbibus, aratro ſulcum facere, intra quem oppidum muniebant, ædificabãtq́;: id religionis cauſa, & auſpicatò fiebat, quo eius loci Penates & Genios magis propitios haberent, unde intra eum circuitũ non licebat ſepulchra cõſtituere[c]: Quòd huiuſmodi feralibus contaminari ſanctum municipiorum ius, polluiq́; urbis Genius uidebatur. Nam & cum hoſtes urbem expugnarent, in primis eos omnes euocabant Deos, ut non offenderentur, & expugnatores ſacrilegij nomine exoluerent: Quod Iuriſconſulti euocare ſacra appellant[d]. Id autem conceptis qnibuſdã uerbis fiebat, quæ ſe apud Serenum Sammonicum legiſſe Macrobius refert. Eadem ratione & muri urbium ſancti appellantur[e], unde & iure ciuili ſine Principis uel Præſidis autoritate in eis aliquid cõmitti non poteſt[f], & ideo eo iure, nulli populo licitum eſt urbem conſtituere, niſi ex Principis autoritate: quod in his gẽtibus nõ procedit, quæ liberæ ſunt, & uacantia occupant: illæ enim iure gẽtium reguntur[g], Quo iure Romani Imperatores non præcellunt. In pontificijs autem, recentioribusq́; Canonibus, nõ uidentur urbes appellari[h], niſi quibus Epiſcopus datus eſt: in antiquis enim decretis, maioribus tantummodo urbibus Epiſcopi cõſtituti fuere[i]. Sed tamen hodie q; plurimæ in Germanis Sarmatiſq́; urbes ſunt, quibus ſpecialiter nullus ſacrificulus antiſtes præeſt. Hæ enim nationes, non pauca ex iure gentium adhuc retinent, licet in ſacris Chriſtiani ſint, noſtramq́; rem armis à Turcarũ impetu egregie, quantum in eis eſt, tueantur.

§. Oppidã

¶ §. OPPIDVM. Oppidum uidetur mihi id eſſe, quod tanq̃ propugnaculum aduerſus hoſtes conſtructum eſt, & mœnibus uallatū, id enim etymologia arguit, cum dicatur ab ope, id eſt auxilio, quòd eius cauſa factum ſit, unde ut plurimū condebātur oppida, ut etiā natura loci tuta eſſent. Verg. ſecūdo Georg. Adde tot egregias urbes, operūq; laborē, Tot cōgeſta manu prę ruptis oppida ſaxis. Sic & T. Liuius lib. XLIIII. prohibitum Lacedæmoniorum Tyrāno tradit, ne quod oppidum in ſuo alieno ue agro conderet: quod uidelicet nollent Romani habere eum, quò poſſet ſe recipere, & armis tueri. Sic & C. Ceſar comētariorū quinto: Oppidum, inquit, Britanni uocāt, cum ſyluas impeditas uallo atq; foſſa munierunt, quò incurſionis hoſtium uitandæ cauſa conuenire conſueuerunt. Sunt tamen qui oppidum dictum exiſtiment, quòd eò priuati opes ſuas cōferant: ſed quod Pomponius hic ait, uerius eſt. Quapropter ſiue urbs ſit, ſiue caſtrum, emporium, conciliabulum, pagus, uicus, præfectura, burgus, metrocomia, dum mœnibus cingantur, & ab incurſu hoſtium tuta ſint, putauerim dici proprie oppida, idq; cum cæteris noſtratibus interpretibus. Laurentius enim Valla, quiq; eum ſecuti ſunt Grammatici, oppidum omnē urbem dici exiſtimauerunt, præter Romā, quæ peculiari nomine urbs uocari cœpta, fecit ut cæteræ urbes, oppida uocarentur. Eſt & Oppidò aduerbiū, pro ualde, tractumq; id eſt à cōſuetudine agricolarum. Qui cum interrogarentur quātum meſſium collecturi eſſent, reſpondebant, oppidò: Quaſi & ſibi, & oppido ſuffecturas dicerent.

dēda adhiberi ſolet. ¶ Oppidum ab ope dicitur, quòd eius rei cauſa mœnia ſunt conſtituta. ¶ Territorium eſt uniuerſitas agrorum, intra fines cuiuſque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, q̄ magiſtratus eius loci, intra eos fines terrēdi, id eſt ſubmouendi ius habent.

¶ §. TERRITORIVM. Quatuor ſunt nomina eiuſdem intellectus, territorium, comitatus, diſtrictus, diœceſis: eorum ſignificatio ex diffinitione hic poſita intelligitur, & ſicut territorium, à terrendo, ita diſtrictus à diſtringendo, & in uincula trahendo nomen à recentioribus ſumpſiſſe uideri poteſt, tametſi ſint qui latius patere diſtrictum putent[k], ut hoc nomine ſignificetur, quicquid ultra territorium ſuū ex alieno ditioni ſuæ ciues addūt, uel uirtute bellica partum, uel quaqua alia ratione, quod & crebrius receptum uidetur[l]. Qua in re uix eſt, ut ego diſputare uelim, qui ſciam, uocem hanc apud antiquorum neminem reperiri. Comitatus proprie de imperatoria aula dicitur, ſed quia tempore Caroli Magni, regnantibusq; Berengarijs, & Othonibus, ad ſingulas ciuitates regendas aliquis Comes mittebatur, cœpit Territorium, quoniam illi Comes præerat, Comitatus dici. Otho tamen Phriſingēſis in Aenobarbi hiſtoria, à cōminando comitatum dici exiſtimat, eadē ratiōe qua & à terrendo territoriū. Diœceſis Græca uox eſt, qua adminiſtratio ſignificatur, in iure noſtro pro ꝓuincia aſſumitur[m], unde Aegyptiaca diœceſis. Sed in patrum decretis, ſolet ad Epiſcoporum munus deflecti, non enim in primitiua eccleſia epiſcopi iudicia exercebant, ſed ſacra adminiſtrabāt, curabantq;, meritò διοίκησις, id eſt procuratio, diſtributioq; in eis proprie locum ſibi uendicabat. Sicut ergo territorium dicitur, quatenus iudex ius terrendi habet, ſi Diœceſis dicitur, quatenus epiſcopus ius adminiſtrandi ſacra habet. Acciditq; in limitaneis uicis, ut nō eiuſdem ſit diœceſeos caſtrum cuius eſt territorij. Sed finge aliquod caſtrū à principe fuiſſe de omnimoda ciuitatis iuriſdictione exemptum, an eiuſdem territorij uel comitatus dicetur? Et uerius eſt non eſſe, cum enim urbis prætor, uel comes, ius terrendi eo in loco nō habeat, non uidetur de territorio uel comitatu amplius eſſe. Quapropter ſi conſtitutum ſit, ut eius caſtri legibus deficientibus, ius commune Romanorum obſeruetur, conſtitutiones ciuitatis, cui ante ſubijciebatur, non obſeruabimus. Quod ſi exemptum non eſſet, minime procederet, cum ius commune Romanorum mādet, caſtra quæ in territorio ſunt, urbis ſuæ legibus coërceri, idq; & Pontano uiſum eſt[n]. Idemq; arbitror, ſi nō omnino ab urbe ſeparatū ſit, ut quia aliquo caſu illi ſubijciatur, adiuuatur enim origine inſpecta, territorijq; nomen ſeruat, quod ex facto Baldus reſpondit[o]. Finge rurſus principem caſtrum alicui ſimpliciter donaſſe, an territoriū quoq; & iuriſdictionem donaſſe cenſebitur? Et ſi iam exemptum à iuriſdictione urbis erat, uerius eſt uideri donatum: pleniſſimā enim huiuſmodi munificentia inrerpretationem recipit[p]. Quòd ſi ſeparatum non erat, haud quaquam de iure ciuitatis uerisimile eſt uoluiſſe principem quicq; diminuere[q]. Quid item ſi territorium cōceſſerit, an & proprietates pa-

k Cle. paſtoralis. de re iud.
l Aret. conſi. 77.
m l. j. C. de priua. carc.
n Rom. conſi. 218. Socy. 81.
o Bal. conſil. 183. in 2.
p Bar. l. ſi quī. C. de bo. ua.
q Bart. l. j. C. de exc. mun. lib. x.

Verbum ſuũ, ambiguum eſt, utrũ de toto, aut de parte ſignificet: & ideo qui iurat ſuum non eſſe, adijcere debet, neq; ſibi commune eſſe.

PAVLVS LIB. VI. IMPERIALIVM SENT. IN COGNI. PROLATARVM.

Lex CCXL.

CVm quærebatur, an uerbum ſoluto matrimonio dotẽ reddi, nõ tantum diuortium, ſed mortẽ contineat, hoc eſt, an de hoc quoque caſu cõtrahentes ſentiãt: & multi putabãt nõ de hoc ſenſiſſe, & quibuſdam alijs contra uidebatur: ſecundum hoc Titus Imper. pronuntiauit, id

latiaq; conceſſiſſe uidebitur? Et Old. non uideri reſpondit. Territorium enim ad iuriſdictionem refertur, nõ ad eas poſſeſſiones quæ dominij principalis ſunt, idq; & cæteri probant[r]. Sed quid ſi exercitus alicuius populi extra fines proceſſit, & aliqs ibi deliquerit, an prætor eius populi eũ puniet? Et reſponſum extat ab eo puniri poſſe[s]. Iure enim gentium eius ſoli, quod qs bello captũ poſſidet, habetq; dominium, iuriſq; dictio quæritur, ut meritò territoriũ ſuum dici poſſit, à terrẽdo, id eſt ſubmouendo: ſolebãt enim magiſtratus populi Romani in ſummæ poteſtatis ſignum, lictores habere cum faſcibus, quibus mãdabatur ut turbam ſummouerent, unde & ſommouere pro terrẽdi iure accipi cœptum eſt.

r Alb. hic.

s Bar. hic.

¶ §. VERBVM ſuum. Qui fundũ, Stichũ, domũ, huiuſmodiq; certam rẽ nominat, ſuãq; eſſe affirmat, de tota re, ĩtegraq; ſpecie loquutus intelligitur. Qua ratione quod cõmune eſt[t], proprie meum dici non poteſt, nec quod de re, quę propria alicuius ſit, à lege cõſtitutũ eſt, in ea locũ ſibi uendicat, quæ partim quoq; aliena ſit: id tamen perpetuum non eſt. Nam in indiuiduis, ſi plures ſint inſolidũ domini, res illa cuiuslibet, etiam proprie, eſſe exiſtimabitur[u]. Vnde communis libertus, eorum ratione quæ ad patroni honorẽ ſalutemq; pertinẽt[x], pro proprio habebitur, is enim honos inſolidum debetur[y]. In legatis quoq;, quoniã uoluntas potiſſimum locum obtinet, idẽ dicemus. Vnde qui legat Stichũ, qui ſuus erit cũ morietur, etiã legaſſe eum intelligetur[z], ſi non ſuus, ſed communis erit, eaq; pars debebitur, quæ ad eum ſpectat: nec enim dubium eſt, quin illa proprie ſit ſua. Cæterum & cũ iudex pronuntiat fundum Titij non eſſe, intelligetur id pronuntiaſſe, ut neq; illi cõmunis ſit. Cum enim in iudicio de ueritate totius ſummæ agatur, cenſetur iudex etiam de qualibet eius parte pronũtiaſſe[a], alioquin facile eſſet rem iudicatam eludere. Idem & in interrogationibus dicendũ eſt[b], qui enim interrogat, an fundus ſit ſuus, non ſolum de toto, ſed & de qualibet parte interrogaſſe cẽſebitur. Et ideo ſi illi reſpondeatur ſuum non eſſe, perinde erit, atq; ſi neq; ſibi communem dixiſſet. Quid ergo ſi iurauerit ſuum nõ eſſe, & deinde probetur communem eſſe, an punietur tanquam periurus? Et uideretur non eſſe exiſtimãdum periurum, ut enim crimen illud euitetur, ex humanitate receptũ eſt[c], etiã abuſiuam uerborum interpretationem admittẽdã. Vnde cũ è duobus teſtibus alter affirmaſſet fundũ à Titio poſſideri, alter uero negaſſet, concordiæ cauſa reſpõſum fuit[d], de parte alterum, alterum de toto intelligendũ. Meritò igitur Iuriſcõſultus ambiguum eſſe hunc caſum aſſerit, & ideo debent iudices eum qui iurauit ſuũ non eſſe, cõpellere, ut explicet, ſit ne ſibi cõmunis, ne periurium obtegere uerborum inuolucro poſſit: quamuis uerior ſententia ſit, etiam ſi nihil explicet, cenſeri periurum[e].

t c. fi. eo. tit. in 6.

u l. illud. de ritu. nup.

x l. j. §. dñi. ad Syll.

y l. cõis. de in ius uoc.

z l. ſerui. §. j. de leg. j.

a l. ſi quis cum totũ. de exe cu. rei iud.

b l. q ſeruũ. in fi. de int. ac.

CVM QVAEREBATVR. Cũ quis ſtipulatus eſſet ſoluto matrimonio dotem ſibi reddi, fuere qui crederẽt, cõditionem ſtipulationis eo ſolum caſu euenire quo per diuortium ſolueretur, nõ etiam ſi morte alterius: quorum ſententiam ea ratio adiuuabat quod cũ matrimoniũ conſenſu contrahatur, proprie contrario conſenſu diſſolui uidetur. Qui autẽ moritur, nõ exiſtimatur diſſentire, unde & uiduæ iuris interpretatiõe in pleriſq; habentur, ac ſi in priore matrimonio adhuc eſſent. Sed Imper. Titus etiam caſum mortis cõtineri exiſtimauit: quamobrem & quoties conſtante matrimonio dos petitur, ut ſi maritus facultatibus labatur, locum eſſe ſtipulationi uideretur, cum nullo caſu dotem remanere apud maritum pronũtiauerit[d]. Sed hoc communiter non admittitur, cum ſolutum nõ ſit, & beneficium repetitionis mulieri ipſi lex concedat, non autem extraneo. Interpretantur autem Doctores ea uerba, ſoluto matrimonio, id eſt cum matrimonium ſolutum erit. Indeq; colligunt, ablatiui abſoluti naturam eam eſſe, ut cõditionem inducat. In quo articulo ſciendum eſt, ablatiuos quandoque in uim ſeptimi caſus, ut Diomedes, Seruiuſq; docuerunt, enuntiari: tuncq; dubium nõ eſt

ad con

actū eo pacto, ut nullo caſu remaneret dos apud maritū.

ad conditionem nō referri. Inducitur autem huius caſus uis ſimpliciter in nominibus, ut cum dicimus, te autore didici, arbitratu Seij ædificaui, ſaluo conſenſu domini alienaui, & ſi qua ſimilia. Quandoq; per participiũ proferuntur, & tunc naturam adiuncti participij debemus īſpicere, præſentis, præteriti, an futuri ſit tēporis: Quod præſentis tēporis eſt, conditionem non inducit, ut ſi dixerim, rato manente pacto pœna ſoluatur: item filio præcedēte, patri permittitur, quemlibet in locum nepotis adoptare, hic enim non uidetur ſubeſſe conditio. Quod tamen nō procedit, cum participium ipſum licet præſentis temporis, futuros tamen caſus reſpicit, ut ſi cōſtitutum ſit, ſtantibus maſculis fœminas à ſucceſſione excludi: illa enim uerba, ſtātibus maſculis, quoniam ab eo prolata cenſentur[b], qui ius de ea re ſtatuendi habet, & conditionem inducunt, & diſpoſitionem, quia non ſolum fœminas ſub conditione excludunt, ſed ipſos maſculos admittũt. Cum participium præteriti eſt temporis, obſcurior eſt quæſtio, quoniam ex adiectione uerbi poteſt ad omnia tēpora referri, ut ſupra à nobis ex P. Nigidij ſentētia traditum eſt[c]: unde hæc uerba, ſoluto matrimonio, generaliter accipi ex materia ſubiecta poterunt, ſiue retro ſolutũ ſit, ſiue in futurum ſoluetur, reſpectu futuri cōditio eſt, non autem reſpectu præſentis præteritiue. Nam & cũ ſermo Latinus præſens à paſſiuo uerbo participium nullũ habeat, ſoliti ſunt ueteres in eum ſenſum præterito uti, ut apud Virg. uimq; addere uictis, id eſt qui uincebantur. Et in Georgi. Quam quibus in patriam uētoſa per æquora uectis, id eſt qui uehuntur. Sic & in edicto prætoris[d], dum in eum qui rate naue expugnata quid rapuiſſe dicetur actio conceditur, illa uerba, naue expugnata, exponũtur, id eſt dum expugnatur, & præſens quoq; tempus reſpiciunt. Sumuntur & quãdoq; huiuſmodi participia ferè in uim nominis, ut cum dicimus, uelo leuato iudicauit, reſeruato domini conſenſu alienauit, penum excepto uino legauit: Quo caſu dubium non eſt, diſpoſitionem inferri, non conditionem. Idemq; iuris eſt, quod de ui ſeptimi caſus ſupra docui. Cum futuri temporis participium eſt, tempus potius quàm conditio inducitur, ut in illo Lucani, Venturo Cæſare Romam, Ignauæ liquere manus, id eſt cum eſſet uenturus. Vnde quamuis Bartolus[e] eas conditiones, quæ ab ablatiuis abſolutis inducuntur, expreſſas appellet, mihi tamē uidetur huiuſmodi ablatiuos principalius ad tempus, quàm ad conditionē referri. Nam & illud in confeſſo eſt, magis diſpoſitiōi eos accedere, quàm cōditio expreſſa faciat[f]. Illud etiam cōſtat, quæ in dus participia terminãtur, nullo modo ad cōditionem, neq; expreſſam, neq; tacitam attinere, ſed id ſignificari, quod fieri oportet, ut in exēplo Iuſtiniani, poſterioribus ſecundo relinquēdis: & rurſus, liberis inſtituēdis uel exhæredandis.

[b] Bart. l. ij. §. fi. ad Tert.
[c] in l. uerbũ erit, ſ. eo.
[d] l. ij. §. deinde, de incēd.
[e] in l. j. 7. q. de cōdi. & dem.
[f] Iaſ. in rubr. ſol. mat.

Q. MVTIVS LIBRO SINGVLARI I. ὡρῶν

Lex CCXLI.

IN rutis & cæſis ea ſunt, quæ terra nō tenentur, quæq; opere ſtructili, tectorioúe non continentur.

IN RVTIS. Scripſit Q. Mutius ſingularem librum quem inſcripſit ὡρῶν, id eſt horarũ, uel etiam annaliũ: ſi quidem ὧροι apud Lucianum hoc ſenſu accipiuntur: potuit & titulus operis fuiſſe τῶν ὅρων per o breue, ſic enim Ariſtoteles in Topicis diffinitionē, ſiue ut M. Cicero, notationem uocat, nam & certa de aliqua re ſentētia ὅρος dici poteſt: & hæc ſecunda lectio mihi magis placeret, niſi in antiquis codicibus huius reſpōſi lemma per o magnum ſcriberetur, nimirum hoc modo, Q. Mutius libro ſingulari ὡρῶν, unde ab ea ſcriptura temere recedendum non eſt. Igitur in eo libro Mutius explicuit, quæ nam ruta eſſent & cæſa (ſolebant enim domuum uenditores ea excipere, ne empta cenſerētur) & uidebatur quæcũq; eruta uel cæſa ſint ſignificari, id enim uoces illæ denotant. Sed Mutius[a] non contineri ea quæ terræ fixa ſunt exiſtimauit: ſed & ſi qua opere ſtructili uel tectorio cōcluſa ſunt idē eſſe[b]. Dicitur opus ſtructile, quod ex lapide quadrato, aut laterculis calceq; conſtructum eſt, eaq; proprie pars ædificij eſt: unde & auferri non poteſt. Tectoriũ uero incruſtatio eſt, ſiue expolitio parietũ, pluribus inductis ex arenato corijs, totidemq; ex marmorato: quam rem M. Vitruuius lib. VII. copioſe explicat. Dureſcebat autem ea ſpecies in cruſtas, adeò ut ſpeculorum modo imagines redderet, poſſetq; in abacorũ quoq; uſum eximi: quæ tametſi uera eſſent, non tamē ea eximere uēditori licet, cũ hic diffinitũ ſit, rutorũ cæſorumq; appellatione nō cōprændi. Sed an inteſtina opera cōprændantur, ut ſcamna, ſedes, fulcra, abaci, armaria, ſcrinia, idq; genus ſimilia: & cōtineri quibuſdam uidetur. Cum enim ex materia arboribus cæſa conſtent, ſatis uidentur ex ui

[a] l. fundi. §. ſi ruta. de act. emp.
[b] l. ſicuti. ſi ſer. uend.

uerbi

uerbi ſignificari. Quid de ſtatutis & imaginibus, quales maiorū ſuorū antiqui in atrijs & ueſtibulis conſeruabant, ſicut Philoſophorū, doctrinaq́; inſignium hominū in bybliothecis, cæterorū in hortis uel horreis: Et M. Cicero. II. de Oratore, rutis cæſiſq́; attribuere uidet. Quapropter uendita domo empto rē nō ſequeretur. Quod tamen aliter ab antiquioribus obſeruatum fuiſſe Plinius eſt autor. Is li. XXXV. In foribus, inquit, & circa limina animorum ingētium imagines erant, affixis hoſtium ſpolijs, quæ nec Emptori refringere liceret. Quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erāt. Sed hæc olim fuere: Mutij eñ ſentētia deinde recepta eſt, ut ruta cæſaq́; ædiū fundiúe eſſe nō cēſeātur[d], niſi id ſcriptū ſit. Sanè harū dictionum M. Cicero in Topicis quoq́; meminit: Solēt, inquit, liberales uēditores, ut cum ædes fundumúe uēdiderint, rutis cæſis receptis, cōcedant tamē aliquid emptori, quod ornādi cauſa apte & ſuo loco poſitum uideatur. Explicauit hunc locum BVDAEVS quoq́;.

c l. celſus. §. idem Iul. ad exhib.

d l. in uendendo. de contrah. emp.

IABOLENVS LIBRO II. EX POSTERIOR. LAB.

Lex CCXLII.

MAlū nauis eſſe partem, artemonem autē nō eſſe, & uerius eſt, & Labeo ait, quia plerūq́; naues ſine malo inutiles eſſent, ideoq́; pars nauis habetur: artemon autē magis additamentum, ꝙ pars nauis eſt. ¶ Inter proiectum & immiſſum hoc intereſſe, Labeo ait, quòd proiectum eſſet id, quod ita proueheretur, ut nusquam conquieſceret, qualia mæniana & ſubgrundia eſſent. Immiſſum autem quod ita fieret, ut in aliquo loco requieſceret: ueluti tigna, trabesq́;, quæ

MALVM. Artemon uelum eſt addititium dirigendæ nauis cauſa, cuius Iulius Polux meminit, & in actibus Apoſtolorum Lucas ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ, id eſt, extollentes artemonem ad auræ flatum. Deducitur à Græco uerbo ἀρτάω quod ſuſpendere ſignificat, & aſſuere. Vnde & ἀρτήμα in etymologico magno pro loro paruo accipitur, cui crumena adſuitur. Eſt & hac ſimilitudine artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα uocant, ea ingentis oneris lapides tolluntur: cum enim cæteræ huiuſmodi machinæ duas tātummodo trochleas habeant, ea quæ πολύσπαστος appellatur, etiam tertiam requirit, quæ addititia eſt, & ideo artemon epagonq́; dicitur, ut M. Vitruuius ſcribit. Eſt & Artemon machinarij fabri nomen, qui è paupere diues factus, uoluptariam uitā agere cœpit, ut apud Athenæū legi: unde περιφόρητος, id eſt circumlatitius, prouerbio quoq́; dictus, de quo alij aliter prodiderunt. Sed hoc in Iaboleni reſpōſo de uelo illo extraordinario accipiendum eſt. Quod etiam Iſidorus, ut tempora ſua ferebant, nō prorſus malus autor, dirigendæ potius nauis cauſa, quàm celeritatis commendari, lib. XIX. tradit. Igitur id uelum tanꝙ addititium, nō eſſe nauis partem hic traditur: Nam & pleræq́; naues illud nō habēt, & tamen nō ideo inutiles ſunt. At ex recētioribus pleriq́;, quid artemon eſſet ignorantes, temonē expoſuerūt, qđ ſic uulgari uoce nauis gubernaculū uocetur: Hincq́; uarie ſe torſerūt, dū rationē nullam uident, cur illud pars nauis nō ſit, cū alibi expreſſim traditū legerint gubernacula, malum, antennas, quaſi membra nauis eſſe[d]. Hinc autem apparet uendita uel legata naui, quid præſtādum ſit. Sed quid ſi quis uēdat tibi lembulum, an & remos debeat: Et deberi uidetur: Niſi ex conſuetudine aliaúe ratione aliud actum conſtet. Quid ſi nauim inſtructam quis legauerit, an artemon præſtabitur: Et licet pars nauis non ſit[b], tamen nō eſt dubitandum, quin eius inſtrumentum ſit. Quod in ſcapha cōtra reſponſum eſt: ſcapha enim nauis inſtrumētum non eſt. Sanè ſciendum eſt, nauim ex uniuerſo quodam conſtare, & ideo ſingulis tabulis euictis, non uideri partem euictam[c].

¶ §. INTER PROIECTVM: Interpretatur Priſcus Iabolenus quid inter proiectū & immiſſum differat, aitq́; Immiſſum id eſſe, qđ ita immitteretur, ut in alieno regeſceret, unde & ſeruitus tigni immittendi nomē ſumpſit. Proiectum autem eſt, quod prouectum extra parietē uel ædificium, nusq́; conquieſcit: qualia ſunt mæniana, & ſubgrūdia[d]. Mæniana Græci orthas appellāt, nomē ſumpſere, ut Accurſius ait, à mœnibus, cui tamē doctiſſimi Grāmaticorū meritò aduerſantur, ex hiſtoriaq́; etymologiam hanc adducunt. Fuiſſe eñ Mænium quendā Romanum, qui cum patrimoniū abliguriuiſſet, domum uēdidit, quam ad forum ſpectantem reliquam habebat, excepitq́; ſibi unam columnam, ex qua proiecit tigna, quo amplius podium efficeret, unde gladiatorios ludos conſpiceret.

Hincq́;

Hincq́ꝫ exterius porrecta ædificia appellari cœpere Mæniana. Suggrundia uero ſunt, quas ſuggrūdas quoq; uulgò dicimus, prominentes uidelicet tecti partes: Græci γεῖσα uocant, & ὑπογεῖσα. Varro de re ruſt. Ciues, inqt, ſubtus ſuggrundas ab initio uillatico uſæ tecto. Sed & edicto prætoris cauebatur, ne qs in ſubgrūda proiectoúe id poſitum haberet[c], qđ alicui nocere poſſet. Extat etiam rubrica de damno infecto, & ſubgrūdis, & proiectionibus. Sanè non modica iuris eſt diuerſitas, immiſſum qd, an proiectum dicatur. Nam Immiſſum meo parieti de facto mihi deĳcere licet, at ſupra ædes meas proiectum, nō licet, ſed lege Aquilia agendū eſt[f]. Quapropter cum quis ex heliocamino perticas quibus toralia, lintea, uela, idq́ꝫ genus texta ſoli exſiccanda ſuſtinerētur, ſupra uicini domum proiectas haberet, reſpondi nō licere ꝓpria autoritate deĳcere, ſed legis actionem ſupereſſe. Non ſolum autē in ædes alienas immiſſum proiectumúe habere nō licet, ſed nec in ædes communes, niſi iure ſeruitutis, uel alia ratione id debeatur[g].

c l.ſi uero.§. prætor. de his q deie.

f l.quēadmodum.§.j.ad l.Aquil.

g l.ſi duo.§. labeo.uti poſ.

immitterētur. ¶ Plūbum autē quod pro tegulis poneret, ædificĳ eſſe, ait Labeo: ſed id quod hypæthrĳ tegēdi cauſa poneretur, contra eſſe. ¶ Viduam non ſolum eam, quæ aliquādo nupta fuiſſet, ſed eam quoq; mulierem, quæ uirum non habuiſſet, appellari, ait Labeo: qa uidua ſic dicta eſt, quaſi uæcores, uæſanus, qui ſine corde, aut ſine ſanitate eſſet, ſimiliter uiduam eſſe dictam, ſine duitate.

¶ §. PLVMBVM. Solebant ueteres, quod in præſentia penitus nō exoleuit, domos plū bo tegere, eoq́ꝫ tegularum loco uti, id Labeo ædificĳ eſſe aiebat: unde domo uendita, & ipſum emptori accedebat. Nec hac in re qcq̃ꝫ ambigitur. Sed quod ſubſequitur perq̃ꝫ obſcurum eſt. Accurſius ingenue faſſus eſt, ſe hunc locum non percipere. Sunt qui legant, id quod in ripa tegendi cauſa poneretur, contra eſſe: ut cenſuerit Labeo, id plumbū, quod flumine aduectum in ripa adhuc eſt, tametſi ea mente paterfamilias adportari fecerit, ut domum contegeret, non tamen ædificĳ eſſe. Quod quidē iure uerum eſt, cum cōſtet deſtinationē rei[h], pro ipſo facto nō haberi, niſi cū aut opus iam cœptū, factoq́ꝫ ipſi proximum eſt[i], aut in id res eſt deſtinata, quod prius fuit: ut cum tegulas, plumbumúe quis detraxit, ut reponeret, ædificĳ enim cēſebuntur: cum alioquin tegulæ nondum impoſitæ, ædificĳ ipſius non ſint. Cæterum hæc interpretatio antiquorum codicum lectioni nō congruit, in quibus apertiſſime legitur, id quod hypæthrĳ tegendi cauſa poneretur, contra eſſe.

h l.fundi.§. uē.l.ſeq.de act.emp.

i l.librorum. §.pſcripti. de leg.iij.

Moris fuit apud ueteres, media ſpatia quæ inter porticus ſunt adornare, ambulatiōesq́ꝫ eas pulcherrimis pauimentis ſternere, & hypæthria, quòd ſub aperto æthere ſint, appellare: ut M. Vitruuius libro quinto oſtendit. Latinis etiā Subdiuales ambulationes dicūtur, ut Plin. lib. XVII. & Subdialia pauimenta lib. XXXVI. Fieri hypæthria etiam ante templorum ueſtibula conſueuiſſe, autor eſt Zenodotus in adagĳs: qui Bacchi ſtatuam, quem Morychū Siculi dicunt, ἔξω τοῦ νεὼ collocatā fuiſſe ſcribit, πρὸς τὴν εἴσοδον ἐν ὑπαίθρῳ, id eſt extra templū, iuxta ingreſſum in hypæthro. Igitur hyemali tempore, ne propter gelu uel niues ea pauimenta corrumperētur, plumbo fortè, uel quapiam alia materia tegebātur. Quæ æſtate demū tollebatur, meritò id nō eſſe ædificĳ Labeo ſenſit, cum ad ſtructuram nō pertineat, & perpetui uſus cauſa nō apponeretur: Aeſtate quoq; in hypæthrĳs ſolis ardores, expanſis uelis defendebant, ea uela Sabinus & Caſſius[k] ſuppellectili adſcribūt (licet uulgati codices pro hypæthrĳs, partim in petris, partim apothecis ſcriptum habeant) unde ædificĳ non magis eſſe, q̃ꝫ ſuppellectilem conſtat.

k l.quæſitum. §.de uelis.d' fund.inſt.

¶ §. VIDVAM. Viduam eſſe quaſi ſine duitate Antiſtius Labeo dixit: quoniam particula, ue, priuatiua quandoq; eſt, ut in uæſano, uæcordeq́ꝫ diximus. Quapropter etiam quæ nunq̃ꝫ nupta fuit, uidua recte appellabitur, competentq́ꝫ ei cætera priuilegia, quæ uiduis conceſſa ſunt[l]. Sed hanc ego Labeonis interpretationem uix ſcio quantum approbem, non quòd A. Gellĳ exemplo mouear, qui & ipſe quaſdam eius ſimiles deriuationes quandoque confutauit, ſed quòd quacunq; autoritate potiores apud me ſunt rationes. Quomodo enim uiduam à ue & duitate dictam credamus, quæ dictio prima in ſyllaba corripitur, cum ſi Labeonis uera eſſet ſententia, produci debuiſſet: ſicut & uæcors, uæſanusq́ꝫ producuntur. Quomodo item ab etymologia uocabuli affirmatiue argumētabimur, ut quia ſine duitate puella ſit, uidua dicatur, Cum huiuſmodi argumentum non conſiſtere frequētius receptum ſit: Sed & non parum me legis Iuliæ[m] exemplū mouet,

l Bart.l.j.C. qñ imp.int. pup.

m §.item lex. Inſt.de pub. iud.

mouet, Quæ uiduam à uirgine ſeparat, licet in utraque ſtuprum committatur. Hieronymus quoq; ad Fabiolam[n], Vidua, inquit, eſt cuius maritus mortuus eſt. Nam & antiqui autores uiduum ſimpliciter pro priuato accipiunt, unde uiduus pharetra Apollo apud Horatium. Elegãtior igitur ſubtiliorq; Labeonis mihi uidetur ſententia, ꝙ uerior, ut meritò non niſi ex lata ſignificatione ſuſtineri eam plerique reſponderint[o]. Quãdoquidem & ſcientiſſimi Grammaticorũ ab antiquo uerbo iduare uiduam dictam putant, quod ſeparare ſignificat: unde & Diuidere uerbum, & Idus dicti Macrobio, ſit igitur uidua, quæ à uiro ſeparata eſt, cui ſententiæ & cæteri antiqui cõmuniſq; omnium uſus aſſentire uidetur. Addunt[p] aliqui ita demum proprie dici uiduam, ſi à uiro, cui ſuperſtes exiſtit mulier facta ſit: quod ego non probo, cum nuptias non cõcubitus, ſed cõſenſus faciat. Sed quid ſi mortui uiri honorẽ non procuret, ſtuprũq; patiatur? & non eſſe uiduam quibuſdam uidetur, quod per interpretationẽ admitti crediderim[q]: propter enim ſuũ dedecus, eis priuilegijs indigna eſt, quibus pudicæ uiduæ honeſtantur. Cæterum quæ inutilem maritum nacta eſt, eadem interpretatione uidua cenſebitur[r]. Sed qua ratione moueri legiſlatores exiſtimabimus, ut erga uiduas indulgentiores ſint? Et credibile eſt ſexus imbecillitati miſeritum fuiſſe, qui per alios regitur, ut plurimum infidos, & dominicarum rerũ negligentes. In lege pontificia illud quoq; cõſiderari uidetur, ut præmijs uiduitatis adductæ, nõ facile adſecundas nuptias relaberentur, quas ea lex nõ ſatis approbat, ſed in cœlibe lecto caſtæ eſſent: quod quò difficilius his eſt, quæ illicitum ueneris expertæ ſunt, eò & commendatione dignius. Siquidẽ ut Græco prouerbio admonemur, δύσκολα τὰ καλά, quãuis hæc rara auis, ut uulgò dicitur.

¶ §. STRVCTVRAM. Fiunt plerumq; ſtructuræ ex tabulis exemptiles, unde dubitari potuit, an illæ ædium ſint, ita ut domo uendita debeantur, & eſſe Labeo ſcripſit: cũ enim perpetuò in hũc uſum paratæ fuerint, tametſi quandoq; tollantur, remanent tamen ædiũ[s], ſicut & cætera quæ ædificio detrahuntur, ut rurſus reponantur, ædium permanẽt.

¶ Structurã loci alicuius ex tabulis factam, quæ æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe ait Labeo, quoniam perpetuo uſui parata eſſent, neq; ad rem pertinere, quòd interim tollerentur.

SCEVO. LIB. XVIII. DIGESTORVM.

Lex CCXLIII.

Scæuola reſpon. Semper receptũ eſt, ut libertorum ap

Quo argumento arbitrarer etiam telaria, uel uitraria, quibus in feneſtris utimur licet exẽptilia ſint, tamẽ uendita domo deberi, in perpetuum enim uſum parata ſunt, nec alij præterea feneſtræ ſolent cõuenire, niſi ei cui obturandæ ſpecialiter effecta ſunt. Quod non eſt in cæteris operibus, quæ rutorum cæſorumq; appellatione recipiũtur. In ſpecularibus uero, licet eundem uſum præſtent[t], aliud Pegaſo & Caſſio uiſum eſt: cũ enim præcioſiora ſint in ornamẽto ædium magis ꝙ in inſtrumento habentur, conficiebantur autẽ ex ſpeculari lapide in tenuiſſimas cruſtas ſecto, & pellucido, cuius mẽtio paſſim apud bonos autores habetur. Qua ratione & domus uſufructu legato, ſpecularia nõ deberentur, quoniam in inſtrumento non ſunt. Sed tamẽ Vlpiani[u] ſententia receptior eſt, qui ſpecularia affixa domus partem eſſe cenſuit[x]: ſicut & pœgmata. Fuere ex recẽtioribus doctoribus quidam[y], ſpecularia exiſtimantes eſſe, tabulas clatris cancelliſúe ſpiſſioribus diſtinctas, quæ feneſtris opponũtur, ne uirgines à prætereuntibus conſpici poſſint, uulgus Zelozias uocat. Sed hæc ſententia ex Martialis carmine confutatur:

Hybernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fece diem.

Sed nunquid qui in uicini domũ ex feneſtra iure ſeruitutis ꝓſpectũ habet, ſpecularia immittere poſſit, unde ipſe uicinum, minime illi contrà perſpicuus, uideat? Et nõ poſſe quidã aſſerebãt[z], duriorem enim uicini cõditionẽ fieri, cum mutuus proſpectus ceu à Plutonis caſſide, uel Gygis annulo adimeretur. Cõtrà alijs uiſum, cuilibet em̃ in ſuo id facere permittẽdũ[a], quod ſibi cõducere exiſtimauerit.

SCAEVOLA. Aſſignauerat paterfamilias in teſtamento libertos ſuos uni ex filijs[a], deinde poſteriore ſcriptura Titium ſeruum ſuum liberum eſſe iuſſerat: dubitari potuit, an is quoq; aſſignatus eſſet: cũ de eo intellexiſſe non uideatur teſtator, qui cum aſſignatio ſcripta eſt, adhuc libertus nõ erat: Sed Scæuolę aliud uiſum eſt, nõ enim hoc in caſu ordo ſcripturæ uidetur diuerſitatẽ iuris inducere, cum in inſtrumentis quæ ab ultimo tractatu perfectionem accipiunt[b], eodẽ tempore cẽſeantur acta omnia, idcircoq; parum

referat

n 34. diſt. uidua.
o in.c.ex tenore.de fo. comp.
p Maria.d.c.
q §. quæ uero in auth. de nupt.
r gl.l.fi.C. de plag.
s l fundi in fi. de act.emp.

pellatione, etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento, uel posteriore loco manumitterentur: nisi manifeste is à quo peterentur, contra defuncti uoluntatem doceret peti.

LABEO LIB. IIII. πιθανῶν EX PAVLI EPIST.

Lex CCXLIIII.

SI qua pœna eſt, mulcta eſt: ſi qua mulcta, pœna eſt: Paulus utrumqꝫ eorũ falſum eſſe: nãqꝫ harum rerũ diſſimilitudo ex hoc quoqꝫ apparet, ꝙ de pœna prouocatio non eſt, ſimul atqꝫ em̃ uictus quis eſt, eius maleficij, cuius pœna eſt ſtatuta, ſtatim ea debet̃: at mulctæ ꝓuocatio eſt, nec ante debetur, q̃ꝫ aut non eſt prouocatũ, aut prouocator uictus eſt, nec aliter q̃ꝫ ſi is dixerit, cui dicere licet: ex hoc quoqꝫ earum rerum diſſimilitudo apparere poterit, q̄a certæ pœnæ ſingulorum peccatorũ ſunt, mulctæ contrà: quia eius iudicis poteſtas ẽ quãtam dicat, niſi cum lege conſtitutum eſt, quantam dicat.

referat poſteriore, an priore loco libertas data ſit. Sed quid ſi non teſtamẽto, ſed codicillis poſt aliquod tempus factis, libertas Titio relicta ſit? Et idem eſſe arbitror: Nec enim Scæuola hic diſtinguit qualis fuerit poſterior ſcriptura[c], nam & qđ codicillis ſcriptũ eſt, perinde eſt, ac ſi teſtamẽto adnotatum eſſet, quoniam codicilli teſtamenti iam facti pars eſſe uidẽtur. Alibíqꝫ traditum eſt[d], & codicillos ad teſtamenti ſenſum interpretatione producendos, & uice uerſa teſtamentũ ad codicillorũ ſententiam[e], unde & conditio in teſtamẽto legato addita, ex mẽte teſtatoris repetita in codicillis, etiam translato legato cẽſetur[f]. Quod & Decio uiſum eſt[g]. Sic & ſubſtitutio fideicõmiſſaria in prioribus tabulis facta, ex his declarationẽ ſumit[h], quę poſterioribus codicillorum tabulis ſcripta ſunt, idqꝫ niſi uerba euidentiſſime repugnent, uel contraria uoluntas defuncti, ut hic dicitur, poſſit oſtendi. Sed quid ſi uerba quidem omnino nõ repugnent, ſed quædam alioquin ſuperfluãt, quædam diuerſa ſuadeant? Et Cornæus reſpondit[i], tum quoqꝫ codicillos ſecundum teſtamenti uerba intelligendos eſſe. Et ideo ex uniuerſali ſubſtitutione in codicillis facta, non uideri particulares correctas, quæ teſtamento ſcriptæ proponerentur.

SI QVA POENA. Scripſerat Antiſtius Labeo, pœnam & mulctam idem eſſe: ſed Paulus falſum id exiſtimat, & præter cæteras, tres differentias adducit, quibus probet aliud eſſe mulctam, aliud pœnam. Sententia tamen Labeonis, inſpecta uocabuli origine, uera eſt. Quandoquidem ſupra ex uetuſtiſſimis ſcriptoribus admonui, mulctam Oſcum eſſe uerbũ quo pœna ſignificetur. Sed Paulus ſecundum temporum ſuorum conſuetudinem loquendi mulctam accipit, qua inſpecta, non eſt dubium expoſitionem Labeonis ſuſtineri non poſſe. Cõnumerauimus autem ſuperius[a] quàm plures differẽtias in horum uocabulorꝶ ſignificatiõe: Nũc de tribus ſolũ attingendũ eſt, quæ à Iuriſcõſulto referũtur. Prima eſt, quòd à pœna nõ ꝓuocatur, à mulcta uero prouocatio eſt. Quæ uerba uario modo à Doctoribus accepta ſunt: Sed Bartolus intra tẽpus prouocãdi defuncto reo pœnã deberi, mulctam uero nõ deberi interpretatus eſt. Hincqꝫ probari exiſtimat pœnę petitiõnẽ in hærede quoqꝫ competere, mulctæ uero morte rei extingui. Quæ ſentẽtia mihi uidetur non ſatis recepta eſſe: crebrius enim traditum eſt à pœna non eſſe prouocationem: quoniã ſi de delicto conſtet, cum à lege pœna imponatur, ſi q̄s prouocaret, nõ de facto iudicis, ſed de iniquitate legis conquereretur, & ideo admittendus non eſt: quod in mulcta nõ ꝓcedit, quæ ab ipſo iudice dicitur, non aũt à lege certo modo diffinita eſt. Quapropter ſi q̄s eo prætextu à pœna appellaret, ꝙ innoxiũ ſe diceret, uel quòd ex lege huiuſmodi pœna affici nõ poſſet, dubiũ nõ eſt, quin admittẽdus foret: nõ em̃ hoc caſu de legis iuſtitia, ſed de ius dicentis facto deceptaretur[b]. Cui ſentẽtiæ nõ abſimile uidetur, qđ traditũ eſt, tametſi manifeſtus uſurarius appellare ꝓhibeatur[c], ſi tamẽ aſſerat ſe tantũ fœnoris nõ extorſiſſe, inqꝫ quãtitatis modo prægrauari, prouocationi locũ eſſe: qđ Iac. & Albe. ꝓbãt. Meritò igitur cũ quis facinoris cõuictus eſt, ſtatim pœna à lege cõſtituta debet̃, at mulcta nõ prius debet̃, q̃ꝫ in rei iudicatę uim ſentẽtia eius indictiua tranſierit. Nã & Corn. Tacitus lib. XIII. Cẽſuit (inquit) L. Piſo Conſul deſignatus ne mulctã à Tribunis dictã quęſtores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menſes referrẽt, medio tẽpore cõtradicere liceret,

z deqꝫ

c l.talis. in fi. de leg. j.

d l.ij.§.codicillorum. de iure cod.

e l.neſennius. de exc.tut.

f l.Caio. de ali.leg.

g Dec. conſi. 190.

h l.fin. ad Treb.

i Corn. conſi. 44. in iij.

a l.aliud.3.co.

b Bal. l.j. col. 5. C. ne ex del. def.

c c.quam ſit. de uſur.

deq; eo cõſules ſtatuerẽt. Secunda differẽtia eſt, quòd pœnã quilibet iudex qui delicti cognitionẽ habeat, inferre põt, at mulctã his ſolis dicere licet, qbus ex lege uel mãdatis principũ cõceſſum eſt. Quapropter nec magiſtratus municipales[d], nec defenſores ciuitatũ, nec delegati iudicum, iuriſdictionẽ ſuã ꝑ mulctæ cõminationẽ tueri poſſunt. Qđ & in arbitro dicẽdũ eſt[e], niſi ex cõpromiſſo hæc ei poteſtas à partibus data ſit. Tertia differẽtia eſt, quia certæ pœnæ ſingulorũ peccatorum ſunt, at mulcta incerta eſt, & ex arbitrio ius dicẽtis pendet: ubicunq; igitur delictum perpetratũ ſpeciale eſt, & certã pecuniæ taxationẽ in ultionem nõ habet, ibi proprie mulcta eſt: ut ſi qs cõtumax fuerit, corã tribunali irreuerẽter aliquid egerit, prætorẽ cõtumelioſe compellauerit, & ſi qua ſimilia: Hæc enim delicta cõmune aliquod nomẽ nõ habent, ſed ſpecialiter deſignantur. Ea uero quæ communi generaliúe nomine dicuntur, ut ſtuprum, furtum, falſum, peculatus, certas & à lege conſtitutas habent pœnas, & ideo in eis mulcta proprie locum ſibi non uendicat. Quò fit, ut tametſi ex lege municipali liberũ arbitrium circa pœnas delictorum prætori cõceſſum ſit, quis furi, uel adultero pecuniariam pœnam indicat, nõ tamen proprie mulctaſſe dici poſſit, quoniam huiuſmodi delicta communia generaliaq; ſunt, at mulcta de ſpecialibus infligitur. Quòd ſi certa pecunia in pœnam à lege cõſtituta ſpeciali alicui delicto ſit, ea proprie mulcta dicetur: cum enim ante eam legem incerta eſſet, quis deinde ex conſtitutione ad præfinitam taxationem redigatur, ſeruat tamen nomẽ ſuum: uerbi gratia, Si clericus fruſtratorie appellaret[f], uel procurator ab exequutione, arbitrio iudicis olim mulctabatur[g], deinde conſtitutũ eſt, ut quinquaginta argenti libras ſolueret, an ideo minus hæc mulcta dicetur? Et proprie mulctã eſſe dicendum eſt, idq; etiam ex hoc reſponſo probatur, licet aliter Accurſius ſenſerit. Qđ & de ea pecunia arbitror, quam fiſco iudices litium protelatores exoluere cogũtur[h]: mulctam enim eam lex appellat, & quidem proprie. Illud conſtat, cum hodie ſtatutũ ſit, quatenus mulctam dicere magiſtratus poſſunt[i], quoniam minorem infligendi diminuendiq; ius habent, adhuc incertas eſſe mulctas, & in eis nomẽ id proculdubio ꝓprie locũ habere. Et hæc iure Romano uera ſunt: Athenienſes enim aliter obſeruaſſe quandoq; legimus, hi mulctas in aram Διὸς σωτῆρος, id eſt, Iouis conſeruatoris dedicabãt, quas ſemel illatas remittere non licebat. Quamuis pœnas iure debitas, pecunia redimere fas haberent, idq; Platonis exemplo, q ſingulis delictis pecuniarias mulctas cõſtituit. Cætera quæ ad mulctarum cognitionem pertinent ſuperius à nobis explicata ſunt.

d l.j.ſi quis ius dic.
e l.non ex oĩbus.de arbi.
f l.ij.C.de epiſco.aud.
g l.ab exequ.C.quo.app.
h l.ꝓperandũ.§.antepen.C.de iud.
i l.eos.C.de mod.mul.

POMPONIVS LIB. X. EPISTOL.

Lex CCXLV.

STatuæ affixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut ſimiliter, quæ cohærẽt tignis, nõ ſunt ædiũ, ornatus eñ cauſa parauit, non quò ædes perficiãtur. Idem Labeo ait, prothyron qđ ædibus interdũ fieri ſolet, ædium eſt.

STATVAE. Explicat hoc reſponſo Pomponius tres ſatis dubias quæſtiones, quarum prior eſt huiuſmodi, an ſtatuæ affixæ baſibus ſtructilibus, ſint ædium. In quo articulo prius ſciendum eſt, quid ſignificet baſis ſtructilis. Et conſtat baſem eſſe ſedem, & pedamentum cuique rei ſuſtinendæ: unde baſes uaſorum Corinthiorum Iaboleno[a], baſes catapultæ & columnarum M. Vitruuio. Hæ ex ſolido lapide quandoque fiebant, quandoque opere ſtructili, id eſt ex laterculis, calceq;. Igitur ſi quæ ſtatuæ marmoreis baſibus inſiderent, in confeſſo fuit ædium non eſſe, ſed rutis cæſiſq; annumerari[b], ut ſupra uidimus: & ideo uendita uel legata domo, auferri poſſunt. Sed ſi ſupra ſtructiles baſes collocatæ eſſent, tractatus magis ambiguus eſt, Quoniam ſtructile opus pars ædificij eſt, nec amoueri poteſt, ſicut ergo baſes ipſæ pars ædium ſunt, ita eis impoſitæ ſtatuæ ædibus adſcribi debent, in qua tamẽ re aliter Pomponio uiſum eſt, apponuntur enim magis cauſa ornatus, quàm ut ædes perficiãtur. Sequens quæſtio eſt, quid de tabulis quas pictas antiqui catenis religabant, uel parieti, tigniſúe affigebant, an illæ ædium eſſent? Et eadem ratione non eſſe reſpõſum eſt: ornant enim elegãtioremq; reddunt domum huiuſmodi tabulæ, non autem quicquam ad eius perfectionem faciunt. Quòd ſi in tectorio opere loco cruſtarum marmorearũ inde exemptarum appoſitæ ſint[c], tũc ædium partes ſunt, uidentur enim tectorij ipſius perfectioni accedere, & parum refert ex marmore, uel ex tabulis pictis, quod illi deeſt ſuppleatur. Quid autem ſit tectorium ſuperius à nobis tractatum eſt[d]. Hincq; probatur, ornamenta quæ à domo ſeparari cõmode poſſunt, ſi eam ob rẽ nihil perfectioni domus deeſt, ædium non eſſe

non eſſe,& ideo ædibus uenditis uel legatis non deberi. Sanè hoc loco antiquorum codicum uaria eſt ſcriptura, quidam enim habent, Aut ſimiliter quæ cohærent lignis: Alij, lychnis: Alij, tignis. In ultima quæſtione dubitari potuit, an prothyron ædium ſit, & reſponſum eſt, eſſe. Sed ī hoc nō modica eſt difficultas, explicare, quid ſibi prothyron uelit. Et Græcus ſermo indicat aliquid ſignificare, quod ante ianuam uel hoſtiū ſit, à Græca præpoſitione πρὸ & dictione θύρα. Qua ratione & hyperthyron dicimus, quod ſuperliminare quidam uocant, ſicut Pſeudothyron poſticum, Hypothyron hiantiam cauitatémue ianuæ, Diathyron quod per eam ponitur. Qualis eſt in ianuis, quam uulgò poſterulam uocamus, in hoſtijs uero, quam uulgò buxulam appellant, & ex tabulis conficitur, ad arcēda, dum ualuæ aperiuntur, irrumpentia frigora: fit & quandoq; uice tabularum, appoſitis tapetibus, uel peripetaſmatis, huiuſmodiq; uelamine. Eſt & Dithyron quod Biualuium dicere poſſumus, unde Ariſtoteles de Animalibus quarto, genus quoddam oſtracon appellat dithyra, quaſi biſores teſtas, quæ uox etiam poſterulæ conuenire poteſt, quaſi ſit διπλῆ θύρα, unde & dithyron Græci, pro eo quod duplicatum eſt uſurpāt, ut Heſychius & Suidas tradit. Philoſtratus quoq; in uitis Sophiſtarum autor eſt, Secundum Rhetorem ab aliquibus ἐπίθυρον fuiſſe cognominatū, quòd fabri eſſet filius. Igitur Græci prothyron uocant, quod Latini Veſtibulum dicunt, unde Pindarus in Olympijs Corinthum Peloponeſi prothyron appellat, quaſi portam uel fauces dicas. Sed & Poſſidippus in Epigrammate, ἐν προθύροις, inquit, Διονυσίου διδασκαλίων, uidetur q; accepiſſe pro ſtatuariorum pergula, in qua publice ante ianuam ſpectanda opera proponebantur. Hieronymus uero in Ezechielem, quod Aquila & Theodotio prothyron dixerat, limē portæ tranſtulit: frequētior tamen interpretatio eſt, ut ueſtibulum ſignificet. Sed in hunc ſenſum hic accipi ego nō arbitror, non q̄ me moueat Aelij Galli Iuriſconſulti autoritas, quem refert A. Gellius ſcripſiſſe libro de ſignificatione uerborum quæ ad ius ciuile pertinent ſecundo, Veſtibulum partem ædiū non eſſe, ſed quia nō uideo cur hoc ſenſu Pomponius & Labeo Græca magis dictione q̄ Latina, & quidem uſitatiore, uti debuerit, præſertim cū indubitatū ſit, ut ego ſentio, ueſtibulum, tametſi extra ianuam domus ſit, ædibus tamē adſcribi, & ceu earum membrum exiſtimari. Arbitror igitur hac uoce poſterulam uel buxulam ipſam ſignificari. Interdū enim ea, ut hic dicitur, in ædibus ſit, nam M. Vitruuius autor eſt, quę Gręci diathyra, uel ut alij magis probant, dithyra dicunt, à Latinis prothyra appellari. Papinianus quoq; [c] prothyron domus, inquit, ſi uelamē eſt, inſtrumento domus cōtinetur. Quibus uerbis aperte indicatur, non poſſe nos de ueſtibulo intelligere, ſed potius de ſtragulis aliquibus pictis. Quādoquidem Iul. Pollux libro decimo, inter ianitoris inſtrumenta prothyra quoq; cōnumerare uidetur, πολυποίκιλα, id eſt multifariam uariegata: Diſtinguendum igitur eſt, ut buxula, ſi ex tabulis ſimiliue materia confecta ſit, pars ædiū cenſeatur, ſicut & poſterula, ſi ex uelamine huiuſmodiq; aulæis non pars, ſed inſtrumentum ſit domus.

c l. quæſitum. §. papi. de fun. inſtr.

IEEM LIB. XVI. EPIST.

Lex CCXLVI.

APud Labeonē πιθανῶν ita ſcriptū eſt, exhibet qui præſtat eius de quo agitur præſentiā, nā etiam qui ſiſtit in iudicio, prę̨ſtat eius de quo agitur præſentiā, nec tamē eū exhibet, qui mutum aut furioſum aut infantē exhibet, nō enim poteſt uideri eius præſtare prę̨ſentiam, nemo enim ex eo genere præſens ſatis apte appellari pōt. ¶ Reſtituit non tantum qui ſolū corpus, ſed etiā qui omnem rem cōditionemq; reddita cauſa præſtat, & tota reſtitutio iuris interpretatio eſt.

FINIS.

APVD LABEONEM. Scripſit Labeo πιθανῶν, id eſt uerißimilium libros octo, in hoc opere definiuit quid ſit exhibere: Et id eſſe arbitratus eſt, quod eius de quo agitur præſentiam præſtare. Quam definitionem à Pomponio hic reprobari cōmuni calculo receptum eſt, idq; duobus argumentis. Nā qui in iudicio hominē ſiſtit præſtat eius de quo agitur præſentiam, & tamen aliud eſt ſiſtere, aliud exhibere: rurſus, furioſus, aut infans, aut mutus iudicio exhibentur, & tamen eorum præſentia non uidetur præſtari, loco enim abſentium habentur. Poſſet tamen Labeonis ſententia defendi, ſi eum qui hominē ſiſtit, etiā exhibere dicamus, ut exhibēdi uerbum generalius ſit: eſt enim exhibere [a], extra ſecretum habere: nec ſimpliciter uerum eſt,

a l. j. §. ait prætor. de lib. ho. exh.

furioſi, infantis, muti præſentiã nullam eſſe, ſed pro abſentibus haberi. Quoniam præſentia proprie ad corpus refertur, nec dubiũ eſt corpore eos præſentes, licet lex plerũq; propter ſenſus imbecillitatẽ abeſſe eos interpretetur. Quapropter quoſdam caſus reperire eſt, quibus furioſus pro abſente nõ habetur, ut cum de perſeuerantia, nõ autem de nouo conſenſu agitur[b]. Itemq; cum hoc non tractatur ut conſentiat, ſed ſatis eſt ne contradicat: cuius rei exẽplum eſt in muliere furioſa[c], de cuius dote pater agit, nec de ratihabitione cauet. Nam & generaliter furioſorum conſenſus eſt nullus, & tamen abſentes per procuratorem conſentire poſſunt[d]. Quapropter ſi qs furioſi præſentiam præſtare promiſerit, non ualere ſtipulationem minime cum Accurſio ſenſerim[e]: ſed potius corpore, & de facto exhibendum eſſe. Illud non diffiteor, ſi poſt ſtipulationem in furorem inciderit, promiſſori cõpetere exceptionem[f]. Cum enim de ſani hominis præſentia agitur, non uidentur partes uoluiſſe exhiberi caſu quo propter dementiã impediretur. Et quod de muto hic dicitur, de eo qui naturaliter mutus ſit accipiẽdum eſt, huiuſmodi enim & ſurdi ſunt: unde quid ſententiæ intellectusúe habeant exponere nequeunt, idq; in cauſa eſt, ut infantibus & furioſis ſimiles exiſtimentur: alioqui qui ſimpliciter mutus eſt, omnes cõtractus facere poteſt, excepta ſtipulatione, quoniam expreſſio uerborum in ea neceſſario requiritur.

b l. patre. qui ſint ſui uel ali. iur.

c l. ij. §. fi. ſolu. matr.

d l. ij. de proc.

e l. ſtipu. iſta. §. hi qui. de uerb. obli.

f l. ij. §. ſi qs. ſi quis caut.

¶ §. RESTITVIT. Reſtituere eſt rem in ea conditione quæ retro fuit præſtare. Non ergo ſufficit corpus ipſum, puta fundum reſtituere, niſi omnino res ipſa præſtetur. Res autem dictio eſt uniuerſalis, quæ acceſſiones fructúſue continet. Sed & in ea cõditione eſt reſtituenda, in qua olim erat, ut ſi cauſa uſucapionis ſuberat, ea quoq; reddatur. Sed quoniã non ſemper acceſſiones & fructus uel cauſa redditur, ſed aliter atq; aliter ſolet diſtingui, ideo hæc reſtitutio omnis in iuris interpretatione uerſatur, de qua re ſuperius à nobis tractatum eſt. Sunt enim hoc ſub titulo quatuor eiuſdem ſenſus ad hanc materiam pertinentia reſponſa, ut nõ poſſim non mirari, cur idem toties inculcauerint, qui ſub Iuſtiniano centones hos legum conficiendi curã aſſumpſerunt, quaſi alia noua magisq; neceſſaria deeſſent. Scribat Iuſtinianus quantum uelit, glorieturq; ſuos hoſce libros cauſarum negotiorumq; deciſionibus ſatis eſſe, res ipſa planè reclamat nemoq; ciuilis profeſſionis eruditus eſt, qui apertiſſime non uideat innumerabiles dubitationes ex facto oriri, quas niſi omnino Oedipus is ſit, ex harum legum ſylua decidere nemo unus poſſit: ut planè ſine Bartolo aliјsq; quibuſdam interpretibus, ius noſtrum nõ conſiſtere affirmare auſim. Quid enim, ſi bonarum literarum cognitionem excipias, illi aut acutiſſime non excogitarunt, aut clariſſime non docuerunt, ut noſtris oculis offuſas per hoſce Græculos tenebras aperirent? Illud non diffiteor, ſi antiquorum Iuriſconſultorum opera extarent, nec Iuſtiniani iniquiſſimo illo edicto ſublata fuiſſent, Accurſij, & qui poſt eum ſcripſerunt, minime neceſſarias futuras fuiſſe lucubrationes. Sed ſatis ſit, conceptam animi indignationem hactenus prompſiſſe, ne crabronum aculeos irritaſſe uideor.

FINIS.

# INDEX LEGVM SVB RVBR. DE VERB. SIGNIF.


| | |
|---|---|
| ABſentem accipere | 199 |
| Actionis eerbo | 34 |
| Aedificia Romæ | 139 |
| Ager eſt locus | 27 |
| Alienationis uerbum | 28 |
| Alienatum uon proprie | 67 |
| Aliud eſt capere | 71 |
| Aliud eſt fraus | 131 |
| Aliud eſt promittere | 374 |
| Anniculus amittitur | 132 |
| Anniculus non ſtatim | 134 |
| Appellatione rei | 72 |
| Appellatio parentis | 51 |
| Apud Labeonem | 246 |
| Armorum appell. | 41 |
| Aſſignare libertum | 107 |
| Bona ciuitatis | 15 |
| Bonæ fidei emptor | 110 |
| Bonorum appel. | 49 |
| Bonorum appella. | 208 |
| Boues magis | 89 |
| Carbonum appel. | 167 |
| Cedere diem | 213 |
| Cenſere eſt | 111 |
| Cepiſſe quis | 140 |
| Cætera quoque | 44 |
| Cæterorum | 160 |
| Cognoſcere inſtrumenta | 56 |
| Collegarum | 173 |
| Commendare nihil | 186 |
| Conditionales creditores | 54 |
| Coniunctionem enim | 29 |
| Coram Titio | 209 |
| Creditor autem is | 55 |
| Creditores accipiendos | 10 |
| Creditorum appella. | 11 |
| Cum biſſextus | 98 |
| Cum in teſtamento | 202 |
| Cum prætor dicit | 81 |
| Cum quærebatur | 240 |
| Cum ſtipulamur | 97 |
| Debitor intelligitur | 108 |
| Dediſſe intelligendus | 76 |
| Delata hæreditas | 151 |
| Derogatur legi | 102 |
| Deteſtatio eſt | 40 |
| Dimiſſoriæ literæ | 106 |
| Duobus negatiuis | 238 |
| Etiam aureos | 159 |
| Etiam ea mulier | 141 |
| Eum qui uectigal | 16 |
| Ex illa parte edicti | 227 |
| Facere oportere | 189 |
| Faciendi uerbo | 175 |
| Familiæ appella. | 196 |
| Ferri proprie | 235 |

| | |
|---|---|
| Filij appella. | 84 |
| Frugem pro reditu | 77 |
| Fugitiuus eſt. | 225 |
| Fundi appella. | 211 |
| Generi appella. | 136 |
| Habere duobus | 188 |
| Hæc adiectio | 192 |
| Hæc enuntiatio | 232 |
| Hæc ſtipulatio noxis | 200 |
| Hæc uerba cui | 68 |
| Hæc uerba ille aut ille | 124 |
| Hæc uerba in ſtip. | 73 |
| Hæc uerba quanti | 193 |
| Hæredis appel. | 65 |
| Hæredis appel. | 170 |
| Hæreditatis appel. | 119 |
| Hæreditatis appel. | 338 |
| Herennius ait | 122 |
| Hominis appel. | 152 |
| Hoſtes ij ſunt | 11x |
| Id apud ſe quis | 143 |
| Illa uerba arbit. | 68 |
| Illa uerba optimus | 161 |
| Impenſæ neceſſariæ | 79 |
| In conuentionibus | 219 |
| In generali petitione | 80 |
| In itinere faciendo | 3 |
| In lege cenſoria | 203 |
| In rutis | 241 |
| In uſu iuris | 158 |
| In uulgari | 163 |
| Inde tabernacula | 184 |
| Indicaſſe reum | 197 |
| Inſtratum omne | 45 |
| Inſtructam autem | 185 |
| Intelligendus eſt | 153 |
| Inter diuortium | 191 |
| Inter donum & munus | 194 |
| Inter hæc uerba | 179 |
| Inter illam condi. | 217 |
| Inter publica | 17 |
| Inter ſtuprum & adult. | 101 |
| Interdum proprietatem | 78 |
| Inteſtatus eſt | 64 |
| Is qui natus eſt | 210 |
| Iuſta interpretatione | 201 |
| Labeo & Sabinus | 14 |
| Labeo lib. 1. | 19 |
| Latæ culpæ | 223 |
| Lege obuenire | 130 |
| Liberationis uerbum | 47 |
| Liberorum appel. | 220 |
| Liberti appel. | 172 |
| Licet capitalis | 103 |
| Licet inter geſta | 58 |
| Litis nomen | 36 |

| | |
|---|---|
| Littus eſt quouſq; | 96 |
| Littus publicum | 112 |
| Locus eſt | 60 |
| Maiore parte anni | 156 |
| Magna negligentia | 226 |
| Malum nauis | 242 |
| Marcellus apud | 8 |
| Maſſurius ſcribit | 144 |
| Meorum & tuorum | 91 |
| Mercis appel. | 66 |
| Mercis appel. | 207 |
| Mille paſſus | 154 |
| Minus ſolutum | 32 |
| Modeſtinus reſpon. | 105 |
| Morbus ſonticus | 112 |
| Mouentium item | 93 |
| Mulieris appel. | 13 |
| Municipes intelligendi | 228 |
| Munus proprie | 214 |
| Munus tribus modis | 18 |
| Nam quem ſine | 149 |
| Natorum appellatio | 204 |
| Natura cauillationis | 177 |
| Nepos Proculo ſuo | 125 |
| Neratius priſcus | 85 |
| Nihil aliud | 24 |
| Nomen filiarum | 164 |
| Nominis & rei | 6 |
| Non eſt pupillus | 162 |
| Non eſt ſine liberis | 148 |
| Non poteſt uideri | 117 |
| Non tantum | 169 |
| Notionem accipere | 99 |
| Nurus appel. | 50 |
| Oſtentum Labeo | 38 |
| Palam eſt | 33 |
| Pali & perticæ | 168 |
| Partum non eſſe | 26 |
| Paterfa. peculium | 183 |
| Patroni appel. | 52 |
| Paulus reſpondit | 221 |
| Pecuniæ appel. | 4 |
| Pecuniæ nomine | 222 |
| Pecuniæ uerbum | 178 |
| Penes te | 63 |
| Perueniſſe ad te | 171 |
| Plebs eſt cæteri | 237 |
| Plus eſt in reſti. | 22 |
| Portus appellatus | 59 |
| Poteſt reliquorum | 95 |
| Poteſtatis uerbo | 215 |
| Pratum eſt in quo | 31 |
| Præuaricatores | 212 |
| Princeps bona | 21 |
| Pronuntiatio ſermonis | 195 |
| Probrum & oppr. | 42 |

Bona & hæreditas quomodo differant 232.2
Bona quæ plus incõmodi quã cõmodi habent proprie bona non eſſe 155.1
Bonorum poſſeßio quid, quo modo acqritur, & quo ab hæreditate diſtat 189.2
Bonæ fidei emptor qs 169.2
Bonorũ poſſeßor an proprie hæres appellari poſ. 189.2
Buxula 267.1.& 2

C

Caducus quid 120.1
Caducus paries ibidem
Cadus 230.1
Cæmẽticij parietes qui 199.1
Cæſa quæ dicãtur 262.1
Cæſar proprie quis 191.1
Cæſo utero natus an pari iure cum fratribus gaudeat ibidem
Cæteri 200.2
Calciarium 220.1
Calẽdæ unde & q dies 161.2 & ſeq.
Calliditas 183.2
Caluire quid 89.& 250.1
Calumniari quid & unde dicatur ibidem.& 89
Calumniatores qui ibidem
Capere differt ab accipere 150.1
Carbones 205.1
Carceraticum 220.1
Caſtrati 181.1 & 2
Caſtrenſe peculium 214.2
Caſus ſex quibus filiorum appellatione generaliter nepotes nõ ſignificãtur 242.1.& 2
Cauillari 89.& 210.1.& 250.1
Cauere 144.1.& 217.1
Cautio Iuſtiniano quid 217.1
Cedere diem quid 234.2
Cenſere quid 170.1
Cenſores quales & unde dicti ibidem
Centeſima uſura quæ 152.2
Centumuirales cauſæ 254.2
Centumuirale iudiciũ ibidem
Centonarij 155.2
Ceration 152.2
Cerauniæ uuæ 229.2
Certari mulcta quid 185.1
Certiorare 93
Ceßio in iure quid 211.2
Ceßionarius 105.2
χάλκ⊖ quid 200.2
Chariſteria 219.2
Cibare 252.2
Cibaria 133.2
Cibi appellatio quid contineat 252.2
Cibarius panis quis ibidem
Cydoniæ uuæ 229.2
Cirſi quid 234.2
Cis 187.1
Citatio inutilis an ſit citatio 243.2
Ciues 98.2
Ciues Romani hodie q 237.2
Ciues Rom. liberti qui 207.2
Ciuitas pro ciuibus 96.1
Ciuitas peruſina 98.2
Ciuilis dies 99.1
Ciuilis incerta actio 110.1
Ciuiliter poßidere qd 172.1
Ciuiliter bona quæ 136.1
Ciuiliter annũ numerare quo modo capiendum 187.2
Clarigatio quid 218.1
Clarißimi 164.2
Clarißima fœmina quæ ibidẽ
Clarum 121.1
Claudij unde 223.1
Cliens clientis mei 168.1
Cloacarium 220.1
Coactores 82
Coccali quid 206.1
Codicilli quomodo declarandi 126.2
Codicilli an pars teſtamenti 265.1
Codicilli an tãtum pluraliter dicantur 195.1
Cœpiſſe quis dicatur 190.2 & 191.1
Cœtũ quot cõſtituãt 132.1
Cœnacularium quid 219.2
Cœnaticum ibidem
Cogitatio mulieris an cauſa ſit mõſtroſorum partuum 188.1.& 2.
Cognoſcere 141.1
Collaria uincula quæ 238.2
Collegæ qui 155.2.& 208.1
Collectarij 82
Collegia quæ 208.1
Collegij uaria nomina 155.2
Collegiorũ uaria gña ibidem
Collegiũ tribus cõſtare ibidẽ
Collegia quo ſenſu iure prohibita ibidem
Collegia fabrum cur inſtituta & eorũ inſtrumẽta 253.1
Colonia 93
Coloniæ Romanorũ quæ fuerint, & quæ cauſa deductionis 247.1
Colonus quo ſenſu uineas ſuas appellet 158.2
Colonarium quid 190.1 & 219.2
Columnarium 190.1
Comicæ ueſtes quales eſſe debeant 180.2
Comiſtra 219.2
Comitatus 116.1
Comitatus unde 259.2
Cõmẽdare uarie accipi 216.1
Cõmunis uſus loquẽdi 97.1
Comparatiuum cui cõfertur 195.2.& 196.1
Cõpẽſans dare dicitur 151.2
Conatus à crimine differt 140.1
Conceptio hominis quomodo intelligenda 249.1
Conciuis an ſit uox latina 247.2
Cõcraticij parietes qui 199.1
Concubina ueteribus quæ 193.2
Conditionalis obligatiõis natura 235.1.& 2
Confarreatio 134.2
Confirmans quando dare intelligitur 183.1
Congiarium 219.2
Congregatio quot requirit 132.1
Coni quid 206.1
Coniuncta quibus caſibus pro disiũctis accipiũtur 137.2
Coniũctæ dictiões quæ ibidẽ
Coniunctionis ſpecies 191.2
Coniunctiuæ regularis ſignificatio eſt ut cõiugat 137.2
Coniectura quibus ex cauſis aſſumatur 96.1
Canon 109.1
Conſors à proximo quid diſtet 198.2
Conſuetudo poſt hoĩm memoriã quæ ſit 236.2.et ſeq.
Conſulariũ ornamẽta 164.2
Conſultor quando furti damnandus 139.2
Conſulta criminoſe an malefacta 239.2
Conteſtatio quid 124.2
Contexta lana 90
Continentia urbis quæ 202.1 194.2.& 208.2
Continentes prouinciæ 163.1
Contingere pro mori 202.2
Contignatio unde 144.2
Contra facere, quomodo intelligendum 217.2
Contrahere 111.1
Cõtractus quare dictus ibidẽ
Contrahẽtium uerba quomodo intelligenda 225.2
Contraria diſtare à diuerſis 178.3
Contrariorum natura quæ 178.1
Contubernium quid 215.2
Contubernales qui ibidem
Conuenæ 257.2
Conuitium 89
Cõuitia an malefacta 239.2
Copes 83
Copiarum negotium 93
Coràm fieri quid dicatur 233.1
Coronarium 220.1
Corrupiſſe 104.2
Craticij parietes qui 199.1
Credere 105.1
Creditor proprie qs 140.2
Creditor cõditionalis 104.2
Creditor conditionalis quando uere creditor dicatur 140.1
Creditoris loco eſſe 105.2
Creditores 104.2.& ſeq.
Creditum 105.1
Crimẽ à conatu diſtat 140.1
Cubicularij qui 218.1
Cubitus 198.1
Culleus quot amphoras contineat 230.1
Culmus 119.2
Culpa quomodo præſtãda in contractibus 246.1
Culpa magna an & qualis ſit ibidem
Culpæ nomen generale eſſe 244.1
Culpa ſimpliciter poſita in lege, pro qua accipiatur 245.2
Cum potero, quomodo intelligendum 179.1.& 2
Cum fari poterit 238.2
Cum conſilio alicuius facere quomodo capiendũ 233.2
Cum commodum erit quomodo intelligendum 178.2
Cupa 230.1
Cupulæ quæ uaſa ibidem
Curioſi qui 124.2
Cuſtodia 96.1
Cuſtodia pro quo accipiatur & quo à uinculis differat 245.1

D

Dæmonium meridianum 123.1
Damas eſto 83
Damnes ibidem

Dactyli quid 205.2
Dammum quo diſtat à peri= culo 150.2
Dammum à lucro ceſſante dif ferre 154.2
Damnatus uoti 102.1
Dardanarij 93
Dare 110.2.et 152.1.et 160.1
De præpoſitio in compoſi= tione 91
De prouincia 218.1
Debere, quid comprændat 212.2
Debitor proprie quis 140.2
Debitor ſtricte quis 168.2 & ſeq.
Decacuminatio 119.2
Decaprotiæ 109.2
Decemprimi ibidem
Decemuiri 258.1
Decennalia uota quæ 251.1
Deceßio quid 211.1
Decretales bonorum poſſeſ= ſiones quæ 196.2
Decurionum origo, & cur ſic dicti 258.2.& ſeq.
Decuriæ iudicum 154.2.
Dedititij liberti qui 207.2
Deferre reum quid 223.2
Defungi 94
Delata hæreditas quæ 196.1
Delegare quid 174.2
Demens an intelligat quod o= mnes intelligunt 236.1
Denarius 200.2.& 244.1 & 250.1
Dẽdrophori 155.2 & 205.2
Denuntiatio cui fiat 125.1
Denominatio rei unde ſumen da 213.2
Depectus 91
Deportati arbitratu an quid cõmitti poßit 148.1
Depoſitarius à ſequeſtro quo modo differat 169.1
Derogare legi quid 166.2
Derogatio quid ibidem
Deſcribere 141.1
Deſinere abeſſe 106.2
Deteſtor 254.2
Deteſtatio quid 124.1
Deteſtatio ad quem mittatur 124.2
Detexere 90
Detexta lana ibidem
Deuotus 97.1
Diariũ quid 133.2.& 220.1
Diathyron 267.1.& 2
Diaulus 198.1
Διαβολὴ quid 210.1
Διαζῦρ quid 228.1
Δίαιτα 133.2
Διάλυσις quid 139.1
Dicta crimino ſe an malefacta 239.2
Dictator 141.2
Dictionem à uerbo diſtare 97.2
Dictiones aliquot Iureconſul tis tantum proprie. 94
Dictiones aliquot Iureconſul tis cum alijs autoribus cõ munes ibidem & ſeq.
Didactra quid 219.2
Didaſcalia quid ibidem
Dies tribus modis accipitur 99.1
Dies fiſſus quis 170.2
Dies naturalis quæ 178.1
Dies interciſus quis 170.2
Diffindere diem quid ibid.
Diffindere Horatio qd ibidẽ
Diffundere uina quid 238.2
Digitus menſura 198.1
Digitales uuæ 229.2
Dignitatum nomina 164.1
Dilatio 163.2
Dimiſit creditores 94
Dimiſſorij apoſtoli q 168.2
Dimiſſoriæ literæ qd & cur ſic dictæ ibidem
Δύναμις quid 238.1
Diœceſis qd & unde 259.2
Διπλῆ θήκα 267.1
Directa actio 102.2
Diſiũctiua qd 177.2.et 178.1
Diſiuncta oratio Iuriſconſul tis quid 118.2
Diſiuncta oratio Rhetoribus quid ibidem
Diſiuncta quãdo ꝓ coniuncta ponitur 138.2
Diſiunctæ dictiões quæ 137.2
Diſpenſator quis & unde di= catur 204.1
Diſpungere 141.1
Diſpunctio quid ibidẽ
Dißimilia quæ ibidem
Dißolutionis finitio 139.1
Diſtrictus unde 259.1
Dithyron 267.1
Diuerſa quo differunt à con= trarijs 178.1
Diuidere unde 264.1
Diuortium 165.2
Diuortium à repudio diſta- re 218.1
Diuortium nullum an diuor= tium 243.2
Do, dico, addico, hæc uerba ad quid referantur 212.1
Doctores legũ magiſtros ap= pellari 141.2
Dodrans 198.1
Dolia quæ uaſa 230.1
Dolichus 198.1
Dolus generalis uox ẽ 148.2
Dolus malus aberit, quo ſen= ſu accipiendum 148.1
Domicilium conſtitutũ quid 227.1
Domicilium an quis pluribus ĩ locis habere poßit 256.2
Dominium quid 221.2
Domus 96.1
Domus ab ædibus an differat 234.1
Domus quomodo pro fami= lia capiatur 229.2
Domus cuiuſq; quæ ſit 227.1
Dona quæ dicantur 237.1
Donatio quid 215.1
Donatiuum 219.2
Donatio mortis cauſa ex Ho mero orta 147.2
Donationis uerbũ quamlibet donationem complectitur 147.1
Donum à munere quo diſtet 219.1
Δεύκαρπα 254.1
Δεύς ibidem
Ducennarij exactores 108.2
Duces unde dicti 135.2
Duci ibidem
Duellum quid 151.2.& ſeq.
Dum quid denotet 157.2
Duracinæ uuæ quæ 229.2
Duumuiri 258.1
Duumuiri quales 185.1

E

Εκυρὰ quæ 194.2
Εκυρός quid ibidem
Εκτομίαι qui 182.1
Edictales bonorum poſſeßio= nes quæ ſint 196.2
Educatio 133.2
Εγχειρίδια quid 195.1
Elate quid 205.2
Electio nulla an ſit electio 243.1.
Electores Imperij 108.2
Eligere 118.1
Eluſcatio quid 166.1
Emancipati an in familia 221.1
Emancipatio quid & quomo do fieri ſoleat 256.1
Εμβόλισμος 161.2
Emphyteoſis quo iure inuen= ta 104.2
Emphyteotam differre à ſu= perficiario 136.1
Emponemata 147.1
Εμπτους 123.1
Emptio matrimonialis 134.2
Emptio mulla, an ſit emptio 107.2
Enchiridia 88
Ενεχυράζω 255.1
Ενέχυρον ibidem
Ενιαυσιαῖος quid 185.2
Ενοίκιον 219.2
Εντελής 231.1
Επάγων 262.1
Επαθλον 219.2
Επαύλια quid ibidem
Epichera ibidem
Επικόπη 119.2
Epiſcopus Arcadio qd 258.1
Epiſcopus inutilis an ſit epi= ſcopus 243.2
Equites cur dicti 254.1
Equitum cenſus & inſigne 254.2
Erit, an etiam præteritũ tem pus demonſtret 177.2
Eridanus an idem cum Rho= dano 181.2
Εσμολογοῦντος quid 203.2 & ſeq. & 219.2
Errones qui dicantur 245.1
Eſſe ad ueritatẽ referri 219.1
Eſt an etiam præteritũ tẽpus ſignificet 177.2
Εσθλὰ 136.1
Et cætera, quid ſonet 201.1
Εταῖραι quæ 96.1
Ετερα 201.1
Ετερομορφία quid 188.1
Ετήρεια quid 210.1
Euidentißimum 83
Eunuchi q & cur dicti 181.1
Euocare ſacra 258.2
Ευνὴ quid 181.1
Exautorare 91
Exautoratio ibidem
Exargentare quid 200.2
Εξαργυρίζω quid ibidem
Exceptio quid 104.1.& 215.1
Exceptio perpetua 104.2
Exceptio niſi ſtatim probari poßit an ſit alicuius mo= menti 248.1
Excõicatus quatenus à iudi= ciario actu repulſus 148.1
Exercentes artem per alios an ſint uiles 231.1
Exhibere 112.1.& 267.2
Exigere 169.1.& 248.1
Exigere uarie capi 216.1
Exilium an idem poßit quod

mors naturalis 256.1
Ex legibus quomodo intelligendum 102.1
Eximere actionē quid 212.1
Expenſæ 133.2
Expungere quid 141.1
Exſecti 182.1
Ex uirili ſeu per uirilē ſexū, & per lineā uirilem deſcendentes differunt 141.2

F

Fabrica generale nomen eſt 253.1
Fabrico unde ibidem
Fabri qui, & nomē generale eſſe ibidem
Fabri tignarij qui 144.2
Fabricenſes unde 253.1
Facere ampliſsimæ ſignificationis eſſe 239.1.& 2
Facere non oportere 217.1
Factores qui & an ſordidi 232.1
Factum quid 209.1
Factū & geſtū καταχρηστικῶς nihil diſtant 142.2
Facta ab his quæ iuris ſunt differre 217.1
Fallacia 183.2
Falſus tutor quis 243.1
Falſum teſtamētum ibidem
Familia quot modis capiatur & unde dicatur 220.1.& 2.& tribus paginis ſeq.
Familia quos complectatur, quot conſtet, & unde deducatur 131.2
Familia pro agnatiōe 221.2
Familia ꝓ hæreditate 220.2
Familiæ herciſcūdæ actio qualis 212.1
Famoſi libelli crimē cuius iudicij ſit 225.2
Famul ueteribus quid 220.2
Famulus à ſeruo diſtat 158.2
Famulari unde 220.2
Fataliter quid fieri qd 188.1
Felices 136.1
Ferri quæ dicantur 252.2
Ferruminare 90
Feudum quid 243.1
Fictus quid 219.2
Fideicommiſſa quomodo petantur 212.2
Fideiuſſor ſub cōditione promittit 140.1
Fiduciaria hæreditas 94
Fiduciarius 256.1
Figurate dicta an proprietati cohæreant 96.1
Filius unde 155.1
Filiorū appellatio quos contineat 167.2.& 225.2
Filij appellatione quo pacto nepotes & cæteri deſcendētes contineātur 240.2
Filijs in conditione poſitis an nepotes cōtineantur 242.1
Filios legitimos patris familiam ſequi 223.2
Filios eſſe dominos rerū paternarum 143.1
Filio filijsq́; quomodo intelligendum 176.1
Filijs exhæredatis an nepotes quoq; exhæredati cenſeantur 241.2
Filijs, ꝑuiſis an nepotibus quoq; ꝑuiſū ſit 240.2.& ſeq.
Filijs in dandi caſu an de fœmina intelligatur 176.2
Filia 166.2
Filia in datiuo plurali q̄uo fiat 173.1
Finita quæ dicantur 248.1.2
Finitum 86
Fiſcus 109.1
Florentini qui 218.1
Fœnus unde dicatur 175.1
Fœnerauit 94
Formæ finitio 106.1
Foſſa quid 170.2
Frater an & quomodo ſororem cōplectatur 98.1
Fraus 157.2
Fraudis ſpecies 183.2
Fraus à dolo differt ibidem
Fraus dolo ineſt 148.2
Fraus à pœna quo diſtat 183.2
Fribuſculū Vlpiano qd 218.1
Friguſculum 93
Friuola 94
Fructuaria uilla quæ 224.2
Fruges quid & unde 152.1
Frugum duplex genus ibidē
Frugiferæ arbores Plinio quæ ibidem
Frumen ibidem
Frumentum 152.1.& 2
Fugitiuus quis dicatur 245.1
Fundus 83.& 143.1
Fundus quid & unde dicatur 171.2.& 233.2
Fundi uectigales 108.2
Funeris impenſa quō adminiſtranda 226.2
Furioſus an abſens 267.2 & ſeq.
Fur 96.2
Fur unde 215.1
Fur κατὰ τὴν προπάθειαν quis dicatur 245.2
Furem facere quid 239.2
Furem nō eſſe differt à furto noxáq; ſoluto 209.1
Furtum unde 215.2
Furtum non naturæ ſed ciuili mō lege probrū eſſe 132.2
Furto noxáq; ſolutus quis 208.2
Futurum tempus 103.2

G

Gener an progenerum contineat 189.1
Gener ad progenerū quoq; porrigitur 136.2
Γείσα 263.1
Γενεθλίδια quid 219.2
Generale delictū quid 184.2
Gens quot requirit 132.1
Gens pro agnatione 222.2
Gens latius pertinet ac familia 138.2
Gentiles qui & unde 138.1 & 222.2
Gentiles clarioris familiæ agnatos eſſe 138.2
Germanorū reges 237.2
Germina 119.2
Germinalis arbor ibidem
Geſta ad priuatorum actus quoq; pertinere cōtra Vallam 142.2
Geſtum 111.1
Glans caduca 120.1
Glandis appellatio quid contineat 254.1
Γοητεία 210.1
Græcæ uuæ quæ 229.2
Greſſus 198.1
Grex quot conſtet 132.1

H

Habere quō accipiēdū 203.2.& 216.2
Hæres quàm late pertineat 145.2
Hæreditas 100.2.& 113.1
Hæres ſcriptus qbus caſibus non ſcriptum cōplectatur 145.2
Hæredis appellatio quos cōprehendat 206.2
Hæredem per multas ſucceſſiones accipi 148.2
Hæreditas quale nomē ſit & quid cōplectatur 211.1
Hæreditatis appellatio an dānoſam contineat 174.1
Hæreditas & bona quo diſtent 232.1
Heremodicium 79
Hæreſis 165.2
Hama quid 94.& 255.3
Hyperthyron 267.1
Hypetrium quid 234.1
Hypethria 263.2
Hypotheca 90.& 255.1
Hypothyron 267.1
Hippagius quo ſenſu equos ſuos appellat 158.2
Homo quos cōtineat & unde dicatur 197.1
Honeſta exercitia quæ 251.3
Honorariū quid 219.2
Horreum quid 128.1
Horti urbani an ruſtici prædij appellatione cōtineantur 224.2
Hoſtire quid ſit 251.3
Hoſtis 173.1.251.3
Hoſtem captum an occidere liceat 256.2
Hoſtimentum quid 251.2
Humanitus accidere 202.2

I

Iactatoria uerba an obligent & alicuius effectus ſint 245.2
Iatrea quid 219.2
Iduare quid 168.2.& 273.2 162.1.& 264.1
Idus unde ibidem
ἴδιος 165.1
Illegitimus an ex familia 222.2
Illegitimi uentrem ſequantur 223.2
Illiberales quæſtus q 231.3
Illud donatum datum intelligi quod deductis expenſis ſupereſt 150.1
Illuſtres qui 164.1
Imam auriculā uellere 123.3
Immiſſum à proiecto differt 263.1
Impenſarum ſpecies 153.1
Imperiū eſt gladij poteſtas 80
Impetrare actionem 212.1
Impluuiū ueteribus qd 234.1
Impoſtores 183.2
Impoſtura unde ibidem
Impubes quis 228.2
In eum accuſatiuo quid ſignificet 187.1
In ære meo quomodo capiendum 236.1
Incertus poſſeſſor quis 124.1
Incola 256.2
Incruſtationes quid 154.1
Incubare quid 178.2
In compedibus opus facere 238.2
Indefinita oratio quæ, & cui

æquipolleat 200.1
Indefinita pro uniuerſali 84
Indicare reum quid 223.2
Indictio 109.1
In diē mortis qd ſonet 187.1
In diebus quid ſonet 239.1
In diebus illis, quomodo capiendum ibidē
Indiuidua quatuor modis accipi 171.1
Infamis 164.1
Infantia 229.1
Infans an abſens 267.2. & ſeq.
Inhonoratæ perſonæ 231.2
Imbi 199.1
Innominatum delictū 184.2
In ptāte habere quid 238.1
In precario quæ culpa præſtanda 246.2
In præſentiam 164.1
In præſentia fieri 233.1
In quantum iudici uidebitur, quid ſonet 213.1
In ſolidum 94
Inſtructa taberna quæ 215.2
Inſtrumentum quid 215.1
Inſtrumentorū appellatione quid contineatur 163.2
Inſtrumenta unde perfectionem ſumant 264.2
Inſula 96.2.& 204.1
Inſularius quis 204.1
In ſumma 94
Intentio proprietati præualet 160.2
Intergerini parietes q 199.1
Intercalari 161.2
Intercalaris dies cur dictus 162.1
Intercalaris menſis 162.2
Interdicere ueteribus quid 212.2
Interdicta unde dicātur 212.1
Interdicta exhibitoria quare dicta 112.1
Interdū quā uim habet 139.1
Intereſſe 86
Intereſſe triplex genus 219.1
Interpretatio ubi locum habeat 97.1
Inteſtabilis 145.1
Inteſtatus trifariam accipitur ibidem
Intra, quid ſignificet 187.1
Intra calendas ibidē
Intra diem mortis quomodo accipiendum ibi.
Intra xx. annum Gellio quid 187.2
In uilla nutritus an ſeruus ruſticus 233.2
In uinculis eſſe quis dicatur 238.1.& 244.2
In uigeſimo anno quomodo intelligendum 187.2
In utero exiſtens an & quando ꝓ nato habeatur 197.1 & 249.1
In utero exiſtens an homo dicatur 197.1
Ἡμιτελεῖς εὐνοῦχοι q 181.2
Ὑπερβαίνοντες dies 162.1
Ὑπερέισα 263.1
Ὑπερθέσθαι 255
Is ad quē ea res pertinet, quō intelligitur 149.2
Ita uti optimus maximusq́; eſt, quid ſonet 206.1
Iter quid & unde dicatur 199.2.& 239.2
Iudex quomodo iudicare debeat 213.1
Iudiciū accipi quid 212.1
Iugerum 198.1
Iulij unde dicti 223.1
Iulus ibidem
Iumenta unde 157.1
Ius uarijs modis accipi 156.1
Ius poſt liminij 173.2
Ius proximitatis ad quos referatur 198.2
Ius quatuor liberorū quibus conceſſum 189.1
Ius trium liberorum ad quid profuerit ibidem
Iura corporalibus aſcribi 161.1
Iura prædiorum quid 156.1
Iura patronatus unde 137.1
Iure ciuili alijs ſubijci 221.1
Iure conſulti à Vallæ calumnijs defenſi 86.& ſeq.
Iuriſdictio 96.2
Iuſtus amor quis 182.2
Iuſta hæreditas quæ & cur ſic dicta ſit ibidem
Iuſti liberi qui ibidem
Iuſtum pactum quod ibidē
Iuſtum pretium, quo ſenſu accipiendum 157.1
Iuſtū præliū Liuio quid ibidē
Iuſta uxor quæ ibidē
Iuuentus 229.1
Ixyæ quid 234.2
Ἡγεμόσυνον quid 219.2

K

Καταχρηστικώτερον 165.1
Καιρικαὶ horæ 99.1
Καταχρηστικῶς ſæpe uocem accipi uel propria interpretatione reiecta 142.2
Κατάχρησις ibidem
Κυφῶν quid 238.2
Κῶλα quid 119.1

L

Lacus quid 170.2
Læſæ maieſtatis crimen an perduellionis 252.1
Lagoæ uuæ 229.2
Lanipendia mulier 94
Lapillus 91
Lata culpa quid 236.2
Lata culpa quid, & cur dolo proxima 244.1
Lata culpa an, & qualis dolus ſit 246.1
Latior culpa qua ratione dicatur ibidem
Lateritij parietes qui 199.1
Latrunculator 94
Latus clauus 164.2
Laticlauius Tribunus 254.2
Latini liberti qui 207.2
Latomiæ quid 238.2
Laudare pro citare lepide ponitur 130.1
Laudatorium quid 240.1
Laudum barbaram eſſe uocem 134.2
Lecticarij 228.1
Legare uarie accipi 174.1
Legatum quo modo ſub donatione continetur 147.2
Legati 164.2
Legatarius an & quomodo hæredis appellatione ueniat 240.1.& 243.1
Legatarius quō poſſeßionem ingreditur 240.1
Legitimi hæredes 182.2
Legitima hæreditas quæ. & cur ſic dicta ibidem
Leporariæ uuæ 229.2
Leuca 198.1
Leuis culpa q̄ 236.2. et. 244.1
Lex Aelia Sentia cur ſic dicta 149.1.& 176.2
Lex falcidia unde dicta 174.2
Lex fuſia Caninia unde dicta ibidem
Legis actio quid & quæ eius ſolemnia uerba 211.2 & 212.1
Lex præſumptionem non ſequitur ſed uice uerſa 145.2
Liber 88
Libellus incertus an ſit libellus 143.2
Liberatio 135.1
Liberi à filijs quid diſtent 176.2
Liberi an pluraliter tantum dicantur 195.1
Liberorum appellationem latißime pertinere 141.1 & 240.2.& ſeq.
Libertus noſter 142.2
Libertus liberti mei 168.1
Libertus an libertam contineat 207.2
Libertus & cliens ſe ad Patronum habēt ut ſeruus ad dominum 137.1 &.2
Libertates contineri in gnāli petitiōe legatorū 154.1
Libertorum appellatione qui contineantur 264.2
Libycæ uuæ 229.2
Libripens 256.1
Licentiati cur dicti 142.1
Licētiati quādo pro doctoribus habendi ibidē
Ligna quæ dicantur 205.2
Liquidum 121.1
Lis 96.2
Lis quid cōpræhendat 122.1
Litis cōteſtatio unde 124.2
Litē cōteſtari quid 212.1
Λύτρον quid 173.2.& 219.2
Littus 170.2
Littus publicum ibidem
Liuius Salinator unde dictus 109.2
Loca argumentorum ſedes 144.1
Locupletes qui ſint 252.1
Locus 143.1.& 2
Locus ab affectu q̄s ſit 245.2
Lorica 154.1
Loricationes quid ibidem
Lucri ceſſantis ratio quando habenda eſt 154.2
Lucri ceſſantis ratio à dāno diſtat ibidem
Luſci qui fuerint 166.1
Luſcioſorū duo genera ibidē

M

Maceria quid 199.1
Machinatio 183.2
Mæniana unde dicta 263.1
Magiſter unde 215.1
Magiſtri unde & qui 141.2 & ſeq.
Magiſter haſtæ quis ibidē
Magiſter nauis 142.1
Magiſter pecoris ibidem
Magiſtrare 141.2
Magiſtratus cur dicti 142.1
Magiſtratuum uaria nomina 258.1
Magnarij negotiatores qui 131.1

Maguntini antiſtitis fraus 157.2
Maieſtatis lex ex Tacito 225.2
Maior pars anni quæ 199.1
Maiores noſtri qui 88.& 137.1
Malefici ueteribus qui fuerint 239.2
Maleficia unde ibidem
Malæ fidei poſſeſſor 169.2
Malus an ſit pars nauis 262.1
Mancipes 109.1.& 2
Mancipia quo iure facta & unde dicantur 237.2
Mangones qui & unde dicti 231.1
Manifeſtum 120.2
Manifeſtarius fur 104.1
Manſum 198.1
Mapalia quid 213.2
Margarita 91
Maritus inutilis an ſit maritus 243.2
Maſculinum quomodo fœmininum cōplectatur 220.1 & 226.1
Maſtigophori 155.2.& 158.1
Materiæ finitio 106,1.& 205.2
Materfamilias 134.2
Matrimonium nullum an matrimonium ſit 243.2
Medimnus 230.1
Meliorare 93
Menſes unde dicti 162.2
Menſis diuiſio 161.2
Menſis abſolute quot dies cō plectitur 162.2
Mens legis qñ certa 102.2
Mercis appellatio quæ complectitur 231.1
Mercis appellatione mobilia tantum complecti 146.2
Mercari quid ibidem
Mercatores qui & unde ibi. & 230.2
Mercatus unde 146.2
Mereri quid 224.2
Meretrix quæ 194.1
Meritoria loca quid 224.2
Meritoria ſcorta ibidem
Meritorij muli ibidem
Merum imperium quid, cur ſic dicatur & in quibus cō ſiſtat 237.1.& 2
Metreta 230.1
Meum eſſe qd dicatur 158.2
Miliarium 198.1
Mineruał 134.1.& 219.2
Μὴρ 162.2
Μήνη ibidem
Μήνυτρον quid 219.2
Miniſtrare quid 228.1
Minus quā uim habeat 120.1
Minus poſitiuo iunctum quid demonſtrat 154.2
Minus comparationis naturam perdere 154.2
Minus ſoluere 105.2. & 173.1
Minutum 162.2
Miopes 166.1
Miraculum 123.1
Myropolæ qui 231.2
Mixtum imperium in quibus exerceatur 237.2
Mobilia 159.1
Modica ſumma in iure quæ 218.2
Modius iniquus 243.1
Modius quot ſextarios contineat 230.1
Molendinum unde 215.1
Momentum 162.2
Momento fieri 84
Monachi cur dicti 215.1
Monſtrum 122.2
Monſtroſorum partuum ſpecies duæ in mulieribus 188.1
Morbus quid diſtet à uitio 166.1
Morychus 263.2
Mortuus natus, an natus aut ꝓcreatus dici poßit 182.1
Mos condendarum urbium 258.2
Mouentia 159.1
Mulcta quale uerbū & quid diſtet à pœna 184.1.& 2 & 266.1
Mulctare quid 184.1
Mulier 87
Mulier unde, & an uirginem uiripotētē cōtineat 106.1
Mulierem familiam ſuam non propagare 223.1
Mulieres an caſtrentur 181.1
Muliones 228.1
Munifices 110.1
Municipes qui olim fuerint qui hodie ſint, unde dicti & quibus modis fiāt 110.1 & 247.1.& 2
Munus 87
Munus bifariam accipi 236.2 & ſeq.
Munus uarie accipitur 109.2
Munus à dono differre 219.1
Munus perſonale 257.1
Munera militaria 110
Murus proprie quid 199.1
Muri urbiū cur ſancti 258.2
Mutus an abſens 268.1
Mutua quorum cauſa inducta ſint 175.1
Mutua pecunia 96.2

N

Nationū diuiſio 173.1
Natura alijs ſubijci 221.1
Naturalis dies 99.1
Naturalis filij appellatione continetur 141.2
Naturales an ex familia 222.2
Naturalis obligatio 104.2
Naturaliter poßidere quid 172.1
Naturaliter bona quæ 135.2
Natus ab oriundo differt 194.2
Natorū appellatio quos complectatur 167.2
Naulum 219.2
Nec, non eſſe diſiunctiuam dictionem contra Auguſtinum 137.2
Necubi 199.1
Neceßariæ impenſæ 153.1
Negationis natura 255.2
Νεαγὴ & νέομα 119.2
Negligere an ad factum refe ratur 236.1
Negligens in qua re quis dicatur ibidem
Negligentia magna 245.2
Nepos ad pronepotem protenditur 136.2
Nepotes liberorum appellatione contineri 240.2
Nepos qñ filij appellatiōe nō uenit 241.2.& ſeq.
Nepos non proprie, ſed per interpretationem ſub filio continetur 155.1
Nemo 255.2
Negotiorū geſtor quā culpā præſtare teneatur 246.2
Neptis qñ appellatione filiæ non continetur 241.2
Neq; nō eſſe diſiunctiuā uocē cōtra Auguſtinū 137.2
Neta lana 90
Nicoſtrategi 258.1
Νικητήριον quid 219.2
Nyctalopes 166.1
N.L. quid ueteribus ſignificarunt 213.2
Nobilis mater an filium nobilitet 223.2
Nobile officium iudicis quid 121.2
Nolle cuius ſit 233
Νυκταλωπία 166.1
Nominis appellationē uarie accipi 101.2
Nomē unde qs ſortiat 230.2
Nomina & iura mobilibus ne an immobilibus adnumeranda ſint 159.2
Nominatū delictū qd 184.2
Nominum iuris diuiſio 173.2
Non ademit legatum 83
Non poſſe, quid ſonet 179.1
Notatio Ciceroni quid 261.2
Notio generalis uox 163.1
Notorium 120.2
Notoria quæ dicantur 94 & 124.2
Noуale 87
Nouale 119.2
Noualis 93
Nouitius
Noxa quæ delicta complectatur 225.1
Noxa unde 87
Noxæ appellatio quid complectatur 255.1
Noxia 87
Noxia q̄d diſtet à noxa 255.1
Nuclei quid 206.1
Numella quid 238.2
Numerus pro ordine 204.2
Nummus 250.1
Nummus cur primum ſignatus 183.2
Nummum à pecunia diſtare 244.1
Nuncubi 199
Nuntiatio amplæ ſignificationis 124.2
Nuptiæ unde dictæ 215.1
Nuptias quid faciat 264.1
Nurus pronurum quoq; complectitur 136.2
Nutrire 252.2
Nutritium 219.2

O

Oblatio 109.1
Obligationis uerbum generale eſt 111.1
Obligationis in diem natura 235.1.& 2
Obnuntiare 125.2
Obnuntiatio 125.1
Obnuntiatio Augurum 130.2
Obſcurum uerbū quid 179.2
Obſonium 219.2
Occumbere quid 178.2
Occuro 169.1
Octauo menſe natus an uiuere poßit 182.1

Octonarij exactores 108.2
Officiales operæ 149.1
Officium iudicis merũ 104.2
Officium iudicis quale remedium 257.2
Olitor unde dicatur 225.1
Omnia mea mecum porto quo ſenſu accipiendum 158.2
Omphacium quomodo fiat Dioſcoridi 229.2
Ὁμολογία 163.1
Ope, conſilio, quomodo accipienda 139.2
Operæ antiquis quid 235.2
Operarũ duplex ſpecies 149.1
Operarij ſerui 228.1
Opifices ſordidi 231.2
Oportebit 103.2
Oportere ad q̃d ptineat 122.1
Ὀπώρα 254.1
Oppidò aduerbium 259.1
Oppidum quid & unde dictũ ſit ibidem
Opprobriũ quid 88.& 132.2
Optare 118.1
Optimus maximus 201.1
Optimum maximumq́; quid tradere, quid ſonet 158.1
Optimus Iuppiter cur 136.1
Opus ſtructile 261.2.& 266.2
Opus factum reſtitui, quo ſenſu accipiendum 154.1
Opere locato quomodo capiẽdum 101.1
Ordinarij ſerui qui 204.2
Orgyia 198.1
Oriundus cuius reſpectu dicatur 217.2
Oriũdũ diſtare à nato 194.2
Ornamenta ædium an earum pars ſint 266.2
Ὄρος Ariſtoteli quid 261.2
Ὅροι Luciano quid ibidem
Orthæ 262.2
Oſtentum quid 122.2
Oſtentorum duo genera ibi.
Otioſa pecunia 84

P

PAedagogus an uilis 231.2
Paganus 95
Palam, uariam habet ſignificationem 120.2
Palàm fieri 121.1
Palma quos fructus ferat, & eius genera 205.2
Παλλακή quid 193.2
Palmus 198.1
Palus quid 206.1
Πανσέληνος 205.1
Pannicularia ratio 94
Paraſanga 198.1
Παρακαλύσω quid 229.2
Παραλόγισμος quid 210.1
Παραταλικῶς 85
Parere quid 187.1
Parentes uulgò uocari qui eiuſdem gentis ſunt 137.1
Parentis appellatio quos contineat ibidem
Parentela unde ibidem
Paria facere quid 239.1
Paries quid 199.1
Parietum genera uaria ibidẽ
Πάροικος 257.1
Παρονομασία quid 215.2
Parricida 96.1
Pars 203.1
Pars trifariã accipitur 150.2
Partis appellatione quid ueniat 115.2
Particularis oratio 200.1
Partum rei furtiuæ partẽ non eſſe 116.1
Paſcua ſylua quæ 120.1
Paſtinari quid 153.1
Paſſus 198.1
Patris appellatio quãdo auũ complectatur 226.1
Patris nomine auus quandoq; demonſtratur 137.1
Paterfamilias quis 221.2
Patria 99.1
Patria poteſtas ad quos pertineat 237.2
Patronus patronam continet 137.2
Patronam proprie non eſſe uxorem patroni ibidem
Patruus an propatruum complectatur 194.2
Pauper quis dicatur 152.1
Pecuaſcere 120.1
Peculium 87
Peculium, Vallæ quid 100.2 & 174.1.& 214.1
Pecunia 161.1
Pecuniæ appellationem latiſſime pertinere 243.2
Pecunia unde 100.2 et 210.2
Pecunia mutua 96.2
Pedamenta q̃d 119.1& 206.1
Pedamentorum genera tria 206.1
Pellex quid & unde dicta 89 & 193.1.& 2
Penes 90
Penes et apud differre 144.2
Peniſſimus 90
Πεύκη quid 206.1
Per, in compoſitiõe uarie accipi 205.1
Peragere quis dicatur 248.1
Peragere reum quid 205.1
Perduelles qui 252.1
Perduelliones qui ibidem
Perduellionis crimen quod et an idem cum crimine læſæ maieſtatis ibidem
Perfectũ bifariã accipi 190.1
Perfectus annus quando dicatur 187.2
Perfectum ædificiũ quod nam dicendum 190.1.& 2
Periculum 94
Periculũ à dãno diſtare 150.2
Perfungi 94
Perfunctorie ibidem
Περιφόριτος 262.1
Περίστρωμα 89
Permutans dare intelligitur 151.2
Pernoctare quid 204.2
Pernox luna 205.1
Perorare quis dicatur ibidẽ
Perpetrare ad quid referatur 204.2
Perplexa 85
Perſequutio 104.2.& 121.2 & 212.2
Perſequi quid ſit 142.1
Pertica 198.1
Pertinere late pertinet 213.2
Peruenire 150.1
Perueniſſe ad me quid dicatur 207.1
Peruſina ciuitas 98.2
Pes. in numeris quid 198.1
Peſſum dare 94
Peti, agi, uendicari, ad quid ſpectent 212.2
Petitio quas actiones comprehendat 212.1
Peto pro repeto 160.1
Picea quid 206.1
Pigmentarij an mercatores 231.1
Pignus 90
Pignus unde dictum 255.1
Pignerans alienare dicitur 146
Pinus quid 206.1
Pirata an perduellis 252.1
Πύτις quid 206.1
Φαντασία Galeno q̃d 123.1
Φάρμακον 253.2
Φάσμα quid & unde 123.1
Φέρω quid 215.2
Φόρετρον quid ſit 219.2
Φυτίον quid ibidẽ
Φῶς quid 215.2
Φράζω quid 183.2
Plaga 95
Plani 163.2
Plebs 254.1
Plebs à pplo q̃d diſtet 220.1
Plethrum unde 198.1
Plebiſcitum unde 144.2
Plus minus, quid 218.1.& 2
Pluriſue, quid polleat ibidẽ
Pluris aureorum xxx. quomodo intelligendum 249.2
Plus tempore petere 105.2
Pœna capitalis quæ 167.1
Pœnæ & mulctæ multæ differentiæ 184.1.& 265.1 & 2 & ſeq.
Pœnã à fraude differre 183.2
Πολυποίκιλα 267.2
Polia 95
Pomum quid 229.1
Põtifex unde 142.1.& 215.1
Pontifices Petri ſucceſſores eſſe 146.7
Populus, quot cõficitur 132.1
Populus à plebe quomodo differat 220.1
Popularis cauſa 105.2
Πυράμη quid 253.2
Porrigere 136.2
Πυῤῥοί 229.2
Portare 89
Portari quæ dicantur 252.2
Portitor ueteribus quis ſit 240.1.227.1.& 231.2
Portorium quid 227.1
Portentum 122.2
Portio quid 203.1
Portiuncula ibidem
Πορθμεύω 89
Portus 89.& 143.1
Pos, quæ compoſita habeat 227.1
Poſſidere quis dicatur 227.2
Poſſidere & habere quid diſſideant 216.2
Poſſeſſio 87.& 171.2
Poſſeſſio unde 215.2.& 227.1
Poſſeſſio p ꝓprietate 152.2
Poſſeſſionis ſpecies 172.1
Poſſeſſione legata, quomodo accipiendum 152.2
Poſſeſſiones Feſto q̃d 153.1
Poſſum, quid ſignificet 179.1
Poſt, ad quid referatur 186.2
Poſt diem decimum Calendarum quomodo intelligendum 186.1.& 2
Poſterula 267.1.& 2
Poſthumus quis 202.2
Poſtquã fari poterit 238.2
Poſtulare quid 223.2

Poteſtas multifariam accipi-
tur 237.1.& 2.& ſeq.
Potitus hoſtium 95
Pratum quid & unde 120.1
Præco an ſordidus 232.1
Præconium 219.2
Præquoquæ uuæ 229.2
Prædium quid 171.2
Præfectus liburnicarũ quã cul
pã præſtare teneatur 246.2
Præſcriptio 104.1.&
248.2
Præſcriptis uerbis agere
110.2
Præſentia ad quid referatur
267.2
Præſens tempus 103.2
Præſides 164.2
Præſtauimus 93
Præſumptio iuris & de iure
quæ ſit 237.1
Prætores 171.2
Prætorium quid 224.2
Prætoria ornamenta quæ
164.2
Prætor ueteribus quid 224.2
Præuaricari 89.& 234.2
Præuaricatores qui 234.2
Primogenitus quis 159.1
Principia quid 224.2
Priuatus lacus quid à publico
diſtet 170.2
Pro præpoſitio quam uim ha
beat 124.2
Pro præpoſitionem uarie in
cõpoſitione accipi 189.1
Proauus cur dictus ibidem
Προσαύλιον quid 219.2
Probrum 88.& 132.2
Probri duplex ſpecies 132.2
Proceſſus 93
Procõſules 164.2.& 189.1
Procurator ad lites an leuiſſi
mam culpam præſtare te-
neatur 246.2
Prodigere quid 122.2
Prodigium quid 122.2
Profectitium peculiũ 175.2
& 214.2
Progeniti qui 168.1
Progenitores qui ibidem
Progener quare dictus 189.1
Prognati qui 168.1
Promiſſio 103.2
Pronepos cur dictus 189.1
Pronepotes liberorũ appella
tione contineri 240.2
Pronũtiare, ꝓprie qd 134.2
Προπάθεια quid 245.2
Propolæ 231.1
Προπῶλαι 93
Propoſitum habere quid ſit
128.1
Proprætor quis ſit 189.1
Proprium 88
Proprietas uerborum quomo
do intelligenda 96.1
Proprietas uerborum ubi ma-
xime attendatur 240.1
& 242.1
Prorex 189.1
Προσήλυτος 257.1.& 2
Proſocer cur dictus 189.1
Proteſtor 254.2
Proteſtatio 124.1.& 2
Proteſtationis duplex ſpecies
ibidem
Proteſtatio qd declaret ibidẽ
Pro tempore 168.1
Prothyron 267.1.& 2
Protutor 189.1
Proiectum ab immiſſo diſta-
re 263.1
Prouẽtus generale nomen eſt
152.1
Prouincia in iure Pontificio
quid 163.2
Prouincia cur diſtat 163.1
Prouinciales qui 217.2
Proximus quis ſit & unde di-
catur 159.1.& 198.2
Pſeudothyron 267.1
Publica unde dicta 108.1
Publica utilitas quot modis
conſideretur 257.1
Publicæ res 109.1
Publicanus 108.2
Publica uectigalia 109.1
Publicus lacus quis 170.2
Publice fieri quid dicatur
121.1
Puer unde dicatur 201.1
Puer proprie quis 228.1
Puer triplicem ſignificationẽ
habet 228.1
Puer centum annorum quo-
modo accipiendum 228.2
Pueritia ibidẽ
Puera 201.2
Puerpera quæ & unde dicta
201.1
Puella unde 201.2
Pugillares 88
Pugillares quid & an plura-
liter tãtũ efferãtur 195.1
Pulſare 89.& 95
Pultare 89
Pumilio an monſtrũ 188.1
Punctum 162.2
Punctum in oratione ſoluta lo
co copulæ eſſe 139.1
Pupulus 256.1
Pupillus quis, & unde dica-
tur ibidem
Pupillus an intelligere dica-
tur quod omnes intelligunt
236.1
Pupillus ne ſit, qui eſt in ute-
ro 201.2
Pupus 256
Pure obligationis natura
243.2
Purpureæ uuæ quæ 229.2

Q

Quadrans diei 161.2
& 188.1
Quadrantal 230.1
Quadrupes, ꝓ pecude 138.1
Quæſtio 122.1
Quanti ea res erit, quid ſo-
net 213.1
Quanti eam rem eſſe appa-
ret, quid ſonet 213.1
Quanto minus, quomodo ac-
cipiendum 195.2
Quantus 161.1
Quantum Galli, regi annuæ
pendant 171.1
Quartumuiri 258.1
Quaſi caſtrenſe peculium
214.2
Quatenus facere poſſit, quo-
modo accipiendum 180.1
Quicunq; hæres 159.2
Quilibet de familia quomodo
capiendum 222.1
Quingenta ſeſtertia; quãtam
ſummam cõtineant 252.2
Quinquennalia uota 250.2
Quiſquis mihi hæres erit quo
modo intelligendũ 246.2
Quot diebus 91

R

Rapuiſſe 104.1
Raptor ibidem
Ratio legis 102.2
Retaliatores qui 231.2
Recipere pro promittere ſe
præſtaturum 230.1
Receptum quid 191.1
Receptitius ſeruus qs 230.1
Recitare 134.2
Recognoſcere cognoſcere
quoq; ſignificare 141.1
Recte 151.1
Rectorem ſcholaſticorum no
mine contineri 223.2
Reddere quid 151.2
Reddere pro dare 160.1
Reddere rationes 158.1
Redhibitoria à quibus inſti-
tuta 225.1
Reditus gñale nomẽ eſt 152.1
Refutatorij apoſtoli 168.2
Reges principio quomõ aſ-
ſumpti 108.1
Religioſus 97.1
Reliquare 94
Reliqui 160.1.& 200.2
Reliquatores uectigaliũ 94
Renutto 160.1
Remittere ius quod quis ha-
bet aut habere ſperat, quõ
intelligendum 140.2
Remittẽs dare dicitur 151.2
Remuneratoria donatio
105.1
Renũtiare hoſpitiũ qd 125.1
Renuntiari ſuffragia aut ma-
giſtratus quid ibidem
Renũtiatio 125.1.& 160.1
Repeto 160.1
Repromitto 144.1
Repudiare quale uerbũ 118.1
Repudium 165.2
Repudium à diuortio quid di
ſtet 218.1
Res 97.2.& 113.1
Res qualis dictio 268.1
Rei appellatione partem con
tineri 150.2
Romam habere patriã, quis
dicatur 194.2
Res abeſſe quæ uideãtur 106
& ſeq.
Rei appellatio latiſſima 100
2.& 101.2
Re coniuncti qui 191.2
Reſiduũ uarie accipi 160.1.2
Reſtituere 151.1.& 2.68.1
Reſtituere quis dicatur 121.2
Reſtituere uarie accipitur
112.2
Reſtituere retro ſtatuere
151.2
Reſtitutio in integrum an ci-
uitati competat 109.1
Reſtitutionis uerbo omnis uti-
litas continetur 154.1.2
Reuenditores qui 231.1
Reuerẽtiales apoſtoli 168.2
Reus debendi 102.1
Reus credendi ibidem
Reum facere quid 239.2
Rei: qui ueteribus 102.1
Ridica quid 206.1
Ripa 160.2
Rite 151.1
Rite unde dicatur 151.1
Ritus 151.1
Rhodanus 181.2
Rhodiæ uuæ 219.2
Rogatio quid 167.1
Roma 156.2

Romæ appellatio 98.2
Romæ natus diſfert ab eo qd' eſt Romã habere patriam 194.2
Ruſtica ſeruitus cur dicta 232.1
Ruſtica mãcipia quæ 204.1
Ruſtica uilla quæ 224.1
Ruta quæ dicantur 262.1

S

SAcellum unde 215.2
Sacramentũ quid 212.1
Sacramẽto uincere quid ibi.
Salarium 219.2
Salua dignitate, quomodo accipiendum 179.2
Satiſdare 144.1
Satisfacio ibidem
Satisfactio uera ſolutio nõ eſt 142.1
Schemata cognationum 94
Schœnus 198.1
Sciſcere qd 144.2.& 166.2
Sciſſum 104.1
Scribæ an ignobiles 232.1
Scripta criminoſe an maleſacta 239.2
Securus quis ſit 217.1
Sedes quid 227.1
Semis 198.1
Semita quid & quomodo ab itinere diſtet 199.2
Senatus officium 154.1
Senatorum cenſus & inſigne 254.2
Senecta 229.1
Sententia legis 102.2
Sententia arbitratorũ tranſactioni ſimilis eſt 147.2
Sentiã, Romæ familiam fuiſſe 149.1
Separo 164.1
Sequalis quid 188.2.& ſeq.
Sequeſter quis & unde 169.1
Sequeſtres à depoſitarijs quo diſtent ibidem
Sequi 135.2.& 169.1
Sequior ſexus 94
Sequioris uitæ ibidem
Seriæ quæ uaſa 230.1
Seruus 164.1
Serui appellatio ancillam cõtinet 131.2
Seruus nec arbitrator, nec arbiter eſſe poteſt 148.1
Serui an, & quomõ iure quid propriũ habeant 214.2
Seruorum appellatio unde fluxerit 256.2
Serua 166.2
Seruitus prædiorũ quid 156.1
Seſſire Gallis quid 227.2
Seu ampliandi uim habere 138.2
Sextarius unde dictus 230.1
Sexto kalendas 162.1
Sextumuiri 258.1
Si aqua pluuia nocet 86
Sicilia 163.1
Sicilicus duplici drachma conſtat 152.2
Siclus ibidem
Sycophantæ qui & unde dicti 250.1
Sicubi 199.1
Signatus 156.2
Signatorius annulus 151.2
Significationem uarijs modis conſiderari 97.2
Σύγκλυδοι 257.2
Silere quæ dicantur 236.1
Siliqua uarie capitur 152.2
Silua cædua 119.1
Similia quæ 141.
Συμβόλαιον 111.1
Simplex naturalis | obligatio duplex 105.1
Simplex iuriſdictio in quibus conſiſtat 137.2
Simplex negligẽtia 245.2
Συνάλλαγμα 110.2
Syndicus 141.2
Sine liberis decedere quomodo accipiendum 195.1
Singulare pro plurali 84 & 200.1
Singularis oratio 200.1
Syphon quid 253.1
Si quis, quõ accipiendũ 98.1
Siſtere in iudicio 267.2
Socer unde dictus, & an proſocerũ complectatur 136.2 & 194.2
Socrus unde dicta, & an pro ſocrum contineat 194.2
Socera an dicatur ibidem
Solarium 94.& 219.2
Solacium 94.& 219.2
Solennitas 106.1
Solidus quid 208.1.& 259.1
Soluere 135.1
Solutio ibidẽ
Solutio q̃ late pateat 209.2
Soluta oratio 85
Solutus quis dicatur 135.1
Soluto matrimonio dotẽ reddi, quomodo intelligẽdum 260.2.& ſeq.
Soluẽdo eſſe qs dicatur 171.1
Soluta pro ſeparatis 145.1
Soluta oratio 143.2
Solutam orationem magis cõiunctam quàm diſiunctam inferre 139.1
Sonticus morbus quis 170.2
Sophiſtæ ueteribus qui 210.1
Σόφισμα 89.& 210.1
Σοφιστικὸς ſyllogiſmus quis ibidem
Sordida exercitia quæ 232.1
Sordidi quæſtus qui ibidem
Soteria quid 219.2
Spadones unde dicti 181.2
Spadonũ uaria genera 181.2
Spathe quid 205.2
Speciale delictũ quid 184.2
Specioſæ perſonæ qui 94.& 164.1
Spectabiles qui ibidem
Spectrum 122.2
Specularia 264.2
Spes in iure uarie accipitur 140.2
Spes quæ præſenti iure nititur ibidem
Spes proximior quæ ibidem
Spes remota Platoni uigilantium ſomniũ dicitur ibidẽ
Spithama 198.1
Sponſio 108.1
Spõſione cõtẽdere q̃d 212.1
Sponſor 103.1
Sponſus ibidem
Sponſalia cur dicta ibidem
Sportula 219.2
Sportulæ 258.1
Sportulæ iudicum unde dictæ 212.1
Spurij appellatione filij non continentur 141.2
Spurij uẽtrẽ ſequũtur 223.2
Stabula ueteribus quid 224.1
Stadium 198.1
Stagnum quid 170.2
Stater 152.2
Statumina quid 206.1
Statuere 134.2
Statuta unde ibidem
Stathmus 198.1
Stemma 95
Stephanitæ uuæ 229.2
Stipendium quid & unde 117.1.& 219.2
Stipes quid 117.1
Stipulatio alienum factũ promittẽs nõ ualet 148.1.& 2
Stipulatio quo iure inuenta 104.2
Stirpes quid 119.2
Stragula 134.1
Stramenta quid 252.2
Strena 219.2
Strobyli quid 206.1
Structilis baſis 266.2
Structile opus 261.2
Structuræ exemptiles 264.1
Stuprum 88.& 165.1
Subdialia pauimenta 263.2
Subdiſiunctiua quæ 178.1
Subdiſiunctiuorum duo genera ibidem
Subdiuales ambulationes 263.2
Subgrundæ 263.1
Subgrundia ibidem
Subnotare 141.1
Subſignare quid 123.1
Sigillum ibidem
Subſignatum quid ibidem
Subſtantiæ finitio 106.1
Suburbanæ uuæ 229.2
Sui poteſtatẽ non facere quid ſit 238.1
Sulphurata quid 205.2
Summa 161.1
Summouere 260.1
Summum ius, ſumma iniuria, quo ſenſu accipiendum 142.2
Superficies quid 234.1
Superficiarius ab emphyteota quo diſtat 136.1
Superficiaria bona cuius ſint 136.1
Superilluſtres qui 164.1
Superiores qui ſint 136.2
Supremus 166.1.& 202.1
Supremæ tabulæ 201.1
Suſpectum tutorem facere 239.2
Suus hæres 95
Suum 158.2
Suum, ambiguum uerbum eſſe 260.2

T

TAbellio an ignobilis 232.1
Taberna quid, & unde dicta 214.2.& 215.2
Tabernarij qui ibidem
Tardi menſes 99.1
Taxatiua particula quibus frequẽs ſubauditur 187.2
Techna unde 183.2
τέκτωρ quis dicatur 253.1
Tectorium 261.2
Teleſphori 258.1
Teleſphoria ibidem
Telum quæ cõplectitur 132.1 & 2.& 251.1
Temon 262.1
Tempus accepti iudicij quod dicatur 196.1
Terenixa quæ dicatur 189.1

Tergiuerſari 89
Terminus inſtantiarum ciuilium 259.1
Terminus inſtantiarum criminalium 250.1
Terra integra quæ 120.1
Terra proſciſſa que 119.2 & ſeq.
Territoriū qd et unde 259.1
Teſtacei parietes 199.1
Teſtari 145.1.& 254.2
Teſtamētū unde 87.& 145.1 & 215.2.& 254.2
Teſtamētum cur iuſta ſententia dicatur 182.2
Teſtamentarius 95
Teſtato admonere 124.2
Teſtatiōis nomē gn̄ale eſt ib.
Teſtes unde dicti 254.2
Teſtes ueteribus 124.1
Teſtes an inſtrumenta dicantur 164.1
Teſtimonium 95.& 145.1
Theſaurus 87
θησαυρίζω ibidem
Thymelici qui 181.1
Thlaſiæ qui ibidem
θλάω quid ibidem
θλαδίαι qui ibidem
Thlibiæ qui ibidem
θλίβω ibidem
θερίστρον quid 219.2
Tibicines qui 181.1
Tignū quid & unde 144.2 & 253.1.
Tignarius faber quis ibidem
τηλοῦ quid 251.1
Timeo 256.1
Tyrannus 97.1
τόκος Ariſtophani 175.1
Tolerare uitam 228.1
Torcularia uaſa unde dicta 230.1.
Toxicū quid & unde 251.1
τόξος quid ibidem
τόξευμα quid ibidem
Tractatoria 80
Tragicæ ueſtes quales eſſe debeant 181.1
Trāſigere qs dicatur 248.1
Trāſacta quæ dicātur 247.2
Translatio 96.1.& 142.2
Trāſmarinæ prouinciæ 163.1 & .2
Trapezita quis 231.2
Tributū quare dictū 117.1
Tricennalia uota 251.1
τριόρχεις qui 188.2
Tripedianæ uuæ 229.2
Triūphalia ornamēta 164.2
Triumuiri 258.1
τρόφημα quid 219.2
τρόφιμος quid 229.2
Tugurium quid & unde dictum 213.2
Turba 91
τύρβη ibidem
Turba quot conſtet & unde dicatur 132.1
Turma quot equitibus conſtet 258.2
Tutor unde dictus 215.1
Tutor quam culpam præſtare debeat 246.2
Tutor filijs datus an nepotibus quoq; datus cenſeatur 241.1
Tuum 158.1

V

Vacua pecunia 84
Vadari quid 212.1
Vades quid ibidem
Vadimoniū facere ibidem
Væ, priuatiuam eſſe particulam 263.2.
Væcors ibidem
Væſanus ibidem
Varices quid 234.1
Varicari quid 234.2
Vaſallus uox barbara 137.2
Vaſarium 219.2
Vaſorum uaria noīa 230.1
Vectigal 108.2
Vectigales fundi ibidem
Vectigales fundi quomodo locandi 240.2
Vectores ſerui qui 228.1
Vel, mltis modis accipi 161.1
Venalitiæ res quæ 231.1
Venalitij ſerui appellatione mercis nō cōtinētur 146.2
Venalitiarij qui 231.1.& .2
Venditio ante traditionē perfecta non eſt 147.1
Vendicationis rei mobilis formula 211.2
Venenum 253.2
Venenarij 94
Venire diem 234.2
Veniſſe ad hæredem quid dicatur 203.2
Venter 95.& 96
Ventrem facere 95
Verba quot modis accipiantur 96.1
Verbū à dictiōe differre 97.2
Verbis coniuncti qui 191.2
Verberare 89
Vere ad quid refertur 151.1
Vereor 256.1
Veriloquiū Ciceroni 215.1
Verſicolores lanæ 90
Verſicolores ueſtes ibidem
Verſipellis ibidem
Veſtibulum 267.1.& 2
Veſtis 134.1
Veſtis unde dicta 180.1
Veſtimentum ibidem
Veſtiarium 220.1
Veſtimētorū diuiſio 180.1
Veſtitū pactū quod 182.2
Veterator 92
Via qd et unde dicta, et quot modis accipitur 199.1.et.2
Viarum genera ibidem
Viæ publicæ ſecuritas ad quē ſpectet ibidem
Via qualis ſeruitus 224.1
Viaticum 220.1
Vicani 120.1
Vicanalia ibidem
Vicarij ſerui qui 204.2
Vicennalia uota 251.1
Vicinales uiæ quæ 199.2
Victus 90.& 133.2
Vidua quæ, & unde dicta 264.1
Viduū ueteribus quid ibidem
Viginti milia paſſuum, quomodo accipienda 100.1
Vigeſimarij exactores 108.2
Viles perſonæ quæ 231.2
Villa quid & unde 116.2 & 224.2
Villæ triplex genus 224.2
Villæ quid Gallis ſignificent 234.1
Villicus quis 204.1
Vinaria uaſa proprie quæ 230.1
Vinctus qs dicatur 238.1.et.2
Vincula quo diſtent à cuſtodia 244.2.& ſeq.
Vinculorū uaria gn̄a 238.2
Vindiciæ quid 211.2
Vindex quid 211.2
Vindicta manumiſſi 207.2
Vir 98.1
Vir Bartolo quid 229.1
Virilis portio quæ 194.1
Virilitas quouſq; duret 229.1
Vis unde dicatur 203.2
Vi fieri quid ſit ibidem
Vitiū à morbo differre 166.1
Viuere quid cōtineat 252.2
Vls 187.1
Vltimus 202.1
Vltimū teſtamētum 201.1
Vlna 198.1
Vnciariæ uuæ 229.2
Vnguētarij an ſordidi 231.2
Vniuerſum pro ſingulis ſui portionibus 160.2
Vniuerſalis oratio 201.1
Vocabula aliquot Iurecōſultis cum reliquis autoribus communia 94
Vocabula aliquot Iureconſultis propria ibidem
Volūtas cōtrahentiū ex qbus cōſtet & an ſit uerbis præferenda 239.2.& ſeq.
Volumen 88
Voluptariæ impenſæ 153.2
Votū quid, & pro quo nūcupari ſoleāt uota 250.2
Voti reus 102.1
Vrbare 258.2
Vrbs unde dicta ibidem
Vrbs Romana 156.2
Vrbs ſacra quæ ibidem
Vrbis appellatio 95.2
Vrbana ſeruitus 224.1
Vrbana mācipia quæ 204.1
Vrbana prædia quæ 224.1
Vrbana uilla quæ ibidem
Vrbum 156.1.& 258.2
Vrnalia uaſa quæ 230.1
Vſia 95
Vſucapio an in rebus immobilibus locū habeat 248.2
Vſucapione quid acquiritur 171.2
Vſura quid 275.1
Vſuram in fructu nō eſſe quid ſit ibidem
Vſurarius an mercator 230.2
Vſurpare 95
Vſus quātum polleat 156.2
Vſus loquendi quomodo accipiendus 96.2
Vſus ſui cauſa quæ quis habere dicatur 227.2
Vſuſfructus duplex 115.1
Vti, cuius naturæ ſit 180.1
Vti optimus maximusq; eſt, ibidem quomodo capiēdum 102.2
Vtilis actio 153.1
Vtiles impenſæ 199.1
Vtrobi 229.2
Vuarū edulium gn̄a 244.2
Vulgaris amicitia quæ 221.1
Vxor an in uiri familia 134.2
Vxor qn̄ uſu habetur 135.1
Vxorem in uiri manum conuenire quid

X

Xenicon 220.1
Xenium ibidem
Xenoparochi 258.1
Xerolophum quid 251.1

Z

Zeloziæ 264.1

F I N I S

# INDEX

## PROVERBIA IVRECONSVLTIS PECVLIARIA


Ab aula receſſiſſe 81
A cane non magno ſæpe tenetur aper 82
Ad manum non habere 80
Aequa lance 81
Aequis paſſibus 81
Africani lex 82
Alienis ueſtigijs inſiſtere 81
Altare ſpoliat, ut aliud operiat 85
Apparent rari nantes in gurgite uaſto 82
A propoſito cadere 89
Aſinus aſinũ nõ prændit 82
Catenati labores 82
Cato ſui temporis 79
Clodius accuſet mœchos Catilina Cethegum 82
Collyrio uno omnibus morbis mederi 81
Color quæſitus 80
Conniuentibus oculis 81
Cui aduenit unum, non aduenit ſolum 82
De manu in manum 80
De plano fieri 81
Dominus rogãs præcipit 82
Domus ſua cuiq; refugiũ 80
Donare ad proceſſus 93
Dubius euentus litis 79
Duos lepores eodem tempore capere 82
Dupondij iuuenes 79
Emanſor 80
Emendicata ſuffragia 81
Emiſſa manu 80
Ἐν πλάτει 80
Eremodicium 79
Eremodicio potieres ibidem
Erro 80
Extra manum mittere 80
Facibus ſolem adiuuare 81
Factum tranſactum eſt 80
Falcem in alienã meſſem mittere 81
Felici diplomate uti 80
Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,
Vicinumq; pecus grandius uber habet 82
Fortunam in ſinu habere 80
Fruſtatim lupus agnum comedit 81
Hebræus nihil Hebræo Catilina Cethego 82
Herculis clypeus 79
Humanitus contingere 81
Iactus retis 80
In folle offerre 81
In manu habere 80
In ſinu gaudere 80
Iſauricus 81
Κατάχυσις 79
Labyrinthus 81
Lance una trutinare 81
Leuato uelo fieri 81
Lytæ & prolytæ 79
Malus choraules &c. 81
Manus pretium 80
Margaritæ ante porcos 81
Mingere ad parietem 81
Mus in pera 81
Nihili coactio 82
Non ad liquidum 80
Noxa caput ſequitur 81
Ob ſolum punctũ caruit Robertus Aſello 82
Οἴκοθεν ὁ μάρτυς 80
Οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος 80
Omni exceptione maior 81
Oua hodie præſtãt, quos lux det craſtina pullis 82
παχυμερέστερον 80
Paries dealbatus 81
Pedem in fouea habere 80
Per manus tradi 80
Per Satyram 79
Probationes de domo 80
Probatiões luce clariores 84
Πρὸς ἔπος 79
Qualis ueruex, talis offa 82
Quid ad rhombum? 82
Rem non nouam aggredi 82
Reuoluto mantello 82
Reſpõdere ad rogatum 79
Saturnius 79
Serpens in ſinu 81
Similes habent labra lactucas 82
Sitientibus agris tuis alienos irrigas 81
Spargere aquam 81
Summo digito 81
Suo Marte 81
Tanti offa quanti panis intinctus 82
Temere ne iura 79
Τετράδραχμον 79
Veſpertilio 80
Veſtigijs inhærere 81
Vſuræ nauticæ 81


## TROPI


Allegoria 86
Ἀλλόθετα 86
Alluſio 87
Amphibologia 85
Anaphora 84
Ἀπόνοια 85
Ἀντίπτωσις 86
Antonomaſia 83
Apoſiopeſis 82
Auxeſis 83
Barbariſmus 86
Battologia 84
Cauillatio 84
Conculcatio 84
Dialyton 85
Δύναμις 86
Diſſimulatio 85
Ἐνδιαδύω 83
Epanalepſis 84
Epanodoſis 84
Geminatio 84
Gryphus 85
Hyperbole 84
Hiſteron proteron 83
Hiſterologia 83
Ironia 85
Κατὰ πόδα 82
Lyptote 83
Μετάφορα 78
Nugatio 84
Oximorus 85
Parallage 85
Parœmia 79
Parelcon 83
Παρεργεία 83
Pariſon 87
Παρυπόνοια 85
Paronomiaſia 87
Periſſologia 84
Pleonaſmos 83
Præſumptio 86
Prolepſis 83
Protheſis 83
Sincopa 83
Sinecdoche 83
Solœciſmus 85
Subauditio 85
Τμῆσις 85
Tractatus 85
Tractus 85
Zeugma 83


FINIS

QVAE LEGES, IVRECONSVLTOrumq́ loca præter cæterorũ traditiones hoc in libro obiter declarata ſint.


l.ij.de adopt. 166.2
l.more.ff.de ferijs. 99.1
l.ex ſylua.l.arboribus. de uſufru. 119.1
l. ſi ſeruitus. de ſer. urb. præd. 177.2
l.uenditor.com.præd. 94
l.fi.ſi cer. pet. 196.1
l.fundi.§.ſi ruta.de act. empti. 261.2
l.cum in plures.§.locator horrei.loc. 128.1
l.j.§.ſed ſciendum.l. idem Ofilius,de ædil.edic. 166.1
l.fi.de ædil.edic. 92
l.eo iure.in qb.cau.pig. 224.2
l.naturalis.§.quod ſi faciam.de præſcr.uerb. 110.2
l.ſi uero.§.de uiro.ſol.mat. 48
l.ſi ita quis.de hæred.inſt. 192.1
l.fideicommiſſum. §. ſi cui ita. de leg.iij. 62
l.pater.§.filiũ.de leg.iij. 194.1
l.hæres.§.pen.de leg.iij. 266.2
l.liberto.§. filium. de ann.leg. 152.2
l.quæſitum. de fund.inſt. 253.1 263.2.& 264.2.& 267.2
l.tabernæ.de fund.inſtr. 216.1
l.iij.l.uinũ. de trit.uino oleoq́ leg. 230.1
l.Plautus.de aur.& arg.leg.34
l.alimenta.de alim.leg. 168.1
l.ſicut.de adimen.leg. 192.2
l.j.de ſucceſſ.edi. 196.2
Rubrica de operis libert. 149.1 &.2
l. proſpexit. ff. qui & à quib. man. 8
l.cum precario.de precar.127.2
l.is cui.de act.& oblig. 140.1
l.qui ante.de uerb.oblig. 185.2
l.inter ſtip. in princi. de uerb. oblig. 148.2
l.qui res.in fi.de ſolut. 144.2
l.nonnulli.de accuſ. 252.2
l.famoſi. in fi. ad l. Iul.mai. 45 225.2
l.nec in ea ad l.Iul.de adul. 44
l.pen.de bon.damn. 220.1
l.non dubito.de capt. 173.1
l.fi.de mun.& hon. 258.1
l.omnes.C.de ferijs. 250.2
l.mortuorum.C.de relig.258.2
l.j.C.de eunuchis. 181.2
l.ij.C.de patrib.qui fil. 47
l. pen.C. de poſth. hæred. inſt. 197.1
l.cum quidam.C.de uerb.ſign. 118.2
l.j.§.illo.C.de lat.lib.tol. 208.1
Rubrica.C. de ſent. ſine peric. 95
l.ea quidem.C.de accuſ. 20
Inſt.de don.in princ. 147.2
l.j.de dona.cau.mor. 147.2
§.quædam.inſti.de interd.212.1
§. item lex cor.inſtit. de publ. iud. 251.1
In authen.de non alien.§. quidam. 190.1


APVD AVTORES humanitatis.


Plautus in Amphitr. explica tus eo carmine Hunc homi nẽ detexã pallio.pagina 90 8
Idẽ in Aulul.nihili coactio. 8
Et in eadem fibula eodem car mine:Quãdo manus ad tra bem &c. 85
Catulli uerſus: Verum ad mi lia quindecim ducenta, quid ſignificet. 90
Explicatum Vergilij carmẽ in Bucol. Dum queror & di uos quanquàm nil teſtibus illis Profeci &c. 113.2
Ouidij carmen in Heroid. Sic ubi Colchorum memini re gina uacaui. 199.1
Iuuen.quoque Saty.ij.explica tus.Horrida quale facit reſi dens in codice pellex 238.2
Item Saty.xiiij. diſpoſitis præ diues hamis,quid ſint hamæ. 94.& 253.2
Auſonius quoque poëta quid ſenſerit eo carmine: Vrbis ab æternæ &c. 156.2


FINIS

VIRTVTE DVCE,

Dux Virtus, Fortuna comes, quocunq; feraris,

Si fuerint : felix aſtra ferêre ſuper.

COMITE FORTVNA.

SEBASTIANVS GRYPHIVS
GERMANVS EXCVDE
BAT LVGDVNI
ANNO
M. D. XXX.